




Plinium
Item
Aliorum
Opuſcula

nuit in ti. ꝺ instrꝫ editioẽ .§. compendiose. ꝟ sicu. qd si iura
it. ⁊ dato qꝺ istꝺ pactũ de futura successiõe acqrenda nõ fir-
eẽ iuramẽto. tñ est dubiũ an veniẽs ꝯ tale iuramẽtuꝫ sit periu
us in quo Jmo. in. c. cũ cõtingat. in pmo mẽbro de iuramẽ. tꝫ
sic ꝑ id qꝺ habeꝰ in. c. sicut ex litteris. ꝺ sponsa. vbi si iuro di
re in vxorẽ bertã. deinde ꝯtrabo mr̃imoniũ cũ alia ꝑ ꝟba de
iti valet mr̃imoniuꝫ: tñ sum ꝑiurus. Ad idẽ no. glo. in. c. si.
ꝟ. reuocatus. de ꝓcu. in. vbi si iuro nõ reuocare ꝓcurato
m tñ valebit reuocatio ⁊ ero ꝑiur ... ꝑ ista opi. etiã facit id
tenet io. an. in. d. regula ꝙ semel. vbi voluit ꝙ si iuro ...
ocaret testm̃ lꝫ valeat reuocatio postea facta tñ ero ꝑiurꝰ. Nõ
b. qꝺ istꝺ pactũ iuratũ sit ꝯ bonos mores ⁊ per ꝯñs iuramẽtũ
gaꝰ nõ dꝫ. d. c. nõ est obligatoriũ. qꝛ r̃ñdet imol. d. c. cũ contin
at. qꝺ istud pactũ est ꝯ bonos mores inductos artificio iuris
iuilis: nõ aũt artificio iuris canonici. vñ iuramẽtũ ligat. lꝫ sit ꝯ
bonos mores ciuiles tm̃: vt pꝫ in. c. ꝗuis de pac. in. vi. iuncta. l.
actũ. ꝟ. de colla. ⁊ ibi h̃ etiã voluit Bal. in. xviiij. q̃stione pꝫ h̃
in. d. c. cũ contingat. ⁊ no. Hosti. ⁊ io. an. in. c. queadm oduꝫ
e iureiurã. vbi uoluit ꝙ ẽt si lex ciuilis expresse reprobat iura-
ꝫ. tñ veniẽs ꝯ tale iuramentũ esset ꝑiurus. qꝛ iuramentũ spe-
at ad forũ ecclesie. ⁊ sic ad dispositionẽ iuris canõici. c. nouit
e iudi. c. venerabilẽ. de elec. Aduerte. qꝛ si vis tenere ꝙ veni-
ẽs ꝯ pactũ iuratũ de succedẽdo non sit ꝑiurus põt r̃ñderi ad
ra supius allegata ꝙ istꝺ pactum est etiã contra bonos mo-
s ẽt ex dispositiõe iuris canõici reprobãtis dispositionẽ indu-
ntẽ votũ captande mortis. d. c. detestãde. vbi lr̃a vult ꝙ tali
spositiõe insurgũt multa mala. ⁊ sic est ꝯ bonos mores. ergo
ramẽtuꝫ nõ ligat iurãtẽ. vtrũ autẽ reuocãs testm̃ ꝯ iuramẽtuꝫ
ꝑiurus. vide Bar. ⁊ alios i. d. l. si qs. in pn. cũ ꝯcor. ibi alle.
dixit in. d. l. stipulatio. Fallit tñ hec regula cũ si. nisi ꝑ statutũ
l ꝯsuetudinẽ tale pactũ de succedẽdo eẽt approbatũ. ita ele-
ter uoluit Bar. in. l. cũ archimedorã. ꝟ. vt in pos. le. ꝑ. c. muli
. ⁊. c. filij siue de feu. fue. cõtro. iter do. ⁊ agna. Sed ꝯriuꝫ pu-
uerius. qꝛ qꝺ nõ põt fieri ꝑ pactuꝫ. eo qꝛ sit ꝯ bonos mores
põt etiã induci ꝑ statutũ ita ꝯcludit bar. Ang. in. l. oẽs po
li. in. iij. q. principali. de iusti. ⁊ iur. ꝑ rationes q̃s ibi vide.
õ ob. d. c. filij cũ si. qꝛ ibi loqtur de pacto de nõ succedendo
nõ reputaꝰ ꝯ bonos mores. iõ nõ firmabiꝰ iuramento. d. c.
uis. ita firmat Bar. in. d. l. stipulatio. ⁊ in. d. l. si qs pro eo in
timo mẽbro. ℭ Scꝺo fallit in milite. l. lꝫ. ꝟ. e ...
dicet. ℭ Tertio fallit in pacto de succedẽ...
orẽ pie cause. ita ẽt signãter uoluit bal. l. fi. ꝟ...
est in milite q nõ teneꝰ ad obseruãtiã eorũ ...
iure ciuili. l. i. cũ ibi no. maxime ꝑ Bar. ff. ...
dispositione ad pias causas nõ seruanꝰ ea...
re ciuili. c. cũ esses ⁊. c. relatũ. el. i. de testa. ...
Bar. de sa. san. ec. Sed Ro. tenuit ꝯriũ ...
milr̃ in. viij. col. in ꝟ. vij. ⁊c̃. ꝟ. ad. l. fal. ꝑ bã...
um in fauorẽ filie nõ tꝫ. ergo nec in fauorẽ pie cause ... magis
ueaꝰ cãe filiorꝫ q̃ pie cãe: ut no. gl. i. l si qs ad declinãdã i. ꝟ.
simili mõ. s̃. ꝺ epi. ⁊ cle. ⁊ r̃ñdet ad. l. lꝫ. ꝟ. ea. ꝙ ibi loqꝰ in pa
o reciproco successionis post mortẽ ꝙ pactũ nõ cadit in eccle
cũ ecclesia nũq̃ moriꝰ. c. graciose. de rescrip. in. vij. xij. q. ij.
liberali el. ij. Jtẽ negat esse verꝫ ꝙ oĩa que habent locũ in mi
ibus habeãt locũ in pia causa. Teneo opi. Bal. per allega.
nõ ob. iste tex. ⁊ qꝺ magis fauet filijs q̃ pie cause ⁊c̃. qa hoc
est verũ: qꝛ magis fauẽt pie cause ⁊ sic anime q̃ liberis quia
nima cũctis rebꝰ ꝑferenda est. l. sancimꝰ. l. i. s̃. de san. ec. ergo
liberis preferꝰ: vt expresse no. Bar. in. l. repetitiõe dicte. l. i. i
. qõne pncipali. in pn. Nõ ob. qꝺ no. glo. in. d. l. si qs ad de-
clinãdaꝫ. qꝛ fateor ꝙ nõ põt auferri legitima filijs ⁊ relinq ad
pias causas: qꝛ nõ esset hoc officiũ ad pias causas: sꝫ cõtra pie-

iuncto. cu. te cuꝫ ibi no. de testa. ⁊ no. bar. in repetiti
one. d. l. i. in. iij. q. v. q. pncipalis hoc etiã est uerũ ꝙ
particularis ecclesia perire põt. l. pater. §. tusculanus.
ff. de le. iij. no. expse bar. in. l. her̃ditas ex die. ff. ꝺ he
re. insti. lꝫ secus sit in vniuersali ecclia. vt in iuribꝰ. s̃.
allega. Et ꝑ hec remanet expeditus articulus qñ va
leat pactũ de succedẽdo qd aũt in pacto de nõ succe
dendo ⁊ si dicã in. l. fi. ꝟ. e. ℭ Jn tex. ibi: nec liberta-
teꝫ testi faciẽdi ⁊c̃. Sed qd si pr̃ post pactũ nullũ fe-
cit testm̃: an pcm̃ vires habebit maxime si extaret ibi
statutũ ꝙ extãtibꝰ filijs masculis filie femine nõ suc-
cedent patri decedẽti nõ condita vltima voluntate.
Pau. de ca. hic. dicit ꝙ nõ allegaꝰ tex. singu. ꝑm eũ
in. l. lꝫ. ꝟ. e. nisi iter milites ut ibi faciat. l. hr̃ditas. ꝟ. ꝺ
pac. cõuen. Sed in ꝯriũ vr̃ tex. in. l. fi. ꝟ. fami. her. ibi
inter liberos nõ refert quomodocũqꝫ pater ꝑ episto
lã vel aliter declaret voluntatẽ suã ut ꝑm eã liberi suc
cedãt qꝺ no. qꝛ ab alijs nõ tangiꝰ. facit qꝺ no. bar. ⁊
alij in. l. tale pactũ. §. fi. ff. eo. circa qꝺ forte aliqd ad
daꝫ in. d. l. lꝫ ⁊ isto mõ intelligendo patet ꝙ iste tex.
nõ facit ꝓ opi. ro. in. d. auc̃. similiter in articulo pri-
me recitato: qꝛ lꝫ illud pactũ nõ ualeat iter filios quã
tuꝫ ad auferendũ patri liberã testandi facultateꝫ. tñ
alio testamẽto postea nõ cõdito dꝫ valere in vim vl-
timi iudicij. d. l. fi. ⁊ sic est ẽt in milite dicta. l. lꝫ. ℭ Jn
glo. in ꝟbo ꝯprehensum est. vult glo. ꝙ pcm̃ hic fa-
ctũ fuit iter patrẽ ⁊ filiũ. Jdẽ tenet hic Cyn. ⁊ Ray.
qꝛ si intelligeremꝰ ꝙ pcm̃ factũ fuit cũ genero nõ va
leret alia rõne. s. qꝛ gener nõ potuisset stipulari vl̃ pa
cisci vxori ꝑ regulã. l. stipulatio illa. §. alteri. ff. ꝺ ꝟb.
ob. ⁊. l. qꝺ tutela. in fi. ff. de re. iur. in ꝯrium facit ꝑm
ful. qꝛ vr̃ iteresse mariti habere vxorẽ diuitẽ. ut senti-
unt glo. in. l. ij. ff. de sponsa. ⁊ in. l. titia. in pn. ff. de ꝟ-
bo. ob. ergo dꝫ posse uxori stipulari cũ stipulãtis iter
sit. d. l. stipulatio. §. si qs insulã. teneo cũ Cy. qꝛ non
repiꝰ iure cautũ ꝙ maritꝰ possit stipulari vxori nõ ob
stant no. ꝑ gl. in. d. l. ij. qꝛ intelligiꝰ de iteresse maio-
ris dotis. quã qs uerisimiliter ꝯseqtur potius a mulie
re diuite q̃ a paupe. bal. tñ in. d. l. cuꝫ archimedorã
intelligit hãc. l. etiã qñ pcm̃ fuit factũ cũ genero. nã
... notabiliter ꝙ si titius dolo me iduxit ut ac-
torẽ ꝓmittẽs eã instituere equali-
postea facere noluit. an aliquo re-
uccuraꝰ: ⁊ ꝯcluditꝰ ꝙ nõ ꝑ hac. l.
expressum. quod tene menti pro
. l.

I proponas. Fidei cõmissũ-
sub ꝯditiõe fratribus iniũctũ põt
ꝑ ipsos pacto ... remitti. h. d. ℭ Jn. gl. i. §. liber
tus. iac. de are. cy. ray. frãci trigi. bal. saly. ful. pau. ꝺ
ca. hic ⁊ Bal. in. l. i. de bonis ma. reprehẽdũt in hoc
glo. qꝛ pñs venditiõi rei sue uel si debite ⁊ tacẽs non
vr̃ ꝯsentire qꝛ cõdicẽdo nõ posset uenditionẽ ipediꝰ
ut no. gl. magna i. l. gaiꝰ. ff. de pig. ac. ⁊ in. l. titia cũ
testꝺ. §. lutia. de le. ij. ℭ Scꝺo qꝛ tpe alienatõis pñs
nõ habeat in re ius nisi ꝑ spẽ de furto. vñ non vr̃ in
dubio excludi a iure ꝺ furto tacẽdo. allegat. l. i. §. qꝺ
ait. ff. quorꝫ lega. bñ facit. d. §. lutia. qn imo ꝑ expſ-
sam renũciatiõeꝫ nõ potuisset renũciare iuri de futu-
ro. ut plene no. in. l. i. s̃. e. ergo multominꝰ per taci-
taꝫ. ⁊ ꝑ hec pꝫ nõ obstare si qs diceret ꝙ ꝑñtia cũ cõ
iunctiõe sanguinis inducit ꝯsensuꝫ. l. si suus cõis. ff.

tas. quasi ex pacto orit̃ actio p̃scri. v. ista actio poterit incotine-
ti itẽtari: q2 orta ẽ ex pacto statĩ vestito coherẽtia 2ct9. sec9 ĩ illa
actione p̃scri. v. q̃ orit̃ ex 2ctu ĩnoĩato resultante habita relatiõe
pacti ad 2ctu3: q2 illa nõ orit̃ nisi p vestimẽtũ rei interuẽtu id est
cu3 adipleo ex parte mea. d. l. ex placito. ita nõ firmat Jac. but.
z Bal. in. d. l. petẽs. z Bal. in. d. l. ex placito. ĩ. xiiij. q. z ibi vide
per eos in dictis locis alias vtilitates. Subdit ẽt no. Jac. bu. in
d. l. petens. q ẽt vltra actionẽ p̃scrip. v. q̃ orit̃ stati ex pacto na-
scit̃ alia p̃scri. v. postea cũ paciscens adimplebit pro pte sua ĩ ca
sibus ĩ qb9 hita relatõe pacti ad 2ctũ resultaret 2ct9 ĩnoĩatus. nã
illa secũda actio ,ppŕie dicet̃ oriri ex 2ctu ĩnoĩato ,ppter rei inter-
uentu3. z h ẽ multũ vtile. q2 quo ad istã actionẽ nõ ĩcipiet curre
re p̃scriptio nisi post implemẽtũ. z sic erit lõgioris vite q̃ postea
ite3 vna sublata iuramẽto vel s̃nia alia sup esset. iuxta. l. actor. cũ
si. ff. de iureiur. z ita teneo quãuis Fulgo. hic fuerit ĩ noua opi.
vult. n. ip̃e q nõ solũ actio p̃scrip. v. sed ẽt actio ĩformata oriat̃
nõ ex 2ctu p̃ncipali. sed ex pacto p. d. §. cnimo. v. idẽ rũsum. in
vbo agi ex ẽpto. iũcto v. ne ex pacto actio a 2rio sensu. vbi tex.
ĩnuit q si pactũ eẽt appositũ incontinẽti ageret̃ actione ex ẽpto
ex pacto. Et subdit fulgo. q qñ habita relatione pacti ad 2ctũ
resultat 2ctus innoĩat9 oriet̃ actio p̃scri. v. hoc respectu. s. ex tali
resultatione z sic ex alio facto seu diuerso fonte. l. ij. ĩ. d pac. iter
emp. z vẽ. S3 si nõ resultaret 2ct9 ĩnoĩatus nõ orireť nisi actio ĩ
formata: nõ ãt p̃scri. v. q2 tũc nõ hẽret ortũ ex eodẽ fonte. iõ cõ-
currere nõ posset. d. l. ij. de pac. inter ẽp. z vẽ. z ẽm hãc distictio-
nẽ ĩtelligit istũ tex. z cõcordat opi. omniũ. S3 Pau. de ca. hic z
plenius in. d. l. petẽs rep̃hẽdit istã opi. q2 tex. in. d. §. cnimo. in
p̃n. dicit q pactũ format actionẽ ergo si actio ĩformata nõ orire
tur ex 2ctu p̃ncipali: s3 ex pacto hic nõ eẽt informar̃ antiquã ac-

non p̃nt videri dare lege 2ctui cu ia absolut9 eet. z sic
nõ põt dici inesse 2ctui: vt. s. dcm̃ ẽ. Subdit tñ Cy. z
Ricar. z Bar. de Saly. z Fulg. hic ĩ. d. l. lecta. q ista
opi. ẽ va vbi 2stat q partes habuerũt 2ctu3 ,p abso-
luto. sed ĩ dubio p̃sumet̃ ptes nõ habuisse ,p absolu-
to si nõdũ diuertãt ad ex̃neos act9. iõ tũc pacta dice-
rent̃ incõtinenti apponi. l. hr̃des pala3. §. fi. ff. d test.
z hoc casu ,pcederet gl. hic z in. l. si apõ. alle. ĩ gl. cum
si. hic alleg. p Bal. z ita teneo. ¶ In glo. ĩ vbo exce-
ptionẽ. intẽtio glo. ẽ qd iste tex. ĩtelligat̃ qñ p̃cessit pa
ctũ ex ĩteruallo factũ q vẽditor daret fideiussores em
ptori d euictione. z sic erit pactũ factũ de act. h pactũ
ñ sufficiet reo ad exceptionẽ si 2ueniat̃ ad p̃ciũ z op-
ponat vẽditori q nõ s̃uauit sibi pactũ. iõ gl. ĩtelligit
h q postea factũ fuit aliud pactũ q fideiussores dari
nõ debeãt p vẽditorẽ. nã ,pdest vẽditori ad exceptio
nẽ dato q pri9 fuisset obligat9 ad illos dãdos. veritas
tñ vr̃ q ẽt pactũ ex ĩteruallo factũ de dãdis fideiusso
rib9 ẽptori ,pdest ei ad exceptionẽ si cõueniat̃: vt ,pba
tur ĩ. l. pacta. ĩ. v. s3 quo qdẽ. ff. d 2hẽ. ẽp. z ,pbat̃ hic
ĩ tex. ĩ fi. ĩtelligẽdo q loq̃tur hic d pacto quo ad act.
,put etia3 loq̃tur in p̃n. l. z ita etiam tenet hic Saly.

s **I pacto.** Quãdo penalis stipu-
latio ĩcipit a precedenti
2uẽtiõe nuda si cõuẽtio nuda nõ seruatur
agitur ad penam a qua liberatur re9 si 2uentioni nu-
de p̃eat. al's 2dẽnabit̃ ad penã. Et bõa d̃bitoris pp
2uẽtionẽ nõ s̃uatã nõ debẽt ĩ creditorẽ d fcõ trãsferri
s3 ordĩe iuris s̃uato. h. d. ¶ No. q stipl'atio pẽalis ñ

Castigationes Hermolai in Plinium castigatissimæ: quum Vix post Romanas: cæteris tamen adhuc impressis: uel ab opicis quidem non postha bendæ.

Augustini Grandis Epigramma de opere.

Sordebat multis erroribus ante: Sed illos
Erasit limæ cura laborq; grauis:
Præfuit huic opifex cum correctore disertus:
Romanumq; operi contulit alter opus:
Vnde fit: ut fuerit nil ante nitentius isto:
Possit & in nitida tersius esse cute:
Vult igitur si quis opus emendatius: apte
Vel mage romano quilibet istud emat:

Visto ib14

46

Hermolai Barbari Patricii Veneti.P. Aquileiensis in Castigationes Plinianas ad Alexandrum sextũ Pontificem maximum præfatio.

q

Vi lucubrationes suas Regibus inscribunt Alexander Sexte Pontifex Maxime: ueterem consuetudinem sequuntur: Nec interest qua materia: modo non obscena: Quando ea litterarum dignitas & quasi prærogatiua semper fuit: ut dicari eas sibi principes & honestum & gloriosum putarent: Adeoq; nullum genus fastiditum est ut Iulius Pollux ad cõmodum Cæsarem de Grammatica: Vitruuius ad Augustum de Architectura: Oppianus ad Antoninum de Piscibus: Diophanes ad Deiotarum regem de Agricultura? scripserint. Ego uero Plinianas castigationes: quas Legatus Romæ: nec dum sacris initiatus icohaueram: optimis & doctissimis uiris suadentibus perfectas emissurus: grauissime reprehendendus fuissem: nisi eas (qualescũq; forent) numini & maiestati tuæ consecrassem. Futurum enim erat ut cum alia tum illud quoq; diceretur: ideo me tibi eas dicare noluisse: quia nescirem aut quantum semper ingeniis fauisses: aut quo demum animo princeps factus in bonos & studiosos homines futurus esses. Nicolaus Quintus a te Septimus: cum ei renunciatum esset: quosdam esse Romæ: qui bonos uersus facerent: negauit bonos esse. Cur enim inquit ad me non ueniunt? qui Poetis etiam malis pateo? Moleste tulit homo sapiens: in urbe sua esse: qui litteras scirent & nescirentur. Quanto mihi iustius tu succenseas Pontifex Maxime? si & militiæ & sacerdotii iure tibi secundum deũ: maxime deuinctus auctoratusq;: testimonio tuo sæpissime ornatus: patrocinio adiutus: auctoritate seruatus: commisero ut labores mei) quicũq; sit eorum Genius) atrati hoc est sine auspicio tuo prodeant? Iam ipse Plinius si quemadmodum restitutus fere creditur: ita redire posset ab inferiis: Cui quæso alii salutem & dignitatem suam q̃ tibi cõmendaturus esset? Quem simul atq; suscepisses periculum non esset uti) quæ tua fœlicitas & auctoritas est) denuo pessimorum latronum præda fieret. Quinq; milia in eo fere uulnera Librariorũ sanauimus aut certe quemadmodum sanari possent ostendimus. dixi Librariorum: ne quis aut me parum pudentem esse aut Plinium errasse dubitaret. Fuit & hæc utilitas: q in Pomponio quoq; Mela: quẽ nemo ignorat corruptissimum haberi: trecenta fere loca totidẽq; in aliis auctoribus mendosa propere in transitu atq; aliud agentes correximus. Nec omnium tamen par conditio. Prodigiosa quædam & mõstris insignia. Secundæ tribus aliqua minusq; fœda. Iam quædam ex confesso falsa. quædam ad electionẽ libera. Erunt & quæ tutissimũ fuerat omittere: si utilibus ambitiosa prætulissem: aut placere magis q̃ prodesse laborassem. Nuda aliqua & quæ uelut notare inter agnoscẽtes satis habui: Aliqua paulo pluribus uerbis explicata. Passim uero auctores posuimus) id quidem uerbosum fuit) sed occurrendum erat inuidiæ: Paucissimis exceptis: in quibus tamen nõ aleam aut libidinem sed rationem aliquã secuti sumus. Nec mihi fiducia est ut: quod Fabius quoq; dixit: ea sola esse contendam. Scio quædam inuenturos adhuc qui sagacius indagare uoluerit. Vtinamq; sit tempus unq̃ quo nostra hæc & leuia & parum necessaria fuisse uideantur. Ego uero tametsi quantum mediocritate ualui: summum in iis quærendis & exponendis studium adhibui: Qui tamen nec scire omnia profiteor: & coniuere multo sæpius atq; falli proprium est hominis: paratus sum: si ullo unq̃ opere: in hoc precipue: quod ad bonorum iuuenum aliquam utilitatem conponitur: non pudorem modo adire deprehensus: sed & culpæ satisfacere. Reliquum est Pontifex summe ut Plinium & in Plinio litteratos omnes fidei tuæ creditos ita tueare ut omnes intelligant te non modo religionis sed etiam studiorum & bonarum artiũ esse principem. Falleris: si alium fuisse pontificem existimas: de quo sibi omnis ordo: sexus: ætas: uel maiora uel plura spoponderit. Assentari nescio: & si sciam nolim. Ridiculi sunt: nec animi tui magnitudinem intelligunt: qui ea te prædicant fecisse: quæ nouus princeps nundum facere potueris: Imperium promouisse: auctoritatem sanxisse: innocentissimas manus habuisse: religionis & iusticiæ pertinacem fuisse. Flagitantur & expectantur hæc a te. laudari sine adulatione priusq̃ fiant: nec possunt nec pateris. Atq; ut hæc ipsa priuatus cumulatissime præstiteris: nescio tamen quo pacto pinguiora quædam & grandiora desiderantur in principe. Illud citra suspicionem captatæ gratiæ testari licet: cum tu maximo rerum usu: incomparabili prudentia: suprema gloria: incredibili fœlicitate: admirabili facundia: promptissimo ingenio: castissima eruditione polleas: Facere nõ possunt homines præsertim eruditi atq; studiosi quin summa omnia de te sibi etiam tacente polliceantur. Huius autem spei suæ fructum satis uberem consecutos se putabunt: si Plinium sine quo uix potest latina res consistere in clientelam tuam susceperis: atq; ita susceperis: ut opinionem de illo iam receptam: non solũ agnoscere: sed etiam approbare uidearis. Conueli quidem existimatio eius nullo modo potest. Habetur in manibus. celebratur. colitur. persuasissimum est indoctos esse quibus ille non sapit. Vix tamen dici potest quantum ornamenti atq; præsidii eminentissimo auctori patrocinium tuum afferre posse uideatur. Octauo Kalendas Septembris. MCCCCXCII.

EX LIBRO

Monendi ſunt hæc legentes:nos breuitatis cauſa hūc ordinem ſeruaſſe: ut Plini uerba in quibus aliquod erratum eſſet parentheſi incluſa:imprimerentur reliqua de noſtro ſubiicerentur. Noſcendū & illud:diſtinctionem capitum per ſingula uolumina eam nos tantum ſecutos quæ in Venetis codicibus ſecūdæ impreſſiōis habebatur. Nec illud præteribo quin teſter ea me diligenti i hoc opere uti uoluiſſe:qua ſi omnes operibus deſcribendis uterentur bene cum litteris ageretur. Nūc libri paſſim imprimuntur: ſed impreſſi ſcatent erroribus.In hac autem editione noſtra partim inſtando partim muneribus & gratia conſecuti ſumus ut opifices haberemus & diligentes & doctos: Ita uti ne Syllaba quidem aut ſubſultet fere aut perperam collocata eſſe uideatur:idq; in Græcis quoq; uerbis:quæ non parum multa neceſſe fuit inſerere. Alioquin ſi ulla commentatione cauendi ſunt errores: in ea maxime prouidendum id fuit in qua ex profeſſo caſtigabātur.quæ cura niſi adhibeatur impoſterū: non modo fruſtra ſed etiam graui damno laborabitur. Sunt & alia: quæ præfari nos oporteret: ſed ea in calcem operis ex induſtria contulimus:ne in fronte poſita modum excederent.

Castigationes Plinianæ Hermolai Barbari Aquileiensis Pontificis.

Ed anteq̃ ad instituti operis errata uenio excutienda sunt ellogia: quæ Plinianis
Codicibus præponi solent: ut illud ex Suetonio. Periit gades cãpaniæ). Vetus
lectio non Gades habet: sed clade Cãpaniæ. Vt Cæcilius de auunculo: Quãuis i-
s quit pulcherrimaꝝ clade terrarũ: memorabili casu: quasi semp uicturus occide-
rit. Tranqllus in Tito: Quædã inqt sub eo fortuita & tristia acciderunt ut cõfla-
gratio Vesuei montis. Tacitus: Fœcundissima inqt Cãpaniæ ora incendiis uasta
ta. Symmachus in eo qdem sinu gaudos locũ nominat: Herculem inqt armenta
Geryonis agentem puenisse baulos: ut nunc dicimus: ante boaulia. At inde Gaudos in Phlegræo sinu
abegisse gigantes & Regioné liberasse: memorant. Sed cũ Plinius stabiano agro extinctus sit: ut do-
cebimus: Nec de Gaudis constet an illa parte fuerint: præterea nec plane sciã: uitiũ in exéplari sit nec
ne. Prior emendatio nitidior & castior mihi semp uisa est. Ité illud ex epistola Plinii Cæcilii. Nubes
& incertum procul & intuentibus). Lego: Nubes incertũ pcul intuentibus. Infra quoq;. Vt etiã põ
dere suo uicta in altitudiné uanescebat). Scribo: Aut etiã pondere suo uicta in latitudiné uanescebat.
Et ĩfra. Accepit codicillos retinere classiarii: & reliqua). Vetus lectio: Accepit codicillos retinæ Fu-
casti imminente piculo exterritæ: Nã uilla eius subiacebat: nec ulla nisi nauibus fuga: ut se tãto discri
mini eripet: orabat. Et ĩfra. Nõ retinet modũ). Scribit: Non retinæ modo Retina uero siue resina:
uiculus sub miseno est: hodieq; ita uulgo dictus: quod & Parthenopæus Aelius me prior monstrauit Retina & Resina
ut uel nomé loci sit: uel fœminæ: aut uiri ppriũ. Sunt q legant ita: Accepit codicillos Retinæ Cæsii:
ea ĩminenti piculo exterrita: Nã uilla eius subiacebat: & reliqua. Vt retinã intelligãt uxoré Cæsii eius
fuisse ad qué psius: admouit iã bruma foco te basse Sabino: Probus: Cæsiũ inqt Bassum poetã lyricũ
fama est in prædiis suis ardéte Vesuuo monte & late uagantibus ignibus cũ uilla sua cõflagrasse. Fabi
us: Inter lyricos inqt: Cæsius Bassus qué nuper uidimus. Sed eũ longe præcedũt ingenia uiuentiũ. Nã
Salcius Bassus de quo Tacitus & ité Fabius inter epicos fuit. Nõ ignoro multas eius mõtis cõflagra-
tiones fuisse: id ex Vitruuio & Marcellino & Cassiodoro colligitur. Sũt q sic: Accepit codicillos Re-
tinæ: ea Glastri ĩminéte piculo exterrita: & reliqua ut prius: quasi Clastrũ sit locus is: q hodie a Resi- Clastrum
na tribus ferme passuũ millibus calastrũ dicitur modice curuato littore quo herculanenses & resina-
tes p nauali stationeq; utant: ita ut Retina mulieris nomé fuerit: quæ id & loco dederit. Item. Sed
multis erat enĩ frequés amœnitas: orat). Lego: Amœnitas ore. Item. Stabit errat dirimit sine me-
dio). Antiqua exéplaria: Stabiis erat: dirimit sinũ medio. Vel sic: Deuenit sinu medio. In hodiernum
quoq; dié locus is: castellũ maritimũ stabiaꝝ uocatur. Columella: Fõtibus & stabiæ celebres & uesuia Castellum
rura. Nã Põponianũ qué peti iusserat: Quidã falso legũt Põpeianũ nõ. n. loci sed uiri nomé id ppriũ. Stabiarum
Dicat aliqs: cũ stabiæ a Vesuuo. xv. M. P. & amplius remotæ sint: fieri nõ potuisse ut illuc usq; pcesse-
rit incendiũ. Sed audiat Marcellinũ q in chronicis: Sub Leone inqt Impatore Vesuuius arsit: dies to-
tus similis nocti fuit: facies Europæ agitantibus uentis minutissimo puluere ex incendio Vesuuii ar
repto respersa ante. viii. Iduũ Noueb. Quæ dies inqt fastis Byzantiorũ annotata sacrificio transigit.
Cassiodorus quoq;: Per totã inqt pene Italiã cognoscit illa indignatio: transmarinas quoq; puincias
pulueris guttis cõpalit. Vt mirari nemo debeat in silio poeticã hypbolen: cũ de hoc ait li. ult. Videre
eoi mõstrũ admirabile seres. Ité. Turbatisq; littoribus maxima reinfundit). Legũt aliq nõ turbatis
sed curuatis ut certe sunt. Nec maxima re: sed mare infundit: aut mari mare infundit: ut pptere a me
diũ sinũ sulcare decreuerit. Ité. zeta). Vetus fere lectio Diæta. Vtrũq; loci nomé est in domo ut ali
bi notabimus. Ité. Artusfugæ). Lego: Certus fugæ. Ité uersus calcé. Interfuerat & audierat). Lege zeta & Diæta
Interfuerã & audierã. Sed leuia hæc & quæ nonnunq̃ præterire cogito: sicut hercule non parũ multa
quæ q̃q̃ blandiunt: nõ tamé auctores fuere quorũ testimonio pbari possent: ut illud. xxiii. uolumie.
viii. c. Sistũtq; Aluũ ité sorba Sicca nã recentia stomacho & aluo citæ psunt). Rectius enĩ uidetur:
Nã & recentia q̃ si legat Nã recentia. Idé. viii. li. i. c. de elephãtis: Per herbas supini in celũ iacétes).
Fortasse cõmodius sit: Herbas supini in celũ: iacientes quãdo & oĩs uetus lectio nõ habet p herbas:
sed herbas. Talia nos multa uel transibimus uel digito signabimus. Atq; hoc: ne sæpe repetédũ sit: te-
statũ in fronte uolumus.

Ex præfatione plinii.

Omitiano suo salutem). Legendũ est Vespasiano. Vt tamé aut Titũ: aut Domitianum sub
d audias. Plinius. ii. li. Imperatoribus inquit Vespasianis patre tertiũ: filio iterũ Coss. Idem li-
bro tertio. Idé libro septimo. Accedit q manuscripti Codices Vespasiano suo habent: non
Domitiano. Cæterũ magna cõcertatio eruditorum est Titus an Domitianus fuerit cui dicatum sit:
hoc opus. Vt Titum intelligamus facit: q præfectũ prætorii censorem & Tribuniciæ potestatis par
ticipem cum patre Titũ fuisse non Domitianum Suetonius tradit. ut de Domitiano sentiamus facit
q sexies consulem Titum septies fuisse uiuo patre cõstat quãdoq; patris fratrisq; res gestas Domitia
num cãtasse Valerius Flaccus auctor est. Versam proles tua pandit Idumé. Nãq; põt solymo nigran

tē puluere fratrē:Spargentēq faces & in oī turre furentē.quæ·uerba cū iis cōsentiūt quæ hic habent
Quāto īquit tu ore patris laudes tonas quāto fratris amas:quātus ī poetica es:Vtrūq porro eminē
tissimū poetā fuisse testes sunt Trāquillus de Tito:de Domitiāo Silius Papinius.F.Quintiliāus Cor.
Tacitus.Cognomē Vespasiani Tito qnidē cōicatū Suetonius & Eutropius cōmemorāt.sed & Domi
tiano quoq id ē tributū monumēta prisci æris indicāt:in quibus ita scriptū est:Imp.Cæs. Domitiāus
Vesp.Aug.Germ.Ioui Victori.Potuisse aūt & præfectū prætorii & cēsorē & tribūiciæ ptātis parti
cipē cū parte fieri Domitianū quoq qq historiæ nō testant:illa tamē Suetonii uerba nō nihil huc p
tinēt:Vt fratri se inquit & operibus & dignatiōe adæquaret.& paulopost:Simulauit & ipse īqt inire
modestiā īprimisq poeticæ studiū tā insuetū antea sibi q̄ postea sprerū & abiectū:quasi cū Plinianis
illis cōgruāt:O diuina inquit fœcūditas ingenii quēadmodū fratrē quoq imitareris excogitasti·Sūt
& alia in utrāq partē pluscula:sed alterius instituti nec idē mihi semp hac parte uisū.Illud obiter mite
mur quāobrem in Eusebio Hieronim.Pliniū scribat inuisentē Vesuuiū diui Traiani principatu āno
imperii eius.xii decessisse:cū alioquin idē auctor sub Tito cōflagrasse montē illū prodat· Macrobius
quoq:tpibus inquit Traiani accipēser magno præcio nō fuit teste Plinio ī naturali historia· & paulo
infra:Plinius hic ut scitis inquit ad usq Traiani uenit ætatē.Coarguitur uero id plurimis argumētis
chronicorū errore nō dubio quādoquidē a Vergilii morte ad cōmentantē se nonaginta tātum ānos
agi scribat ipse:qd̄ tēpus ī primā aut secundā principatus Vespasiani patris stationē īcidit:ut ex Cor
nelio Tacito Colligitur fere.Itēq in.dcccxxx.ab urbe cōdita:qd̄ & ipse quodā loco de se refert hoc ē
xxviii:libro cap·ii.Ad illud aūt sub Traiano tēpus fere centū &·xxxviii.supputant āni a Maronis exi
Mors Pli. tu.Porro Plinius anno ætatis sexto & quinquagesimo extinctus est·Nā & Fabius Quītiliāus qui Do
mitiano uiuo scripsit institutiōes oratorias Pliniū iā defūctū īdicauit libro.p. Ex eadē præfatione.

Dum maximo cōsenescit in patre)·Vetus fere lectio Maximi uel maxime uocandi casu:etiā si qdā
haud ita multum uidētes nō probāt:ut sit:sensus iocundissimū recte dici eū quoniā maximi præfatio
cōsenescit in patre:ceu maiestati eius & ætati debita.Hac nunc inqt Plinius cælesti passu cum liberis
suis uadit maximus omnis æui rector Vespasianus Augustus. Ex eadem præfatione.

Vt obiicere moliar catullum & reliqua).Sūt codices inquibus scriptū est:Vt obiter molliam & cæ
tera.quod maxime probari posset si uerba quæ sequunt.ille.n.ut scis pmutatis prioribus syllabis du
riusculū se facit ad.Catullū referre oporteret.Plinius Cecilius epistolaꝝ primo libro:Facit īqt uersus
quales Catullus meus aut Caluus:quantū illi leporis dulcedinis amaritudinis amoris inserit sane sed
data opa mollius leuiusq:duriusculos quosdā & hoc inquit quasi Catullus aut caluus . de uerbis autē
illis. Quā uolebat existimari a uernaculis tuis)·Legi posset q̄ uolebā non q̄ uolebat.Permutatas ue
ro priores syllabas intelligunt quia genus carminis diuersum esset a priorū consuetudine Lyricū ui
delicet aut Iābicū·F.Quintilianus li.x.Iambus inquit non sane a Romanis celebratus est.ut pprium
opus:a quibusdā interpositus.cuius inquit acerbitas in Catullo Bibaculo Horatio.Quidā referūt ad
licentiā syllabarū:quod est ridiculū.quidam ad Exametrū & Elegū:in quibus Poeta ille uidetur esse
duriusculus.Sunt qui ad Vespasianū patrē pertinere hoc existimāt .uerba enim illa duo Iocūdissimus
& Maximus syllabis tātū prioribus inter se differūt.Ausonius ad Gratianū imperat[illegible] ē:Celebre īqt
dictū fuit Titi cæsaris perdidisse diē se quo nihil boni fecerat:sed celebre fuit quia Vespasiani succes
sor dixerat:cuius nimia parsimonia & austeritas uix ferenda mirā inquit fecerat lenitatē filii Cōtra
Tacitus:Venerabilis inquit & patiētissimus senex Vespasianus·Cursim hoc delibo:cū q oratio præ
propera est:tū q hæc nec defendo nec refello:sicut hercule nec illud quod quidā nō· Cōterraneū).
sed Cōcerronē siue quod idem est Congerronem meū legunt:Et q exemplaria quædā sunt in qbus
Cerrones non Conterraneum:sed Concerraneū scribatur:& q Castrense id uerbum esse dicant ex historia.Fe
Gerra stus:Cerrones inquit leues & inepti a Cratibus dicti:q Siculi aduersus Athenienses Cratibus p stra
Gerræ tis sunt usi:quas Græci Gerra appellant·Idem auctor:Gerræ inquit sunt Crates uimīeæ. Atheniēses
cum Syracusas obtinerent & crebro Gerras poscerent irridētes inquit Siculi Gerras clāitabāt.Hinc
Gerræ pro nugis contēptuq appellatæ.Meminit & Nonius & alii frequētes·Plautus: Nec uno loco
Hic inquit aderit Congerro meus.nam & Ausonius ad Symmachū:Cogitans inquit nō illud Catul
lianum dui dono Lepidum nouum libellū sed Amargoteron & uerius cui dono Lepidum & rudem
libellum nō diu quesiui:tu enim occuristi:quem ego si mihi potestas sit ex omnibus unū semp elege
rim.misi ita q ad te īquit friuola gerris Siculis uaniora.sed ut præfatus sum nec reiicio nec utiq reci
pio nō q Veronēsem fuisse Plinium suspicer qui absq dubio Nouo comēsis fuit:fe.Trāquillo Hiero
nymoq testibus:sed q ex eadem Italiæ parte fuerit.Nam & Catullus ipse de Trāspadanis omnibus:
ut meos quoq inquit attingam:nihil uero impedit ut Congerronem ita Conterraneū quoq nō in
Foro sed in Castris usurpari consuesse:Plebeium alioquin & Subagreste.

Ex eadem præ fatione·

Lelius Lelium decimum uolo).Codices antiqui omnes aut Iunium Congium:aut Lelium Congrum ha
Decimus bent.& quāuis apud Ciceronem secūdo de Oratore libro·Lelium decimū legamus ex.C.Lucilii sen

tentia:Persium inquit non curo legere hæc: fuit enim ut noramus omniũ nostrorũ hominũ doctissimus: Lelium Decimum uolo que cognouimus uirũ bonũ nec illiteratũ. Meminit & in præfatione finium. Nec ut noster inquit Lucilius recusabo quo minus omes mea legant utimam esset ille Persius Scipio uero & Rutilius multo etiam magis quorum ille iudici ũ reformidãs: Consentinis ait se & Tarentinis & Siculis scribere. In oratione item pro. L. Flacc o: Dec imũ inquit Lælium optimi uiri filium. Fere tamen adducor ut Iunium aut Læliũ quidem om nino tueamur: & si placet Decimũ quoq; sed ita ne Congruũ aut Congium ex uetustissima lection e detrahamus. q̃ id eius uiri cognomentũ esse potuit: ut Spinter Lentuli: Nã & Murenæ & Oratæ qui dã uocati sunt & Apri & Asinæ: de quo Macrobius: & in quadam epistola Cassiodorus.

L entuli
Murenæ
Orati Apri
Asinæ

Ex eadem præfatione.

Quãplurimũ interest sortiatur ne aliquis indicem an eligat). Scribo Iudicem nõ indicem. & Sortiatur potius q̃ Sortiat̃ ne. honestior enim & ueteribus magnis usitata lectio. Infra quoq; paulo: Vt quæ tibi dicantur cũ digna sint): Scribo Cõdigna. Itẽ infra. Casus mirabiles). Lego in antiquis exemplaribus Mirabiles: quos Græci & euentus uarios. περιπετειασ και πλοκασ appellant.

Ex eadem præfatione.

Nec fiducia operis hæc est sed indicatura). Vetus lectio cõmodior: hæc fiducia operis est hæc idicatura: hoc est extimatio & preciũ. in hũc significatũ & Plautus & Cicero & Appuleius & frequẽter Plinius accipiũt uerbũ Indicare: ut Nonii Marcelli mirer prudentiã dicentis indicare idẽ esse q̃d promittere atq; addicere apud. M. Tullium li. iii. de officiis: Sceuola inquit Publii filius cũ postulasset ut sibi fundus cuius emptor erat semel indicaretur.

Indicare
cõ. Noniũ

Ex eadem præfatione.

Quæ græci tasidiopedias uocant). Legendum Tas encyclopædias: ex Fabio Quĩtiliano Vitruuio græcis omnibus: hoc est doctrinarũ orbẽ. Aristoteles in Ethicis cõmentationes Encycleas ĩtelligit: quas Gellius extrarias hoc est exoteticas: Martianus cyclicas: cuiusmodi & problematum sunt libri: & quæ populares a Cicerone ac Themistio questiones appellantur.

Encyclias
Extrarias

Ex eadem præfatione.

A fine aufidii bassi ubi sit ea quæres). Quidã legũt. A fine Aufidii bassi eaq; res & reliqua. Sed potest tamẽ defendi ut modo scriptũ est: hoc sensu: Quæres inquit fortasse ubi ea sit historia. Tũ seq̃t: Dudũ inquit perfecta est sed inter arcana custoditur sanciturq; Sanctũ dicit̃ ait Donatus quod oĩ obseruatione inuiolatũ est. Sanctuaria quoq; Plinius siue Sãctaria Mithridatis appellauit quæ alio loco archana: & Plutarchus, αποορριτα uocauit de Aufidio Basso Plinius Cæcilius Tacitus Cornelius & F. Quintilianus.

Sanctum
Sanctuariũ
Sanctariũ

Ex eadem præfatione.

Nõ ut pleriq; ex iis quos attici fecerunt). Lego Attigi nõ Attici. Paulo quoq; infra. Proinde uero occupantibus locũ faueo ego & posteris). Lego: Proinde occupãtibus locũ faueo: ego uero & posteris: uetusti codices. Significat aũt id uerbũ ita positũ quinĩmo. Seneca Socratẽ cum Platone ĩquit & zenonẽ & Cleantem in animũ meum sine dignatione recipiam? ego uero illos ueneror & tantis nominibus semper assurgo.

Ex eadem præfatione.

Lamiam mons pandecte enchiridiasmon pinacidion). Lego non mos sed musæ. Itẽ loco uerbi enchiridiasmon scribo enchiridia & limon. nam & uetus lectio habet linon pro limon: quæ uox pratũ significat: & A. Gellius notatum reliquit fuisse qui libros suos musas & pratum inscriberẽt. Potest & mosæ legi pro musæ: q; eo titulo ut palam est Herodotus suas historias ediderit.

Musæ
Enchiridia
Limon

Ex eadem præfatione.

Nostri crassiores antiquitatũ exemplorum artiumq; quam facetissimi lucubrationem dico qui ait bibaculus eram & uocabar pantomimus asserit uarro in satyris suis sustulit & flexibula). Vetus lectio diuersa: & enim loco uerbi dico habet puto. Item nõ pantomimus sed paulo minus: aut paulo nimis: ut si ex duobus falsis atq; monstrificis diuinare permittitur fortasse ita sit legẽdum. Nostri crassiores: antiquitatum: exemplorum: artium: q̃ facetissimi lucubrationũ: ut qui ait: Bibaculus erã & uocabar: paulo nimis asserit Varro ĩ satyris suis sesculixem & flexibula. His enim duabus satyris sesculixe & flexibulis Nonius Marcellus Varronem multis locis aduocat. De Furio autem Bibaculo poeta per q̃ faceto si non potius dicaci & mordaculo: Fabius Quintilianus: Suetonius Trãquillus: & in cœnis suis Macrobius. Nam de P. Sextio Bibaculo Cæsar in cõmentariis. Cæterũ quod hic dicitur: Nostri crassiores & reliqua: nõ hũc habet sensum: nostros antiquitates exempla & artes ignorauisse: sed illum nostros inscriptionibus & titulis crassiores fuisse: qui libros suos antiquitatum: exẽplorum: artium inscripserint. nam & M. Varronis antiquitatum libri sæpe nominãtur. de quibus & ipse tertio decimo libro Plinius: & Verrii Flacci. l. priscorum uerborum cũ exemplis quos Festus in duos & uiginti contraxit. Suos quoq; Valerius Maximus exemplorũ priscorum ĩscripsit: q̃ facetissimi uero inquit lucubrationes uocabant: ut Furius siue Fusius Bibaculus: qui ne sibi quidem pepercit dicterio: & eram inquit & uocabar Bibaculus: Anacreontis imitatione qui dixit. οιμοποτησ δε πεποιμαι Ad instar lucubrationum est & noctium atticarũ titulus. Verbum autem sesculixe ab eodem fictum

Ad instar
Sesculixe

Sesquiplum
Sesquihora
Sesquipes

est:unde sexquiplum:sexquihora:sexquipes.nam flexibula non a græco uerbo:id est ἀπο τησ βουλησ descendit:sed eandem formam sequitur quam rutabula:exorabula:sessibula:postribula. q̄ si cui uerbum Pantomimus ualde placeat:nihil pugno:dum cætera quæ dixi custodiat. Succurrit & tertius quidam modus si quem fortasse lectio antiqua delecte hoc pacto: Nostri crassiores antiquitatū exēplorum artium q̄ facetissimi lucubrationum. hactenus ut prius. Deinde sequitur puto qui ait Bibaculus eram & uocabar paulo nimis asserit: ut sit ceu per Ironiam dictum:quale illud. Puto Hānibal erat ad portas.& mille huiusmodi. Puto inquit paulonimis asserere polliceri uendicareq; sibi uideat:qui dixit de se & uocabar & eram Bibaculus. tantum abest ut speciosa illa & magnifica inscriptionū genera quæsierit. Quod autem subiungitur: Varro in satyris suis sustulit & flexibula:facilem intellectū habuerit si uerbū sustulit pro eo quod est erexit & suscitauit accipias: in quem significatum sexcenta ueterum exempla testimoniaq; subscribunt. Ex eadē præfatione.

Apud græcos desiit nugari diodorus & bibliothecis historiā suam inscripsit). Quidam legunt bibliothecas accusandi casu: Ipse bibliotheces paterno. Ita enim libri eius inscribuntur διοδωρου του σικελουτησ βιβλιοθηκησ πρωτοσ. Ex eadē præfatione.

Quidā ignobilem sgt

Appion quidam grammaticus). Legendum est quidem non quidam: ne ignobilis & obscurus credatur fuisse: alioquin artis suæ celeber ut cōstet. Seneca: Appion inqt grāmaticus qui sub. C. Cæsate tota circūlatus est Græcia. Paulo quoq; infra. Ita enim uerius dixerim quoniam audio & stoicos). Legendum est non quoniam sed q̄ audio uetusti codices. Ex eadē præfatione.

C. tuberonis etiam aduersus theophrastū). Lego: Ceu uero nesciam aduersus Theophrastum: alias nec intellectus steterit: nec ueritas fuisse Theophrastū ex Eresso Lesbi oppido & Tyrtamū initio uocatum: uulgatius est q̄ ut moneri quenq̄ oporteat. Fuit & Phanias Eressus qui de stirpibus ut ille scripsit. Romani codices formis impressi habent aliter: hoc modo: Cernimus etiā aduersus Theophrastum: & reliqua. Sed hæc obsoleta extorta & plane conficta lectio est. nostra uero & manu fere scriptis exemplaribus & Plinianæ grauitati consuetudiniq; congruit. De hac muliere Ciceronis uerba sunt primo de natura deorum uolumine Cum meretricula etiam Leontium contra Theophrastum scribere inquit ausa sit. Paulo inferius. Multos fore qui inuiti legant). Vetus lectio duplex. una habet: Multos fore qui ita reprobent ut eligāt. Alia probior: cuius me Fabricius Camers homo diligēs & bene doctus monuit: Multos fore qui uitilitigēt. hoc & sequentia cōfirmant: Ergo inqt securi etiā contra uitilitigatores & reliqua. In omnibus uetustis exemplaribus cōtinuo post præfationē uerba hec legunt ab ipressoribus omissa. C. Plinii secūdi historiarū mundi elenchos librorū omniū triginta septem liber unus qui primus). Est aūt Elenchos græce idē fere quod συλλαβοσ. i. ut in epistolis ad Atticū scribit Cicero: quasi cōprehēsio: sed latine Index ἀπο του ελεγχειν quod significat arguere ac patefacere id quod solent indices ab indicando nominati. Sunt & alia significata Elenchi: sed ut omnia ex uno fonte corriuata uideri possint. Ex indice libri secūdi.

Elenchos
Indices

T. Cicerōe). Legēdū Tullio Tirone: uetusti codices. hic pādectas iscripsit auctore Gelio. Itē. Iulio aquilaq; itē). Legendū. I. Aquila qui item. Ex eodē indice libri secūdi.

Timarcho: petosiri: neocepso). Legendū Timarcho Sosigene Petosiri Necepso: uetusti codices.

Ex indice tertii.

Turanio gracculo). Scribēdū est Graccula: Plinius in præfatione libri tertii. Paulo quoq; īfra.

Rigino). Legendū est Igino: uetusti codices & sequentium librorū de situ orbis indices. de hoc & Suetonius in grammaticis. Ex eodē indice tertii libri & quarti.

Hellanico damasceno). Vetus lectio Demaste nō Damesceno. Item paulo mox. Callimacho siculo). Scribendum est Callimacho Artemidoro Appollodoro Agatocle Eumacho Siculo. Item.

Atheto philologo). Scribendū ex Festo & Suetonio de grāmaticis: Ateio Philologo.

Ex indice quarti.

Malore). Vetus lectio &. iiii. lib. Plinius Malote a patria ut Aristophanes Malotes: de quo. M. Varro: Strabo κρατησ ο μαλωτησ. non hic quidem de Cratete intelligitur ut arbitror: sed de Philistide qui item Malotes sit dictus: nisi quis Cratetes duos putet: alterū grammatici nomenclatura: alterum Malotis: quanq̄ is qui a Strabone Malotes cognominatus est uidetur & grammaticus fuisse.

Malotes

Ex eodem quarti indice.

Eratosthene. & infra: Aleneponte. & infra: Agorastocrito). Vetus lectio: Aedosthene Menephōte Aristocrito. Sed agoratocritus quoq; inter auctores plerūq; nominatur. Infra: Menechino). Legēdum Menæchmo: quēadmodū & Menæchmi Plauto. quod & Athenæus & alii frequētes astruunt. Inuenias & Menecinios sed populos in Oenotria: ab urbe Menecina ut Hecatæus īquit: unde Menecinæi quoq; Meneciniq;. Ex indice quinti libri.

Menæchmi
Menecinei

Indus fluuius). Corruptum locum uolumine intus quinto quāobrem suspicemur docebimus.

Ex eodem quinti indice.

Possidonio qui peri pluton id est de diuitiis peri egeseos id est de terræ ambitu). Legēdum est: Pos

ſidonio qui Periplũ aut Perihegeſim: Ita enim ueteres ĩſcribere ſolitos inuenio. Hecatæus & Antigonus & alii Perihegeſin. i. ambitum. Martianus Periplum. i. luſtratum nauigatione circuitũ: ſicut Limenas aliqui hoc eſt portus ut Timoſthenes. auctorem habeo Strabonẽ ſed & Athenæum atq; Stephanũ qui ſcripſit Ethnica: quorũ epitomẽ fecit Hermolaus Byzantius. Ex eodem quinti ĩdice.

Limenas

Hannone himilane. & paulo inferius: Eubolo). Scribẽdum ex uetuſtis codicibus: Hannone Himilcone Cleobulo: de quo. M. Varro Ex indice ſexti libri.

Themiſtide regionis). Scribendum eſt Themiſcyræ: Strabo Ptolomæus Dionyſius poeta & libro ſexto Plinius. Infra quoq; paulo: Anchei). Legendum Achæi iiſdem auctoribus. Ex eodẽ ſexti.

Higidio. & infra: Vinaco ſiculo). Legendum Nigidio & Eumacho Siculo. & infra Betonio & diogenete). Scribẽdum Betone & Diogneto. Fuerunt enim duo ii itinerũ Alexandri regis menſores auctore Plinio: quos & ſequi ſe teſtatur ſexto uolumine. Ex indice ſeptimi.

Appollodoro. & infra. Cratere. Item Meneſtygitione. Vetuſti codices: Appollõide. Cratete. Mneſigitone. Ex indice octaui.

Icilio). Procilium. M. Varro & Seneca & viii. libro Plinius & pollio Trebellius in triginta tyrannorum uita doctiſſimũ ſui tẽporis grãmaticũ fuiſſe tradẽs: ubi Proculũ mẽdoſe legit. Infra quoq; Antigono cineo). Legendũ aut Cymæo ex ſequẽtibus: aut Cynæo a Cyno Locrorũ oppido. Sed ĩ Varrone Cynicus Antigõus mẽdoſe legit pro Cynæus Cymæuſue. Ex eodẽ indice octaui.

Cynæus

Euagone thaſio). Quidã Euagora. Sed Varro tamen libro primo de agricultura Euagone. Item: Diophane qui ex dionyſio epithoma fecit). Scribo epitomẽ. Varro hũc ex Bithynnia fuiſſe tradit. Ex indice noni.

Albo flauo. & infra: Aegeſidemo cudino). Vetuſti codices: Albino Flauio Aegeſidemo Cydnio. Ex eodem indice noni.

Elio ſcillone). Scribendum Aelio Stilone. hic & Præconinus à Præcone patre cognominatus eſt: auctor Plinius. meminit & Varro & Suetonius de grãmaticis & alii. Ex indice decimi libri.

Præconinus

Illa quæ de auguriis). Libro decimo. Illapſas qui de auguriis. Cæterum codices ſunt in quibus non Illapſas ſed Hyla ſcribatur uel Iolla. Item: Aſcrione. & alibi Aſcicrionem). Legendum eſt Aeſchriõe ut ſupra. Meminit & Varro. Nomine hoc & præceptor Galeni fuit & alii. Ex indice undecimi.

Iulio aquilio & infra: Meliſſo dabiano mutiano). Vetus lectio: habet: iulio: A quila: Melliſſo. Fauonio: Fabiano: Mutiano. Fabianũ & ſequẽtes libri nominãt. D. C. Meliſſo Suetonius ĩter grãmaticos De Iulio Aquila Plinius ſupra. Ex eodem indice undecimi.

Ariſtotele: phemocrito: neoptolemo: qui mella ſcripſit). Legendũ: Ariſtotile Democrito Neoptolemo: qui Melliturgia: Nam & uetuſti codices Melleſurgi habent corrupta lectione. Varro Melliturgos interpretatur Mellarios: ideſt qui exercent mellaria. Ex indice libri duodecimi.

Melliturgia
Melliturgi
Mellari

Xeniade æolico). Vetus lectio: Xenia Athenæo Lyco. De Xenia ſæpe Stephanus. De Lyco & Athenæo Plinius & alii. Ex indice tertiidecimi.

Menetimodoro. & ĩfra: Epippo & infra: Beone). Vetuſti codices Menæchmodoro: Epipodo: Botrye. Infra quoq;: Apollodoro qui de odoribus). Nihil quidẽ muto. Sed Athenæus tamen Apollonium de odoribus ſcripſiſſe tradit απολλωνιοσ ο ηροφιλιοσ εν τω περι μυρων. Herophilius propterea q; ex officina exiſſet herophili cuius hoc opere mentionem uel ſæpicule inuenias. Ex indice quartidecimi.

Herophylius

Bibio ruffo. & infra Aneo botryete.). Legendum: Vibio Ruffino Athenæo Botrye: Ex inde quintidecimi.

Diſymmacho). Vetuſti codices Lyſimacho: itemq;. M. Varro. Ex indice decimiſeptimi.

Decio mũdo). Vetus lectio habet Doſino Mũdo. alioquin & multis locis Doſinus aduocat ſupius etiã ſi Dorſine aut Dorſinio quãdoq; ſcriptũ ẽ. At. xiiii. li. Fabius Doſẽnius. Ex eodẽ decimiſeptimi

Hierone rege attalo rege). Vetus lectio & M. Varro addunt Philometere rege. Itẽ Euagene thaſio & epitoma). Scribendũ ut monui Euagone Thaſio & Epitomen. Ex indice decimioctaui.

Ateio capitone heſiodo). Vetus lectio: Ateio Capitone Manilio Surra Attico qui Praxidica ex externis Heſiodo & reliqua. Libro tamẽ. xviii. nõ Atticũ ſed Actiũ appellat ipſe: Adiecit ĩqt iis Actius in Praxidico ut ſereretur cum luna eſſet in ariete. Ex indice deciminoni.

Menãdro qui biocrea). Codices antiqui Biochreſta: hoc eſt uitæ utilia. Fuerunt aũt duo: Prienæus & heracleotes: ut Varro ait. Et infra. Ophiõne). Scribendũ Opione: ex ſequentibus & xxii. libro Athenæoq;. Ex indice uigeſimi.

Biochreſta

Cratecia. & infra Tilino. & infra Claudio). Scribẽdum eſt Crateia Phyllino Glaucia: ex Athenæo Dioſcoride Plinio. Ex indice uigeſimiprimi.

Vlpio ruffino). & ĩfra: Timãtho). & infra Euche). itẽ Diodoro. itẽ Claudia). Scribẽdũ: Vibio Ruffino Timariſto Dieuche Diodoto Glaucia: partim ex præcedẽtibus & ſequẽtibus: partĩ ex Dioſcoride ac Plinio in mentione Scolymi. Ex indice uigeſimitertii.

Milepolemo). Vetusti codices Theopolemo. Ex indice uigesimiquarti.
Plistonico, medico diocle cleopatra). Item: Crateua petronico diodoro: Marconeside licro). Legẽ-
dũ ex uetustis codicibus: Plistonico Medico Dieuche: Cleophãto: Crateia: Petrõio: Diodoto: Mnesi-
cle Lycio: De Plistonico Athenæus. de Dieuche: Plinius. De Crateia Petrõio Diodoto Dioscorides

Ex indice uigesimiquinti.

Theophanto). Vetusti codices Cleophanto. Ex indice uigesimisexti.
Cimarco). Legendnm est: aut Timarcho: aut Timaristo: ut supra q̃ sæpissime.

Ex indice uigesimiseptimi.

Appion — Plistonide). Scribendum Plistonico ut ex Athenæi testimonio probauimus. Fuit & Appion qdam
cognominatus Plistonicos nõ magnopere Plinio superior ut ipsemet ultimo huius operis uolumie
testatur. Alioquin & Plistonices quandoq; scribitur sicut & olympionices.

Ex indice uigesimioctaui:

E sine medico). Antiqui codices Aeschine. Ex indice uigesiminoni.
Botryenses — Botryense apollodoro orchidemo). Codices uetusti: Botrye apollodoro Archidemo: quanq̃ & Bo-
tryenses a botrye phœnices urbe nominantur. Ex indice trigesimi.
Licio macro). & infra: Herodoto. Item Botryo. Item Ori). Legendum uidetur: Licinio Macro Eu-
doxo: Botrye horo: Hic & Assiriorum fuit Rex: idq; Plinius hoc intus uolumine commemorat.

Ex indice trigesimiprimi libri.

Sorono & infra Nicecato). Legendum ex uetustis codicibus Sornatio non sorono. Item ex Dio-
scoride Nicerato non nicecrato. Plinius secundo & trigesimo uolumine: Sornatius inquit tãtam uĩ
habere tradidit ut nisi oleũ ore contineant qui tingunt dentes quoq; eorum denigrari dicat: fuit quã-
do Valerium Soranum intelligii putauerim. Ex indice trigesimitertii.
Xenocrate zenone temnesto). Vetus lectio: Xenocrate zenonis Theomnesto.

Ex eodem indice trigesimi tertii.

Heliodoro qui de atheniensium anathematis scripsit nymphodoro). Addendũ Timæo qui de me-
dicina metallica scripsit: nam uetusti codices habẽt: Timæo qui de medicina millia scripsit. Appion
certe ut Plinius testatur de metallica medecina commentatus est.
In ambiguo sunt. Mactius plancus: C. ictius. trebius niger: q aliquãdo M. Actius plancus. C. Hirci-
us. T trebonius niger: legunt: nam. Tul. bassus & bethus siue buthus. Item Furius uestalis). Scribẽda
sunt Iulius Bassus. Bytus: Fabius Vestalis ex Plinio.

Castigationes Plinianæ Hermolai Barbari Aquileiensis. P. ex secundo libro.

Ex primo Capite Secundi libri.

i Nfinitus & finito similis). Legere malim Finitus & infinito similis: quod & uetusti qdam
habẽt codices: præsertim cũ sequat: Omniũ rerũ certus & similis ĩcerto. Facit hoc magni-
tudo ipsa uastitasq; mũdi quanq̃ finita circũscripta certa: quod euidẽtissime Peripatetici
demõstrant: tamẽ ut incõperta nobis & captũ hominis supergressa esse uideat. Paulo aũt
infra ubi scriptũ est: Si una omnes incubarent). Sunt qui legant uni magno errore: nõ enim incu-
Demiurgos — bat naturæ sed natura mũdus quippe quæ nõ materiã hoc loco aut stratũ sed efficientẽ cõtinẽtẽ gu-
bernãtẽ ue causam & quæ a Platone Demiurgos: id est opifex aut ειδοσ id est spẽs ab Aristotele uo-
cet significet. De qua re Cicerõis in Timæũ Platonis uerba sunt: Qui omnes inquit aĩantes cõplecti-
tur: id nõ potest eẽ cũ altero. Rursus enim alius animãs: qui eũ cõtineat sit necesse est. ĩcubamus ensi
terræ mari pellibus spongiæ cardinii similibus quæ subiectæ aut obiectæ rei ꝓportionẽ habẽt: Papi-
Ap. Papiniũ Incubare — nius: Et festinantia sistens Fata salutifero mitis deus incubat angui. Est autẽ ĩcubare quod Græci επι-
κεισθαι dicũt Homerus επεχειμ λαιμονιη τιμοι επεχεισ quamq̃ & alius huic uerbo significatus ẽ
apud græcos sicut & apud nos ut cũ gallias ĩcubare. Itẽ cõ incubare quenq̃ Ioui dicimus pro eo quod
est apud Iouẽ. Virgilius. Pellibus incubuit stratis. Simile huic uidetur fere uerbũ Incumbere innitiq;
Plini. cœlũ inquit cardini suo id est terre incũbit. Aliubi terræ ait oĩa inniti: ut magis ferendum sit
naturã incubare mundo q̃ naturæ mundũ. Est aũt incubare uerbũ hac parte ꝓ eo quod est stare aut
cõsistere. Quãobrem Græci quoq; statũ cæli positũq; syderũ in thematibus εποχασ appellant ꝓ-
ptere a ut rancidũ & absurdũ est ĩcubare aut stare queq̃ animæ suæ dicere ita mũdũ naturæ: Sed hæc
quæ a physica ratione capiunt: a grãmaticis coargui non oportuit. Ex capite secundo.
Nullarum egens cõpaginũ). Scribere quidem Cõpagum malim q̃ cõpaginum: etiam si omnino id
Compagies cõ Seruium — Seruius grãmaticus cõtendat. quia tamen & Ouidius & Manlius poete cõpagine pro compage utũ-
tur ferendum est. Ex capite tertio.
Tantæ molis rotata uertigine assidua) Legendũ est Rotatæ. Infra quoq; An dulcis quidem & in-
credibili suauitate concentus nobis qui intus agimur). Lego dulci hoc est suauitate ut cõcentus sit pa-
riendi casu. Item Agimus fortasse non Agimur.

Ex eodem tertio.

Nec ut in uolucrum notamus ouis læuitate continua lubricum corpus quod clarissimi auctores dixere tenerum argumentis ĩdicatur). Vetusti & aliquot ĩpressi quoq; codices loco eius cæsi: qđ clarissimi auctores dixere tenerum: habent Clarissimi quidẽ auctores dixere uerũ & argumentis indicat Ego recentiorẽ lectionẽ defendo: ut sit sensus: Argumentis probari cœlum non esse ut qdã arbitrati sunt) læue hoc est nullis picturatũ aut cœlatũ imaginibus ut oua sunt uolucrũ: idq; propterea ĩoffensum: lubricũ: & tenerũ uocabant. Timæus apud Platonem ουτοσ δη πασ ορτωσ θεουλογισμοσ λειομ και οπαλομ, παμταχητε εκμεσου ισομ και τελεομ εκτελεωμ σωματωμ σωμα εποιησεμ. Idem multis post uersibus. τομεμ γαρκαταφυσιμ ευκιμητομ ο ταμ και βραχυπαθοσ εμπιπτηει σαυτο διαδιδωσι κυκλω μορια ετερα ετεροισ ταυτομ απεργαζομεμα μεχρι περαμ εξαγγειλη τουποιησ αμτοσ τημδυμαμιμ. Cicero in eundẽ librũ: Deus inquit cælũ ita ornauit ut uel nihil uel parũ asperitatis haberet: nihil offensionis. Et statim post: Omni autem totam figuram mundi læuitate circũdedit. Martianus Fœlix Capella: Linarem inquit circulũ ingressa uirgo conspicatur globosum quoddam tenerumq; corpus e superni roris læuitate compactum instar speculi prænitẽtis. Idẽ alibi: Subtilium inquit corporum teneritudinẽ: de Aqua & Aere & Ignibus & Aethere ĩtelligẽs quæ ob id etiã cymata hoc est fluctus a physicis uocent. Porro sequẽs est ut læuia globosaq;: ad motũ quoq; tenera sint & lubrica. proinde. L. Appuleius in libello de Socratis dæmonio Læuorẽ siue læuitatẽ cum dixisset: adiecit lubricã. Porro qui ouum appellauere cœlũ: a Democrito & Pythagora uidẽtur accepisse. Cymata

Ex eodem tertio.

Alibi litteræ figura). Quidã lituræ: ut galaxian intelligas: quoniã sequat: candidiore sup uerticem circulo: sed & littera in eo cœlata conspicit: quam uocant Deltoton septẽtrionali parte signiferi sub emersum procedens Arietis.

Ex capite quinto.

Ignitum summo). Lego Igniũ non ignitum. nec enim ignitũ ꝓpric dici pŏt quod ignis est totũ: alioquin & uerbũ illud sordiusculũ mihi est: nec scio q̃ honeste in penũ Romani sermonis admitti potuerit: uox nõ qdẽ noua & repertitia aut paulo ante insita latinis auribus ut qdã rati sunt: quãdo & Lucretius utit: & Appuleius ignitã eẽ Martis stellã dixit. sed qua Plinius abstineat: ubiq; nõ igniri: sed ignescere usurpans. Ignitum

Ex capite septimo.

Deus est iuuare mortalem). Quidã scripserunt Decus est &c. Sed proculdubio legendũ est Deus: sumptum id a Græcis uel prouerbio dicẽtibus αμθρωποσ αμθρωπου δαιμωμιομ hoc est homini hõ deus. Sophocles œdipode. αμτραδωφε λειμ αφωμ εχητε και δυμαιτο καλλιςοσ πομοσ. Strabo ευμεμουμ ει ρηται και τουτο τουσ αμουσ τοτε μαλιςα μιμεισθαι τουσ θεουσ οταμ ευερ εγωσιμ. Quale Virgilianum illud: Deus nobis hæc ocia fecit Nãq; erit ille mihi semper deus, & reliq. Cicero de natura deorum: ita inquit concludam beluas a barbaris propter beneficium consecratas. Idem. prod[illegible] inqt chius ea quæ prodessent hominum uitæ deorum in numero habita esse dixit. Deus Prouerbiũ Ap. Verg.

Ex eodem septimo.

Præpostere indutum) Laudo qui malunt ĩductũ: ut est apud ipsum met Augustũ in Epistolis auctore Suetonio. Plautus Epidico: ut impluuium inducta erat. Paulo quoq; infra. Impfectæ in hominẽ naturæ). Scribendum est in homine. Nec multo post. Haud dubiæ naturæ potentia). Legendum: haud dubiæ: ut sit non casus nominis sed aduerbium.

Ex capite octauo.

Spheram ipsam ante multo altas). Libro septimo Spherã inquit Milesius Anaximander. Nihil de muto: locum indico. Alioqui uetus lectio alia est omnino: ad hunc modum: Signa in eo Cleostratus & primam Arietis & sagitarii feram ipso mandante mundo Athlas. Sed displicet.

Ex eodem octauo.

Semper illa in dextram præcipiti). Legendũ est illo id est mũdo. Quod autẽ sequitur. Ita ferri). Potest quidẽ id defendi: sed cõmodius cadet si legas: Ita fieri.

Ex eodem octauo.

Nunquam ab ea uigintiduabus partibus remotior). Videri posset legẽdũ Vigintitribus: ex Theone mathematico: ut id spectet quod non semp sed fere solet accidere: nam & uigintiseptem & uiginti octo partibus distat a Sole Mercurius: orientalis in Capricorno uigintiocto. occidentalis in Leõe uigintiseptem. Ptolomæus auctor tertiodecimo compositionis magnæ libro prope calcem. Cæterũ non censeo mutandam esse lectionem Plinii hac parte ut qui iudicium fortasse aliorũ sit secutus hoc est Sosigenis & Ctesiæ. Idem & Martianus Capella.

Ex eodem octauo capite.

Maioresq; aliis Habẽt). Lego alios. qui autẽ sint maiores anni planetarũ omnes fere qui de sciẽtia siderũ scripsere disputant: cuiusmodi est Metonicus quẽ Meton Pausaniæ filius Athenis tabula proposita ĩstituit cõtinẽtẽ ut Diodoro placet decẽ & nouẽ ãnos aut. ccxxiii. mẽses ut Plinio ĩ defectibus reddẽdũ. Martia. quoq; idipm cõfirmat: Nõ pŏt inqt Luna ad idẽ hoc ẽ ita ut ẽ posita eodẽ mẽse eadẽ

Annus Metonicus Annus Maximus Annus Mundanus Endimion

parte sic ad solem reuerti eadē latitudinis portione nisi mense.ccxxxii.id est āno inquit.xix.De Me-
tonis anno Columella quoq3.De anno maximo post Ciceronem Macrobius qui & mundanū dici
esse tradit
Ex capite nono.
Proximū ignorati sydus.) Lego ignorari. Et infra: Nō sumus profecto ingrati.) Vetus lectio habet
grati:hoc est Endymioni qui Lunæ cursum primus inuenisset:nō illam fuisse referendā benemerē-
ti gratiam ut captum amore syderis fabulæ confingerent.Quæ autē mox sequunt̄ :de seneca sumū
tur fere naturalium quæstionū libro tertio.Quanto satius inquit est sua mala extinguere q̄ aliena po
steris tradere quanto potius deorum opera celebrare q̄ Philippi aut Alexandri latrocinia? qui exitio
gentium dati non minores fuere pestes mortalium q̄ inundatio q̄ conflagratio.
Ex eodem nono.
Incoitu quidem nō cerni quoniam haustū omnem lucis aduersa illo regerat unde acceperit).Lego
auersa:nam aduersa plena est:iam quæ non uisuntur quæ latent auersa dicimus:quæ uero patēt & cō
spici tota possunt aduersa.nec aliter fere Plinius appellat:quæ græci per diametrō hoc est per dime
tientem lineam obiecta dicunt.habet hoc & aliā quoq3 remotioris doctrinæ rationem a Berosio tra
ditam corpus Lunæ pilam esse dimidia parte cādidam altera ceruleam in coitu solis ardore corripi
conuertiq3 partem eius candentē proprietate quadam naturæ luminis ad lumen trahendi atq3 ita fie
ri auersam nobis & ceruleam hoc est inferiorem eius partem quia cādens non sit ut ait Vitruuius p
pter aeris similitudinē obscurā uideri.De hoc ipso Apuleius in deo Socratis ex Chaldæorū sentētia
Lunam ait parte luminis compotem:partem cassam uideri.
Ex eodem nouo capite.
Quia orbe dimidio nōnunq̄ maculosa cernantur).Legendum cernat̄.Ipsa inquit Luna docuit si-
ue quod idē est magistra fuit:sydera quoq3 alia humore terreno pasci quoniā ī ipso eius orbe medio
sordes & maculæ uisitari quādoq3 solent:nā hoc in cæteris etiam si nō cernit̄ tamē argumēto est ī lla
quoq3 ut Lunā halitu terreno refici.Peripatetici diuersa sentiunt & Lunæ maculas quarūdā ī ea parti
um densitati tribuunt.
Ex capite decimo.
Defectus aūt suos & solis). Legere quidē malim eius hoc est Lunæ:q̄ suos.sed & suos tueri forte pos
sumus.pendet enī sensus ab illo inde uerbo quod supius mox attulimus.Omniū inquit quæ ī cœlo
prænosci potuerūt magistrā fuisse Lunā:hoc est docuisse mōstrasseq3:propterea si dicas monstrasse
Lunā defectus suos & Solis indices existerē magnitudinū & umbræ ipsorū nihil absurde aut parū la
tine dixeris.His adde Catonis uerba quæ Plinius quoq3 decimoseptio libro recitat:Vinea īqt si ma
cruerit sarmēta sua cōburito.Apuleius qui senticeta inqt colūt quoniā nullus in tesquis suis fructus ē
aliena furatū eunt.Paulo infra Extitere).Scribendū est ut diximus.existere:hoc est ipsos Solis &
Lunæ defectus indicasse magnitudines eorū atq3 umbras ut uerbū umbræ casu paterno sit.deliquia
.n.ipsa inquit Cleomenes & paulo infra Plinius:& in Scipionis somnio Macrobius & magnitudinē
& genus umbræ māifestū fecerūt.uerbi gratia effigiē metæ cū Luna obiectu Terre deficit.Est autē

Meta Turbo Conos Calathos Cylindroides

meta idē quod turbo inuersus conos a græcis appellata:sicut turbo rectus Calathos:nam quæ figura
colunæ iacitur cylindroides uocatur.
Eo eodem capite decimo.
Neq3 lunæ excedat latitudinē).Quidā legūt altitudinē:quoniā paulopost:nullū īquit aluit sydus eo-
dē modo obscurat̄.Itē supra Luna īquit pura omnia & diuturnæ lucis plena.Sed cōseruari tamē po
test antiqua lectio:nō enim uerū prorsus est umbram Terræ citra Lunā cōsistere: sed latitudinē eius
id est abacū & orbē corporis fere nō egredi.proindeq3 subiungit̄ nō eodem modo cætera obscurari
etiā si ad globū Mercurii ut quidā rati sunt umbrā perueniat.quid? q̄ si umbra nō posset Lunæ altitu
dinem excedere cū omnis mucrone ingruat futurū sit ut nunq̄ tota deficiat:sed ea tantū parte quam
fastigiū & apex umbræ quasi lamberet.Adeoq3 id de altitudine uerū nō est:ut de ipsa etiamnū latitu
dine sit dubiū:quā umbra terræ non tegi modo sed excedi cōstat aliquando:prout in epigeo uel apo
geo suo Luna magis minusue fuerit.Cur ergo supra Lunā īquit pura omnia? nempe quia nullū aliud
sydus ītercedente terra potest deficere:nō Saturnus:nō Iupiter:non Mars.Quod ūbra terræ spatio
consumitur:nō Mercurius q̄ nunq̄ Soli ex aduerso sit:non Venus utraq3 ratione.Ac potest qdē con
tingere ut obscurentur illa quoq3 ac delinquant.Sed nobis & utiq3 alio modo q̄ Luna.ut enim Luna
terræ obiectu ita stellæ cæteræ interpositu Lunæ possunt nobis adimi.
Ex capite undecimo.
Nō posset quippe totus sol adimi terris intercedēte luna si terra maior eēt quā luna).Clarissimi q-
dē hoc auctores fortasse dixerint Verū argumētis indicat̄ Luna maiorē esse Terrā ter & duabus qn
tis fere partibus.Idq3 Claudius Ptolomæus & secuta ætas oīs cōsensu magno sanxit.Martianus etiā
Sexis maiorem esse Terram uoluit q̄ Lunam.Cicero de natura deorū secundo libro Luna inquit ut
ostendunt Mathematici maior est q̄ dimidia pars terræ.Quod autem hic probatiōis loco affertur
cauillatio mera est nemo enim fatetur in deliquio Solis uniuersum eū Terræ simul adimi.sed aliubi
totum:aliubi dimidium:& per alias deinde portiōes:prout ex locorum situ parallaxes id est obtutus
nostri discrimina fuere:atq3 ut eundem terris quæ humano uestigio p̄munt̄ eripi concesserim.nō ta
men id eo ualet ut adimatur uniuersæ terræ:cū uix quarta eius pars collatur:tres aliæ uel ab aqs uel

a polis ſqualeant. Quod autem protinus adiungitur· Tertia ex utraq̧ uaſtitas ſolis aperitur). Pleriq̧ mēdoſum ac deprauatū arbitrant̄ intellectu uel nullo uel inepto. Quid ſi legatur: Certior utraq̧ uaſtitas ſolis aperit̄: ut ſit ſenſus: de Terra quidē & Luna poſſe ambigi utra ſit maior: de Sole nullo modo. Sed & cuſtodiri pōt lectio: ut ſit ſenſus: ex accidētibus duarū rerū hoc eſt Lunæ atq̧ Terræ uaſtitatem: Solis tertiā euidenter oſtendi. quod quidem & Macrobius in ſomnio Scipionis cōmemorat.

Ex capite duodecimo.

Thales mileſius prædicto ſolis defectu qui ſub halyat teregefactus eſt)· Nec Pliniū nec librarios accuſo. Sed. M. Cicero de diuinatione primo libro defectionē ſolis eū quæ Aſtyage regnante facta ſit prædixiſſe tradit. De hoc Aſtyage cū alii tū Valerius Troguſq̧. Ex capite quintodecimo.

Terra centrum cœli eſt nō ſigniferi obliq̧ inter eos ſiti). Legendū Nec non ſigniferi. Quanq̄ enim nō iidem ſignifero & mūdo uertices hoc eſt poli ſunt: nihil tamē impedit quo minus idem utriq̧ poſſit eſſe centrum. Martianus ipſe inquit zodiacus ſignaq̧ cælo hærētia tātūdem a terris undiq̧ ſecus interſtitii detinent. Ex capite ſextodecimo.

Idemq̧ motus alias minor)· Legendum Idemq̧ motus alias maior alias minor· & īfra Minimo feruntur motu tanto minores). Scribendū nō minores ſed minore. Ex eodem ſextodecimo

Nunquā longius ſex & quadraginta partibus)· Corruptū quidam locū rentur. Porphyrius ſeptē & quadraginta remoueri a ſole Venerē tradit nihil mirū. neutra ſupputatio ſcrupularis & exquiſita eſt Sed ad id quod parte plurima contingit refertur. Theon certe idē aſſerit quod Plinius. alii cū Ptolomæo diſtingunt: matutino exortu per initia Scorpionis ſex & quadragīta partibus: ueſpertino ſeptē & quad raginta utiq̧ in Aquario. Martiāus: a ſole inq̄t Venus uno ſigno & parte unius dimidia ſeparatur. Aliubi: quinquaginta inquit momentis Venus a ſolis orbe diſcedit licet plus quadraginta ſex partibus aberrare nequeat. Ex cap. xvii.

Mercurius uiginti a ſole abſcedat). Quidam legunt uiginti duabus ex Plinio ſuperius ut cōmonui Sed memīerint quæ Martiāus Capella homo doctior q̄ lucu lētior tradit. Mercurius inquit occaſus duos habet: unū cum ante Solem parere ſolitus claritate radii ſuperuenientis occulitur. alterū cū retrogradatione ſua uiciniæ Solis admotus idem patitur in occaſu Ab ipſo quippe Solis lumīe ītra uiginti momēta abeſſe inquit non poterit: licet maioribus partibus aberrarit: qui ultra ſecundū ſignū inueniri non poterit. Idē auctor: ab Sole inq̄t Mercurius nunq̄. xxxii. partes aberrauerit nec duobus ſignis abſtiterit. Cicero de natura deorum tutius & melius: nec a Sole inq̄t longius unq̄ unius ſigni interuallo diſcedit Mercurius: tum anteuertens tum ſubſequens. Idē. Venus inquit nunq̄ a Sole duorum ſignorum interuallo longius diſcedit tum antecedens tum ſubſequens.

Ex capite uigeſimo ſecundo.

Seſcuplum). I ego ſeſquiplum hoc eſt ſeſquialterum quod græci hemiolion appellant. Ad eundem modū corrupta lectio eſt in. F. Quintiliano ubi de compoſitione orationis agit libro nono. Sed ſexcentas in eodem mendas mihi pridem ſepoſui cum primum uacauerit ꝑdendas. Verbum autē ſeſq ut Auguſtinus interpretatur pro eo quod eſt ſe abſq̧ dictum uideri poteſt. Erat & uſure genus Seſqplæ in noſtro iure pontificio damnatū. Vbi & corrupta lectio eſt ſexcuplæ pro ſeſquiplæ. Proportiones autem & interualla ſyderū de Platonis Timæo colligunt Latini Græciq̧ interpretes. De qua re Macrobius Martianus Chalcidius.

Seſquialterū
Hemiolion
Seſquiplæ
Vſuræ

Ex capite uigeſimotertio.

In altitud inem ſubire prodiderunt)· Addendum eſt nubes ex uetuſtis codicibus· & infra. In lunari articulo)· Scribendum eſt circulo·

Ex capite uigeſimoquinto·

Tibiarum ſpecie arti muſicæ portendere obſcenis autem moribus in partibus uerendis. ſignorū ingenii & eruditiōis triquetram figuram & cætera)· Legendum arbitror: Ingeniis & eruditiōi ſi triquetram & reliqua. ut ſit ſenſus Si crinita ſydera tibiarum præferant imaginem arti muſicæ portēdi ſi partes ſignorum uerendas occupent fore ut obſcenæ libidinis exēpla edantur: ſi formā uel triquetram uel quadratam ad aliquam hærentium ſtellarum edant futurū ut ingēiis & eruditioni detrimētum afferant· proindeq̧ non edunt ſed edant ſcribere oportet ex uetuſtis codicibus.

Ex capite uigeſimoſeptimo.

Hæc ideo facta quia incuſſura erant illa raritate timorem occultam autem eorum eſſe rationem)· Legendum ex uetuſtis codicibus: Hec ideo facta quia incaſura erant illa: raritate autem occultam eorum eſſe rationem· Seneca: Inter nos īquit & Tuſcos intereſt: nos putamus ꝙ quia nubes colliſæ ſūt ideo fulmina emittant. ipſi exiſtimant nubes collidi ut fulmina emittantur· nam cum omnia inq̄t ad deum referant in illa ſunt opinione tanq̄ non quia facta ſunt ſignificent: ſed quia ſignificatura ſint fiant· Eadem tamen ratione fiunt inquit ſiue illis ſignificare propoſitum eſt ſiue conſequens. Idē auctor: oīum inquit fulminum & omnis euentus ſtatuta dies eſt· quæ uerba cum Plinianis illis hoc ipſo capite conueniunt: Atqui hæc ego inquis ratis temporibus naturæ ut cætera arbitror exiſtere·

Ex capite xxxi.

Soles Nec ſupra ipſum nec infra ſe)Legendũ:Nec ſupra ipſum nec infra:ex uetuſtis codicibus.Græci pa
Polydeuchia rallelia noſtri uirgas Hiſtorici ſoles uocant:auctor Sencca. Ex capite.xxxvii.
Ap̄.Proptiũ Gemmæ autem ſalutares).Lego geminæ:quas greci polydeuchia uocant. Seneca In magna ĩquit
Ap̄.Papiniũ tempeſtate apparẽt quaſi ſtellæ uelo inſidentes adiuuariq́ʒ ſe tunc periclitãtes exiſtimant Pollucis &
Caſtoris numina.Proptius Cernere & optatos quærere tyntaridas. Item Cãdida fœlici ſoluite uela
choro.Ideo autem choro ꝙ ſolitarium exitiale ſydus eſt appellatũ Helena.Papinius cum iam dãnata
ſororis Igni tænari fugerunt carbaſa fratres. Ea capite.xxxviii.
Immenſo rerum cauſas globo).Legendũ:Immenſo rerum quaſi globo.perſtat.n.in pugnæ belliq́ʒ
metaphora. Ex capite.xlvi
Conflexa ſubito aut confracta ĩ humeros).Vetuſti codices nõ ſubito ſed cubito:nam ut in parieti
Ancones bus ita & in promontoriis Acones dicuntur:auctores Vitruuius Strabo cæteri.nam de humeris Pa
Pap̄i. pinius.Conſedit uirideſq́ʒ humeros & reliqua.Sunt & in montibus articuli:Plinius in calce operis.

Ex capite. xlvii.

Illos ſtatus atq́ʒ perſpirantes).Lego ſtatos. Ex capite.xlix.
Hebeti mox iudicatu).Vetuſti codices:Hebetius mox iudicatum eſt id:ut ſignificet. το παχυτε
ρομ και το τυπο ειπειμ hoc eſt negligẽtius & pinguiore quadã formula.Proinde ſubiungitur.Secu
ta ætas octo addidit ratione nimis ſubtili & conciſa. Ex eodem capite.xlix.
Rurſumq́ʒ luſtra ſequentia ordine ſeruantinus).Videtur legi rectius.Rurſumq́ʒ luſtro ſequẽti ordi
nem ſeruantibus.Quando inquit intercalatur uẽtos qui ad ſextum Idus aliudue tempus ſtati ſũt die
uno anticipare:ut uidelicet ad ſeptimum idus flare incipiant mox ſequẽti luſtro iterum ſeruare ordi
nem naturæ id eſt ſexto idus ſpirare non ſeptimo:alioquin ſuperuentu alterius intercalationis ac de
Orithia inde ſuccedentium anticipatio hæc in infinitum regreſſura eſſet. Ex eodẽ capite.xlix.
Ornithas Orithiam).Nouimus quidem raptam a borea Orithiam Erichthei filiam & inuentum cõuerſam:
ſed uetus lectio habet Ornithiam:quoniam ab aduẽtu auium flare hunc dicat.Aues autem græci uo
cãt Ornithas etiam ſi præcipue Cortales.Vitruuius quoq́ʒ Ornithias certo ait flare tp̄e.Infra quoq́ʒ.
Prodomos).Scribendum eſt prodromos id eſt præcurſores. Ex capite.l.
Nunc de repentinis flatibus qui exhalãt eterra ut dictum eſt coorti rurſuſq́ʒ deiecti interim).Et re
liqua.Scribendum:Exhalante terra.Sunt & qui non interim ſed in terram magis probãt.Paulo quo
Ecnephias q́ʒ infra Qui typhon uocatur ideſt uibratus.Ecnephias differt hic ſecum aliquid).Scribendum eſt
defert ex Ariſtotele Theophraſto Seneca.Typhõem ait uocari qui ſit Ecnephias nõ ſimpliciter ſed
uibratus hunc deferre ſecum aliquid abreptũ e nube quo ſe librat uibratq́ʒ. Ex capite.lv.
Vt uentura alio finito die præcinanat).Legendum eſt alia non alio.

Ex capite.lvi.

Vigilans ictus contuentibus oculis).Legendum conniuentibus:nam dormiens inquit patentibus.
Et infra. Fulminatorum:) Lego fulminitorum ex Feſto. Ex capite.lix.
Amamertinis & tudertibus).Plutarchus Amerinos & Tudertes nõ Mamertinos fuiſſe tradit hos.

Ex capite.lxv.

Cuius numen ultimum iam nonnullis imprecamur iraſci graue).Antiqui codices.Cuius numẽ ul
timum iam nullis imprecamur rati graue:ut ſit ſenſus:Impræcari nos quãdoq́ʒ numen terræ ultimũ
extinctis rati graue id eis fore qui iam nulli ſunt quibuſq́ʒ etiam ſi aliqua parte ſupereſſent:tamẽ offi
cere non poſſet benigna mitis indulgens uſuſq́ʒ mortalium ſemper ancilla.De hac imprecãdi cõſue
Ap̄ Sueto nium tudine cum alii tum Suetonius in Tiberio pars inquit in Tiberim clamitarent:pars terram matrem
deoſq́ʒ manes orarent ne mortuo ſedem ullam niſi inter impios darent.Item paulo infra Eruditur
aquis).Vetuſta exemplaria eluitur:quidam eruitur.Item ſupra mox Vt freta amittamus). Scriben
dum admittamus.obiectis puta molibus.Item nõ multo poſt. Ad noxa genuit).Legendũ ad noxã.

Ex capite. lxvii.

Pendere ipſos).Sunt qui legunt ipſam.& infra Vniuerſæ rotũdis). Scribendum rotunditatis.Et
infra. Sed multo maxime Hæc pugna eſt).Legendum:Sed uulgo maxima hæc pugna eſt.Et infra.
Etſi hæc natura eorum confeſſa).Legendum ſit & non ſi.Et infra. Propius a centro).Legendum
Propius centro. Ex capite.lxx.
Vltraq́ʒ famam exegerit accolas).Legendum quibuſdam uidetur non famam ſed fines: utrumq́ʒ ta
Intra famã men defenderim:ut ſit ultra famam idem quod ultra opinionem omninoq́ʒ per q̃multum:nam & ĩ
Defunctus tra famam dicitur quod eſt huic contrarium.Fabius Hortenſii inquit ſcripta tantũ intra famã ſunt.
Mortuale Verbum autem Defunctus eius:de quo mox infra obſeruatione dignũ pro cadauere ipſius ad imita
Morticinũ tionem græcorum qui μεκ ρουσ ipſi quoq́ʒ appellãt:mortuale morticinumq́ʒ Hieronymus.Proinde
Strabo ſigna fictilia quæ Corintho euerſa Romã impleuere necrocorinthios id eſt Corinthiorũ de
functos uocata ſcribit.

Ex capite. lxxv.

Et post eos nonaginta dies in meridiem umbram iaci). Lego per non post cũ ex sequenti capite tũ ex libro sexto: Hæc est inquit regio uolumine secundo significata a nobis. in qua quadragintaquinqꝫ diebus ante solstitium totidemqꝫ postea hora sexta absumuntur umbræ & in meridiem reliqs horis cadunt cæteris diebus in septemtrionem. Ex eodem capite. lxxv. Oretæ

In india gente oreum). Vetusti codices Oretũ Sunt auté ut Strabo appellat Oretæ gẽs Indica post Arbin amné Arianorũ Plinius quoqꝫ libro sexto Oretas ait propria nõ Indorũ lingua uti. eodem tamen sexto Monedes inquit & Suari quorum mons Maleus in quo umbræ ad septétrioné hyeme cadunt æstate in austrũ: ut fieri possit cõtributos fuisse Oretus Monedas & Suaros: præsertĩ ꝙ Oretæ a Palybotris qbus iuncti sunt Monedes & Suari procul absint. Ptolomæus in Arachosia cõstituit Eoritas uocãdo eos inter Sarbin & Indum amnes. Esse aũt Sarbis uidet̃ qui & Arbis & Arabis quãdoqꝫ scribitur ab Arianis montibus per Drangas & Gedrosios in Oceãum delatus. Apud Mallos in India ualde periclitatum Alexandrũ Regem scribit Plutarchus & eustathius. Ex capite. lxxvi. Sarbis

Bis quadraginta duobus diebus). Lego: Bis quadragintaquinqꝫ diebus: ex uetustis codicibus & superiore capite. Ex capite. lxxx.

Iisdem imperia quæ nunquã extimescentibus fuerit.) Lego iisdem imperia quæ nunq̃ extimis gẽtibus fuerint. Et paulo supra: Sensus liquidos. Scribo Liquidus. Ité supra: Fertilis ad omnes tractus). Scribo: Fertilis ad omnia tractus. Item paulo infra. Pro unitate naturæ). Legendum censeo: Pro immanitate naturæ. Plinius libro sexto de Scythis: Iuxta ĩqt uastæ solitudines ferarũqꝫ multitudo haud dissimilem hominum ĩmanitatem obsidet. Erit ergo sensus: quemadmodum inquit extremæ gentes ĩperare diu nequeunt defectu uirium aut prudétiæ ita nec parere: cũ sint auulsæ nobis atqꝫ in aliũ orbem quasi relegatæ. nec solum hoc sed si aditus quoqꝫ ad eas pateret aliquis tamé ĩmanitas naturæ ac peregrinitas abunde subduceret sũmoueretqꝫ nobis eas. Ex capite. lxxxvii.

Nec recessu maris sic ut idem circeus). Legendũ Circeis. Verbũ auté Sicut idé scribi põt sicut eidé hoc est Homero credimus: ex tertio Plinii uolumine: Circei quondã inquit insula ĩméso quidé mari circundata si creditur Homero Confirmat id & Iulius Solinus. Ex eodem lxxxvii. Circei

Tota teutraniæ). Lego: tota Teutrania. Herodotus: Vbi nunc inquit Aegyptus est uidetur maris sinus fuisse: quéadmodũ circa Ilium & Teutraniam & Ephesum & Mæandri campestria. Plinius quinto libro partem inquit Troadis in mediterraneo quæ uocatur Teutrania. Ex capite. xc. Ap̃. pap̃i.

Alioqꝫ motu terræ stagnum emersisse. Legendũ putauit Statinam Domitius ex Papinio in syluis: Aenariæqꝫ lacus medicos statinasqꝫ renatas. Ex eodem. xc.

Euboeæ athlãté. Legendũ Atalãté: ea Strabone ac Stephão. meminit & Thucydides & Seneca. Idqꝫ circa Peloponnesiaci belli tempus accidisse referunt. Et ĩfra capite. xcii Leucada: anthirrhum) Scriberem Antirrhium: eodé enim fere mari est quo Leucas dictũ: quia Rhio aduersum est: Plinius libro quarto. Nam de Leucade olim continenti annexa Strabo quoqꝫ. Ex capite. xci. Antirrhium

Pernem mileto). Scribendũ Prienem ex Strabone: qui ait Prienem urbem maritimã ĩuectu Meandri fluminis inter ipsam Miletumqꝫ labentis mediterraneã esse factam: Nam perne in Thracia erat Stephano contra Thasum insulam. Ex capite. xciii.

Galanies). Vetus lectio Gamales: Tranquillus in Tito: Thraciam inquit & Gamalé urbes ualidissimas Iudææ in potestaté redegit. alioquin nõ Thraciã sed Tarichiã scribendũ. De utraqꝫ Plinius lib. v. Iosephus: Syriæ inquit habitatio quædã fuit Gamele. Ex capite. xciiii. Gamale

Ex insula æaea). Vetus lectio Cea. Plinius id quarto libro expressit: Insulæ inquit Ceæ quattuor fere partibus quæ ad Bœotiã uergebant eodé mari deuoratis. Ex capite. xcvii.

In lydia quæ uocantur calaminæ nõ uentis solum sed etiam contis uel quolibet impupsæ) Vetus lectio: sed etiã contis quo libeat impulsæ. Porro in Lycia Calminas aquas reperio a fonte qué Calmin Stephanus: alii Calænon: alii Calæmon: alii Calbin uocant. affinitas autem uel regionũ uel nominis facit ut modo in Lydia modo in Lycia prodant̃. Seneca: Sunt inquit lapides multi pumicosi & leues ex qbus quæ cõstant insulæ in Lydia natant: auctore Theophrasto: Ita enĩ lego non ut scriptũ est In India: sequitur enĩ: Ad Cutyliam inquit natantem insulam uado. De quibus aquis Plinius hoc ipso capite: Fluctuant inquit in Statoniensi & Vadimonis lacu & ad Cutylias aquas opaca sylua. Castigãda sunt & Senecæ corrupta eodé loco id est tertio naturalium quæstionũ libro uerba: Ad Cutyliã inqt natanté insulã uado in alia in Vadosis lacu uehitur lacus in statione Nili est. non enĩ in Vadosis lacu: sed in Vadimonis lacu. Ité non lacus instatione Nili sed alia in lacu Statoniensi lego. De Statonensi uero præfectura siue agro Vitruuius: Strabo: & multis locis Plinius: Nã de Vadimonis lacu & Plinius Cæcilius Epistolarũ libro nono ad Gallũ: ut post dicemus. Ex capite. xcviii. Lacus Vadimonis Ap̃. Senecã

Iuxta narpasa oppidũ asiæ). Lego Harpasa ex uetustis codicibus & Plinio in terra Caria quinto libro: Harpasa inquit apposita fluuio Harpaso. Idem & apud scriptores græcos uocabulum.

Ex eodem. xcviii.

Circa afon troadis).Scribendum per duplex.s.nã per unum in Creta eſt Aſos ut ĩquit Stephanus ubi uetuſtiſſimũ Iouis Aſii delubrum.De hoc autem lapide Sarcophago & alibi nobis hoc opere diſſerendum eſt.

Ex eodem.xcviii.

In agro Harpauo)·Legendum Arpano:de quo in regione tertia Italiæ Plinius.

Ex capite.xcix.

Attollentes ſe cum ea & mundo intumeſcentes).Legendum ex uetuſtis codicibus: Attolente ſecũ ea mundo intumeſcentes:id eſt mundo Solem & Lunã ſecũ attolẽte circũactu ſuo:fit ut maria tumeſcant·Plinius ſupra:Attolluntur inquit a mundo ſydera rapiunturq; in occaſum.Et paulo infra. Pa

I ſomerinæ
Cericæ

ribus tamẽ interuallis reciprocis).Legendũ reciproci:hoc eſt æſtus ipſi.& infra: Sed ab æquinoctialibus)·Legendũ Sed æquinoctialibus.Sunt enim horarum duo genera æquinoctiales:quæ a græcis Iſomerinæ uocant̃:& tẽporales ſiue quod idem eſt uulgares quas illi Cæricas appellant auctore Ptolomeo:Theone:cæteris.

Ex capite.ci.

Circa meſſanam & milyas).Scribendum Mylas ex uetuſtis codicibus & Plinio in ſitu Siciliæ.Seneca quarto naturaliũ queſtionũ uolumine:Circa Meſſanã inquit & Mylas fimo quidã ſimile mare profert:feruetq; & æſtuat nõ ſine colore fædo.unde illic Stabulari Solis boues fabula ẽ.quæ uerba

Ap̃ Senecã

Plinius hac parte mutuatus cernit̃:quanq̃ in Seneca deprauatum fæde locum eũ reſtitui.Huius rei meminit & in Phedone Plato·

Ex capite.cvi·

Nec in armeniæ maioris aretiſſo).Plinius libro ſexto:Tigris inquit influit in lacum Aretiſſam oĩa illata pondera ſuſtinentẽ.Solinus Arethuſam uocat eũ Strabo Arſenem & Thopitin ſecutus Eratoſthenem.Plinius diuerſum ab Aretiſſa Thopitin exiſtimat:nata cõfuſſo ꝙ utrũq; ſtagnum Tigris amnis trãſuectus ĩ cũiculos ſpecuſq; mergit̃·Dionyſius poeta nõ Thopitĩ:ſed Thõitin.

Ex eodẽ capite.cvi.

inus
Orit pinius
C

Eraſinus in agnolica).Legendum in Argolica ex Plinio & cæteris ſcriptoribus:nã & Seneca hunc uerſum protulit Hic modo cũ bibitur tacito modo gurgite lapſus Reddit̃ argolicis ĩgens eraſinus in undis·Papinius:Ruit agmĩe facto Inachus & gelidas ſurgẽs eraſinus ad arctos.Hic & Arſinus quoq; dicebat̃ & in Arcadia ubi ortum habet Stymphalus·ſunt & Eraſini quoq; in Peloponneſo alii Strabo auctor.& inſra. In flumine ſilero)· Scribendum ſilari ex Strabone: Plinio cæteris.

Ad uetulonis in etruria nõ procul amari piſces).Vetuſti codices ad Vetulonios.nã & Vetuloniũ & Vetuloniã uocari locum eũ dicemus ſequẽti libro:Nũc illud teſtari uolumus eas aquas a nonnullis

Lacus
Vadimonis
Pli.in
Epiſtolis

modo credi eſſe quæ nũc ad Viterbium medicinæ uſu celebrãt̃:cũ ꝙ & piſces ibi ſint & uiculus hodieq; Vetulõius uocet̃:tum ꝙ Ameria nõ procul dicat̃ locus:ut ꝙ hic Amari legit̃ ſcribẽdũ ſit Ameria.Mouent̃ & Plinii Cæcilii quadã Epiſtola qui lacum Vadimõis ĩ quo fluctuãt ĩſulæ prædiis Amerinis ſubiectũ ſcribit.Exegerat inqt ſocer meus ut amerina ſua peædia inſpicerẽ. hæc pambulãti mihi oſtendit̃ ſubiacens lacus noĩe Vadimonis.in hodiernũ quoq; diem riuulus ibi ſeruat̃ nomĩe ameria.Vadimonis lacũ intelligũt qui eodẽ agro Viterbiẽſi feruet ſcatetq; ſulphureis aquis.Mihi de Ve

Vutulonius
Lacus

tulonio dubiũ eſt propterea ꝙ ex menſura Ptolomæi diſtat urbe Roma Vetuloniũ partibus duabus ſemis fere:qđ efficit ſtadia plus minus·Mccl.per lõgitudinẽ nõ cõputato meridianæ partis ꝑpe uniꝰ diſcrimĩe·Niſi quis alterũ ab illo Vetuloniũ uideri cupiat:differẽtiã quoq; illã cõſtituat ab illo Ptolomæi Vetulonio Vetuloniẽſes:ab hoc Vetulonios deduci.

Ex eodẽ capite.cvi.

Cephiſus ex eodẽ lacu profluens rurſus nigras penitus). Aut diſtinguendũ eſt ut cũ ſequenti colo

Leucophæa

nectas hoc modo:Rurſus nigras penitus ruffaſq; iuxta Ilium Xanthus Ex Vitruuio: In campis inquit Troianis proxime flumẽ armẽta ruffa & pecora leucophæa naſcunt̃.Eſt autẽ Leucophæon fuſcũ ac nigrũ pene:ut fortaſſe hic nõ Penitus ſcribendũ ſit ſed pene·Aut ſic:Rurſuſq; nigras peneus ex Seneca tertio naturaliũ quæſtionũ uolumine:ſi lana inquit opus fuerit nigra puellis paratus gratuitus infector eſt ad Peneũ gregem appellunt.Cuſtodiunt hoc & aliq̃multi manu ſcripti codices.

Ex eodem capite.cvi.

Partio Iouis
Ortus
Liberi

Mutianus ter conſul credit dioſtedoſia uocatur)·In quibuſdam exẽplaribus inuenio Dios Tecoſia quaſi dios tecnoſis hoc eſt Iouis partio & Lucina:quoniã Liberũ patrẽ in cuius tẽplo fons ille fuerat femore Iouis æditum fabulæ demõſtrãt:niſi quis cũ ſequẽti iungat ut id fontis nomẽ ſit quẽ in Arcadia Stygos Hydor uocari tradit Vitruuius· Strabo quoq; περι φερεομ δε εστι και το καλουμεμομ στυγοσ υδωρ λιβαδιομ ολεθριου υδατοσ:de quo mox ſubiiciã.

Ex eodẽ cap.cvi.

Iuxta nonacrinã arcadiæ ſtyx)·Lego iuxta Nonacrin.Seneca eodem quo ſupra libro:Circa Nonacrin in arcadia inquit Styx appellata ab incolis aduenas fallit quia nõ facie non colore ſuſpecta ẽ· Plinius uolumine primo ac trigeſimo:Quædã inquit etiam blãdiunt̃ aſpectu ut ad Nonacrin Arcadiæ.

Nonacris
Styggo
Hydor

Vitruuius:eſt inqt in Arcadia Nonacris nomĩata quæ habet in mõtibus ſtillãtes e ſaxo frigidiſſin… humores.Hæc aũt aqua Stygos Hydor appellat̃ qua neq; argenteũ neq; æneũ neq; ferreũ uas poteſt ſubſiſtere ſed diſſilit ac diſſipat̃:cõſeruare aũt eã & cõtinere niſi mulina ungula põt.Quæ etiã memorat̃ inqt ab Antipatro in ꝓuinciã ubi erat Alexãder ꝑ Iollã filiũ platam eſſe & ab eo ea aqua Regem necatum.Præter morẽ noſtrũ latius euagati ſumus hac parte non ſine cõſilio: quia Stygẽ hanc mul

ti cum flumine Theſſalico quod ab Homero Stix appellatur confundunt: Plinius tres uidet Stygas
nouiſſe Arcadicam ad nonacrin: Achaicam ad Pheneum urbem Theſalicam ad Peneum amnem: de
qua & quodam loco Seneca: Pauſanias & Vitruuius Nonacria Regem Alexandrum Plinius Achaica
extinctum uidentur arbitrari Quintus Curtius Theſſalica: etiā ſi Macedonicā ipſe appellat. Fere ad
dubito eandem eſſe quæ nonacrin & quæ ad Pheneū Stygis aqua nominet. q̃ ſit autem Phenos No Phenos
nacridi propinqua docet Pauſanias: Epheneo inquit parte occidentis ab leua Clitoriū a dextera No-
nacris occurente Stygis aqua. Item auctor paulo inferius euidenter īdicat eandem eſſe hāc quæ mo
do ad Pheneū modo ad Nonacrin uocetur. hoc & hiſtoriæ pater confirmat Herodotus. de Theſali-
ca Lucāus. de Pheneatica Papinius. Nec illud aperuiſſe fraudi ſit uenenum aquæ huius in ungula mu
lina contineri dicere Vitruuium & Plinium uolumine trigeſimo: in Caballina Trogum & Pauſaniā Lucanus
in lumēti Curtium: Filiam Oceani Stygem fuiſſe: Pallantis coniugē: Heſiodus: Pirantis Linus e quo Papinius
uiperam ſit eni xa: fabulantur. aquam eam ad Nonacrin quōdam Ononacrin ab uxore Lycaonis ac
cepto noīe: tradūt ſtillare ex altiſſima crepidine ī ſubiectā petrā inde recta ī Crathim amnē defluere

Ex eodem cap. cvi

Lacus ſannaus). In Ptolomæo locus eſt Phrygiæ magnæ contributus qui ab ipſo uocat Synnaus: ī
Strabone tamen quādoq; Sannus: nam Synnada ut Plinius & Liuius appellāt unde marmor Synna Synnadicū
dicum quod & Docimites uocatur: de quo Papinius: Phrygiæ quam Symodos antro ipſe cruentauit Marmor
maculis lucentibus attys ciuitas & ipſa Phrygiæ maioris eſt: cæterum a Synnao ſiue Sannao multis Papinius
millibus remota.

Ex eodem. cvi.

Pluuia ſalinas aquas dulciores eſſe quam reliquas). Legendum uidetur: Pluuia ſalinas aqua dilutio
res eſſe q̃ reliqua. Vel ſic: Pluuias ſalinis aquas utiliores eſſe q̃ reliquas. Plinius libro. xxxi. Fit inqt ſal
uulgaris plurimuſq; in ſalinis affuſo mari non ſine aquæ dulcis riguis ſed himbre maxime iuuante.

Ex cap. cix.

Flagrat in phaſe lyciæ mons chimera). Legendum In Phaſelide mons chimera ex codicibus uetu-
ſtis. Scio quidem in Lycia Chimeram qui Plinium legerim dicentē in Lycia a promontorio eius op
pidum Semena mons Chimera noctibus flagrans Hepheſtium ciuitas & ipſa ſæpe flagrātibus iugis
Phaſelidem uero in Pāphylia eſſe. Sed cum idē auctor ita ſcribat: Vltima inquit eius oræ Phaſelis iū-
ctum ei mare Lyciū eſt nō uideo queādmodū explodi poſſit antiqua lectio de Phaſelide hac & Stra-
bo & cæteri: quā & Pharſalō quādoq; dictam refert Euſtathius. unde Theodectes ille formoſiſſimus
qui artes ſcripſerit & tragœdias. Liuius in belli Macedonici libro ſeptimo: In confinio inquit Lyciæ
& Pamphyliæ phaſelis eſt prominens penitus in altū conſpiciturq; prima terrarū Rhodū a Cilicia Phaſelis
petentibus.

Ex capite cx.

In ſalentino oppido natiam). Vetuſti codices Inatium. Quid ſi Egnatia ſiue ut Græci quādoq; Pro
nunciāt Ignatia in Salētinis pediculorū ſiue peucetiorū ut Græci appellāt gēte? Quid q; Ignatiæ no-
men ab ignibus uideri poteſt inditum: argumento miraculi quod hic refertur. Ex cap. cxi.

Octogintaquinq; milia ſexagintaocto milia paſſuum). Quanq̃ ipſi per ſe numeri qui hoc opere ha
bentur lucubratiunculam peculiarem deſiderant: quia tamen auſi quidā ſunt affirmare non paſſuū
ſed ſtadiorum milia hoc Capite ſcribendū eſſe: paucis docebo qui ſic emēdant aliquanto modeſtius
facturos fuiſſe ſi tacuiſſent. Nō eſt igitur erratum in uerbo Paſſuū ſed alia ratiōe ut liquebit. Propte
rea ſcribendū putamus: Octuagies quinquies centena ſeptuagintaocto milia paſſuū. Martianus Ca-
pella: Longitudo inquit ab extremis Indiæ ad Herculis columnas Gadibus ſacratas octuagies quin-
quies centena ſeptuagintaocto milia: ſicut inquit Artemidorus aſſeruit. Sed & ratio in promptu: illa
enim menſura computatiōe Græcorum efficit ſtadia fere ſexagintanouem milia. Quo quidē ſpatio
patere habitatum orbem ab oriente in occidentē hoc eſt per lōgitudinē teſtis eſt Strabo his uerbis:
ταδεγε μηκοσ περι επτα μυριαδασ λεγεται τουτο δε εστιν αποδυσεωσ επι τασ ανατολασ
το αποτων ακρον τησ ιβηριασ επιτα ακρατησ ινδικησ: hoc eſt ſeptuaginta milia ſtadiorum eſſe
ab India ad extremā Hiſpaniæ orā. Item alibi hoc ipſum nec ſemel: Non me preterit recentiores Pli
nio auctores eſſe qui longitudinem hanc ampliorem faciant: ſed Artemidori ſe non Ptolomæi aut
Macrobii recitare ait ſententiam.

Ex eodem. cxi.

Nonagintaocto milia decem & octo). Martianus ex Iſidoro nonagies octies & decem & octo mi
lia: ut poſt uerbum octies repetita intelligas cētena ut prædixi: nec ad ſtadiorum ſed ad paſſuum mē-
ſuram conferas. Et infra. Octingenta milia nonaginta unum). Martianus: Huic īquit dimenſioni
Artemidorus adiecit quicquid a Gadibus ꝑ currit: nā pertſphenis id eſt cunei frontē circuitu ꝓmō-
torii ad aliud finale promō toriū quod Artabrum nominatur procedere terram dicit in nōgenta no
naginta unum milia. utra lectio uerior arbitrio nauigantiū conſtet. Et infra. Quinquagintaquinq; Artabrum
milia paſſuum decem & nouem). Vetus lectio itemq; Martianus: Quinquagies bis quindecim. Et ī
fra. Sardiniæ triginta quatuor). Martianus: Tricies quater quinquaginta milia. Et infra ſtatim:
Deinde gades duodecim milia quinquaginta). Martianus: quadragies bis quinquaginta milia. Mē

Locus Martiani Locus Ptolomæi

dosum in Martiano locum hūc uideri faciūt Ptolomæus Strabo Plinius sequenti libro. Ptolomæus
A freto inquit Herculeo ad Calarim Sardiniæ(ita.n.scribendum est nō Calariū partes uigintiq̄nq̄
intercedūt circuli signiferi hoc est fere quatuordecies centena & quinquaginta milia passuū.atq̄ ita
plane scribendū hoc loco arbitror:nec supputatio Strabonis magnopere discordat·De hoc & ī Sar/
dinia dicendū.Quod aūt sequitur. Quæ mensura uniuersa ab eo mari efficit nonagintaocto milia
passuū sexagitanouem). Martianus:Quæ mensura inquit uniuersa ab eo mari efficit octogies quin
quies septuagintaocto milia.Idem fere habent & pliniani manu scripti codices ut cū superiore Arte
midori numero summa cōsentiat·Sed dubiū:facit quod ex particularibus quæ mox positæ sunt mē/
suris non hæc sed multo maior sūma contrahit̄:ut ad illā Isidori propius accedat quinonagies octies
centena milia passuum & decē & octo longitudinē habitati orbis reddidit:ut ante dictum est.Et īfra
Ad euphratem quinquaginta milia passuum.xxi).Legendum ex Martiani ratione:quinquagies cē
tena milia passuum·xxi·quæ quidem mensura nō multū a subductione Ptolomæi distat tradentis ab
Seribus ad Euphratem partes zodiaci centum quinq̄ addito unius quadrante comprehendi.Et īfra
Illibrium)·Lego Illiberim:ita·n.prouinciæ Narbonensis oppidum appellat̄ Plinio Pomponio Stra/
boni cæteris.Item ·Artemidori ratiōe nonaginta efficit Sexaginta nouē).Martianus : Omnis hæc
inquit mēsura testāte Artēidoro habet milia octuagies sexies cētena octogintaquinq̄· Vetus quoq̄
lectio fere cū Martiano cōgruit:sed fides sit penes circinū ac puluisculū. Ex eodem:cxi.
Latitudo quinquagintaquatuor milium sexagintaduo)·Martianus:Latitudo inquit habitabilis ter
ræ dimidio pene minor q̄ lōgitudo:etenim colligitur in quinquagies quater cētena sexagītaduo mi
lia.Et infra. Alexandriam duodecim milia quinquaginta).Legendum est ad formam superiorum
hoc est duodecies cētena milia quinquaginta uel aliquid huiusmodi quod ex Strabonis tertio libro
colligas·Et infra· Compendiis breuior fieri potest.lxxxix·M).Martianus milia sexcenta septuagin
taocto.Et infra Isidorus adiecit·xii.M.L.Martianus. Sed adiecit inqt Isidorus duodecies cētena quī/
quaginta milia: Fx cap.ultimo Secundi libri.
Melius hic fuit)·Codices uetusti Cydnius nō Melius:etiā si Melius ab insula Melo dicitur:ut Dia
goras ille in comœdia male audiens ob impietatem de Cythno insula cyclade·Itemq̄ de Cydno am
ne Ciliciæ & altero Bithynniæ Stephanus.Itē de Cydna Lyciæ Ptolomæus:De Cydna uero mace/
doniæ quam & Pydnam uocari putant Theagenes.

Castigationes Plinianæ ex libro tertio Hermolaii Barbari aquileiensis.P.

Ex præfatione Libri tertii·

Vodecim milia passuum)·Lego quindecim nō duodecim ex Solino Martiano & manu
scriptis exemplaribus.Item Strabone qui ait.cxx.stadia in longitudinē patere has fauces

d

Ex cap.primo.

Mox a fine tirgitano citerior).Vetusti codices Virgitano·Pomponius Mela Virgitāo
Oppidum inquit Virgi in sinum quem Virgitanū uocant Ptolomæus Vrcitano:Prima ī
quit citerioris Hispaniæ ciuitas in littore Vrci appellatur.Martianus quoq̄:Ab Vrcitano inqt fine
Vrci Murgis citerior meat.Meminit & Antoninus Pius in suo Itinere·Plinius:Post Bæticā inquit oppidaoræ pxi
ma Vrci.Fuit & Murgis & Murgirana prope regio·Plinius:Murgis inquit finis Bæticæ·Itē longitu
do inquit Bæticæ a Murgi maritima ora.de Murgi Ptolomæus quoq̄:sed inter mediterrāea Turdu
lorum gentis nō procul tamen littore·Paulo infra. Aminitano agro).Legendum ex uetustis codici
bus & Plinio inferius Laminitāo:nam & Laminiū in ea terra uocatur oppidum auctore Ptolomæo
& Antonino:qui ab eo loco ad caput Anæ fluminis.vii.M.P· distare tradit. Ex eodem primo·
Oretanis iugis carpētanisq̄).Recta lectio Carpetanis Straboni μετα δε ωρηταμουσ καρπητηταμοι

Ex eodem primo.

Astisitanus).Lege Astigitanus ex Ptolomæo & Mela Pomponio:Clarissimæ inquit in Bætica astigi
hispalis corduba:Idem uetusti codices & Plinius quoq̄ haud ita multo post.

Ex eodem primo:

Oppida omnia numero.clxxii)·Vetus lectio·clxxv·Itēq̄ Martianus Capella:q̄q̄ Strabo.cc.Et īfra
Coloniæ septem municipia.xviii· Codices antiqui:Coloniæ nouē municipia octo:Ita enim·clxxv
fiunt omnia.Hoc non castigandi sed admonendi gratia posuimus:sicut illud. Latio sermone dictu
facilia).Omnes fere scripti manu habent Latiari nō latio:atq̄ ut defendi utrūq̄ possit:antiqua tamē
lectio ut sæpe testatus sum & testabor temere cōmutanda non est.nā & Latialis nō tamē sermo·sed
Iupiter Latialis Iupiter dicitur & residens celsa latialis Iupiter alba·De quo & in Miloniana Cicero:Sicut utiq̄ ferias
non Latiales Latiaresue sed Latinas dixeris aut Latias:ut quandoq̄ Macrobius.

Ex eodem primo.

Onoba Ossonoba asturiæ cognominatum).Ptolomæus Onoba Lusturia:ut necessariū sit in alterutro exē

plari deprauatam esse lectionem:quia porro statim sequitur. Interfluentes. luxia & uriū). Extimēt uolentes ecquid Lusturia quasi a duobus amnibus Luxia & Vrio cognominata uideri possit:Strabo ni quoq; Onoba nō Ossonoba uocať extra fretū.M.p.clxxv Appellat & Mela pomponius Onobā iidem auctores alteram haberi tradunt Onobam i n Bætica non procul Iunonis promontorio:nam Ossonaba Lusitanorum est Pomponio Ptolomæo Plinio. Ex eodem primo.

Interfluentes luxia & urium.harenæ montcs)·Lego Mariani mōtes ex Ptolomæo qui Marianos ibi montes nominat:& Vriū in mediterraneo tamen oppidum nonflumen.De Vria uero urbe Plinius hoc capite.Sunt qui Temarianum montem in Ptolomæo non Marianum legant.An toninns ī Betica montem Mariorum statuit:siue id montis siue oppidi sit uocabulum ab Italica·xviii: M.p. Ex eodem capite.

Marianum Mons

Littus cursense)·Vetusti codices curēse·pomponius Castellum inquit Cora in littore:nam Curson urbem Ptolomæus quidem nominat:sed in medirerraneo bæticæ constituit: Infra quoq; Portus uesippo).Mela & Ptolomæus Bæsippo· Ex eodem primo.

Carteia cartesos a græcis dicta)·Scribendū.Tartesos non Cartesos:unde Tartesiacus: auctores Strabo Ptolomæus Dionysius pomponius. Ex eodem primo.

Tartesiacus

Salduba oppidum uel malacha). Legendum Salduba oppidum suel Malaca · Ptolomæus auctor. Meminit & Pōpōius & iter Antonini suel oppidi.Strabo Malacuas etiam plurali numero ꝓnūtiat Ex eodem primo.

Sexabdera)·Legendum sexi & Abdera Ptolomæus auctor.itē strabo qui Hexitana salsamēta hoc est Sexitana cōmēdauit.In Pōponio deprauate legitur Extraderas pro Hexi & Abdera:&.n.ut roq; modo recte dici uideo sexi & Hexi.Plinius tamen sexi & Sexitanos pisces secūdo & trigesimo uolumine.Idemq; Athenæus:de Abdera Hispaniæ Artemidorus quoq;:nā & in Thracia est eodem nomine ut ait Stephanus patria Democriti· Ex eodem primo

Sexitana Salsamenta Locus Pomponii

Siliberi quod liberini).Ptolomæus Iliberi aut Elliberi non S illiberi·Et paulo ante. Vrgao).Iter Antōini Pii Virgao·Est autem Iliberi ut fere credi uideo:quæ nūc Granata dicitur longe clarissima urbium occidētis:erepta mauritanis regibus hoc ipso quo hæc prodebam anno auspiciis Regū Hispaniæ. Ex eodem primo·

I liberi nūc Granata

Illiryco osca).Legendum Illurco & Osca:nam Ilurgis siue ut Polybius illurgia hæc uidetur esse quā Iliturgi Plinius hoc loco & Antoninus appellāt·Castigandus in Strabone locus Oisca pro Osca ī citeriore quidem Hispania·Sed ut idētidē moneri quemq; uolumus eiusdem multa nominis oppida fuere. Ex eodem primo·

Locus Strab.

Castra uaria)·& paulo post.Escua:Vetusti codices Vinaria nō Varia.Ptolomæus Esbua nō Escua A Varo tamen aliquo uaria dici potuisse nihil prohibet:aut si recte hic Escua in Ptolomæo pperam Et infra· Succabon uditanum tuati,uetus obuia bastetaniæ)·Antiqua lectio fortasse sincerior.Sucubo Nuditanum Tuati uetus omnia Bastetaniæ.Alioquin & oppidi nomen est obuia frequens ī Hispania ut fere non mutandum censeam·De Succubitano municipio.I·Capitolinus unde Antoninus cæsar philosophus. Ex eodem primo.

Saciaritaliū onuba).Vetusti codices.Facili Martialiū.Lcgo Sacili ex Ptolomæo:ita urbē ī Beticæ mediterraneo uocante.Itē onobā nō onubā:ut supra dixius. Ex eodem primo.

Oppida carbulo decio).Vetus lectio Detūa nō Decūo:Ptolomæus Detūda. Ex ecdē primo.

Ilipa cognomine ila italica).Vetus lectio:Ilipa cognomine Ilpa Italica.Ptolomæus:Illipa cognomine magna:deide Italica cæsaris Hadriani patria:ut duo sint oppida quod & Strabo existimat:& Antonius.I.M.p.ab Ilipa:Alioquin & de Ilipula minore Plinius haud multo post:nam & Ilipula maior ē Ptolomæo quoq; idem auctor quam Plinius uocari tradit Asidā ipse scribit Asylā·Et infra. Qua lusitaniam attingunt & hispalensis conuentus).Copula & demať necesse est ut intellectus cōstet.uerbum autem Turdulos ad sequentem sensum pertinet. Ex eodem primo.

I lipa

Sacris lingua oppidorum uocabulis sacris quæ cognominibus in bætica distinguntur)·Verbum Sacris secundo loco repetitum ī uetustis exemplaribus nō cernitur.est aūt sensus:iccirco uideri celticos e celtiberia profectos in ipsa consedisse Bætica:quod & Strabo meminit.quoniam oppidis eorum uocabula sunt eadem quæ celtiberorum.hæc aūt cognomentis ī Betica distinctionis gratia receptis a Celtiberorum urbibus separantur. Ex eodem primo.

Serica(.& paulo infra.Contributæ.Ptolomæus.Seria:& contributa. Ex eodem primo.

Alpesa sepone(erippo).Scribendum Sisepone:non Sepone:nam Sisepones duas fuisse testis est Strabo:ut paulopost indicabitur. Ex eodem primo.

Sisepones

Lacimurge).Et paulo inferius:A cimbro·Ptolomæus Laconimurgi & Acinippo.fuisse autem lacones in hac parte quosdam auctor est Strabo Plinius quoq; supra oppidum Bæticæ cognominari tradit Laconium.Ptolomæus quidem hanc in Lusitania reddidit.Sed alteram in Beturia cognominem haberi ut in aliis plerisq; manifestum est nihil mirū.Illud in transcursu libentissime notauerim:nō

procul Laconimurgi Lusitanorum oppido Laceã urbem a Ptolomæo poni: Tago flumini adiunctã cuius in Strabone fiat mentio: sed tam corrupta lectione ut interpres græcũ uerbũ ita ut erat mẽdo sissimũ appinxerit αραχυσισ ταγου μια επιπλειουσ τετρακοσιουσ σταδιουσ απο του λεχθεντοσ πυργου καθηρυδρευονται ει ωου λακεια. Itaq; scribendum est οπου λακεια: ut si sensus: aqri solitos indigenas ubi nunc est urbs Lacea queq; dicitur & Lancia: ut quarto libro monstrabitur.

Locus Strabonis

Ex eodem primo.

Mirobicam regiones osintiadis iseponẽ). Legendum siseponem ex Ptolomæo Straboneq;. Hic & sisepões duas facit nouam & ueterem. De Metallo siue miniario sisaponensi Plinius hoc opere duobus locis.

Ex eodem primo

Carrissa cognomine aurelia urigia). Ptolomæus hac parte Bætice Carissam & Vrium: nõ Vrigiã appellat habent & nonuulli codices Vriam: de Vrio amne iter initia dictum est: a quo & urbi nomẽ fortasse. Hanc autem esse putant quam Strabo uocat Ortam quæ nomen quoq; Oretanis dederit.

Ex eodem primo.

Barbes ulula ciprobassis pgallet). Vetus fere lectio Barbesula laccippo bæsippo callet nã & bæsippo & lacippo. his ipsis quoq; locis a Ptolomæo nominãtur: atq; ut bæsippo altera sic & barbesula potest altera fuisse: ac Callet ut Plinius supra hoc capite.

Barbesula

Ex eodem primo.

Oleatro). Ptolomæus & Põponius & Antõinus & uetusti codices Oleastro: sed tamẽ Strabo Oleatro utiq; Hispania citeriore: sunt. n. bæticis cognomines in ea terra multis locis urbes.

Ex eodem primo.

Lisculasa gontiasa). Ptolomæus saguntia. Plinius quoq; infra multis locis in Hispania saguntiæ nomen esse tradit: in Strabone sarguntia corrigendum est.

Locus Stra.

Ex capite primo & secundo.

CCCCLXV). Codices antiqui. ccccl xx. Martianus. cccclxxv. Item sequenti capite CCXXXVI Martianus. ccxxiiii. Nos hæc & alia huiusmodi non tam mutandi q̃ conferrendi collidendiq; proposito commemoramus.

Ex capite secundo.

Præterea aliud aliunde exordium mensuræ est & alia meatus). Antiqua lectio: Mensura est & alia meatus: id est alium numerum passuũ alia uia metientibus existere: si p diuerticula maiorem: si per compẽdia & æque semper meante cursu quod græci ευθυωριαν uocant: breuiorem.

Ex cap. tertio

Accedunt insulæ quarũ mentione sepositæ ciuitates prouĩcia ipsa præter contributas aliis. ccxciii continet oppida). Legendum puto Accedunt insulæ quarum mentione seposita præter ciuitates cõtributas aliis prouincia ipsa. ccxciii. & reliqua. Martianus Ciuitates inquit præter insulas atq; aliis cõtributas. ccxciiii. tota complexione dinumerat.

Ex eodem tertio.

Conuentum lucrensem). Plinius Lucensem hoc ipso capite ac sequẽti libro. nam & Ptolomæus Lucensios sicut Bræcarios qui a Plinio Bracari dicunt: quod & in antiquis exẽplaribus aspicias. In Martiano tamen & Lucrensem & Bracarum conuentus legas. Antoninus quoq; ac uetusti Lapides.

Ex eodem tertio.

Vrci ascriptũq; bæticæ barea regio mauritania.) Lego Mauitania ex Ptolomæo & uetustis codicibus. De Vrci dictum est supra.

Ex eodem tertio.

Regio idetania). Ptolomæus Edetania: Silius Edetana cohors quam sucro rigentibus undis. etiam si deprauate in eo Sedentana legitur. Strabo tamen quandoq; σιδητηρουσ de quo & post.

Locus Silii

Ex eodem tertio.

Flumen turium). Codices Romani Flumẽ Durias. Pomponius quoq; proximũ Valentiæ amnẽ Duriam appellat: Cicero in oratione pro Cornelio Balbo Carthaginem inquit profectũ esse acerrimisq; illis præliis. Sucronensi Durensiq; interfuisse. Salustius tamẽ Turiã: Castra inquit hostiũ apud Sucronem capta & præliũ apud flumẽ Turiã & dux hostium. C. Herennius cũ exercitu & urbẽ Valẽtia deleti. Idem quarto historiarum Inter leuã mœniũ dextrũ flumẽ Turia quod Valẽtiã paruo interuallo præter fluit. Claudianus Floribus & roseis formosus Turia ripis. Grãmatici Formosũ legerẽt q; unũ amniũ Turia neutro genere pferri putẽt: Aurelius Augustinus auctor Priscianusq; uti ne hũc quoq; prætereãm. Ptolomæus Turulim hac parte uocat amnẽ. Est & in Lusitania quoq; Durius quẽ Strabo Duriam multi Doriam appellãt. Silius Durium: Hinc certãt Pactole tibi Duriusq; Taguiq;.

Turia

Durius

Ex eodem tertio.

Saguntum ciuium romanorũ oppidum inde nobile). Scribẽdũ est Fide nobile: sumptũ a Põponio Saguntum inquit illam fide & rumnis inclytam.

Ex eodem tertio.

Cosyra.Item sequenti libro.Exaduerso inquit Clupeæ Cosyra cũ oppido.Strabo:A Taphitico ĩquit Aphricæ promontorio ubi tumulus est Clupea uocatus:quadringẽtis stadiis abest ĩsula Cosyros appellata Idẽ auctor medio inqt spatio Carthaginẽsis sinus Cosyra insula est ex aduerso Siciliæ.Itẽ alibi Medio spatio Libybæi Siciliæ promõtorii & Clupeæ Cartaginẽsis oppidi Cosyram haberi tradit.

Clupea

Ex eodem.viii.

Aethusam quã alii aegusam.Ptolomæus duas facit hoc mari Aethusam & Aegusam.Et infra proxime. Bucion etnae).Vetus lectio Bucinona.Interim Bucinna:cuius meminit Dionysius: & post eũ Stephanus inter oppida Siciliæ.In sacris quoq; litteris Bucinna celebraĩ ĩsula.Põtiani exilio & morte clara uiri fide & errumnis inclyti sub Alexandro Cæsare.

Bucinna

Ex eodem.viii.

Et a seleunte).Vetus lectio Soliite:de quo haud multo ante dictum est hoc ipso capite.Item: osteades).Scribendum Osteodes ex Ptolomæo & Mela Pomponio.

Ex eodem viii.

Vserca).Legendum Vstica ex uetustis codicibus:itemq; Ptolomæo:& nunc quoq; Vstiga dicitur.

Vstiga

Ex capite.ix.

Lipara a liparo qui successit æolo).Iulius solinus:A Liparo cui successit Aeolus.Fuit.n.Liparus Ausonis regis filius nõ Aeoli:ut auctor est Eustathius.Ipsa porro liparia Cnidiorũ fuit Colonia.Et ĩfra. Longinis).Scribendum arbitror Longonis: nam & in sicilia:cui apposita ẽ Longone fuit oppidũ: ut Philistus ait.Item. Meligonis).Scribendum Meligunis ex codicibus uetustis.Id ipsum strabo Eustathius & utroq; prior in Dianæ hymno Callimachus.

Lipara
Longone

Ex eodẽ.ix.

In triduo prædixere).Romani codices non In triduo sed Interdum.scribo In triduum prædicere: Polybius strabo Capella Marcianus.

Ex eodem.ix.

Eriphusa)Scribendum Ericusa ex Pomponio Eustathio ac Stephano.Item strabone Ptolomæoq; duas illas Ericode ac phœnicode appellantibus ab Ericæ palmæq; frutetis.Nam & in sicilia ut Antonini docet iter:loca sunt Tamaricium & palmax:quasi Ericode & phœnicode appellata. illud in trãsitu monuerim omnes ueteres insulas Aeolias septem esse dicere:unũ seruiũ nullo auctore: nouem.

Aeolie septẽ cõ. Seruium

Ex capite.x.

Loconus).In tholomæo Locanus legitur.Et infra. Carcinum quod esse longissimum italiæ promontorium).Vetus lectio cocinthum.Itemq; polybius ut alibi sum testatus nec ignoro Carcinum quoq; oppidum petiliæ uicinum a põponio tradi:de quo proxime disseremus. Antonini quoq; iter demonstrat Cocinthum usq; a scyllaceo.xxii.M.p.esse.

Carcinum

Ex eodem.x.

Nusquam angustiore italia.xl.M.p).scribe.xx.M.p.ex uetustis exẽplaribus fere.Item strabõe. Absunt inquit duo sinus Hipponiata & scylleticus centum & sexaginta stadiorum interuallo.Hipponiatam sinum uocat ipse quem plinius Terinæum ab urbe Terina: Crotoniatarũ Colonia : ubi ueteres magnam græciam uocabant auctore Stephano.Lycophron insulam scribit Terinam fuisse in qua sirenum una coleretur Ligea nomine.Erratum hoc & in Capella Marciano restituendum est.hoc ipsum ex ptolomæi quoq; mensu ostenditur.

Hipponiata

Ex eodem.x.

Dein scyllaceus est & scolagium scyllaceũ & scylletum atheniensibus dictũ).Vetus lectio Dein sinus & scyllatium scylletium Atheniensibus dictum.Strabo:post hæc inquit scylletium Atheniẽsium Colonia:nunc scyllatium a qua sinus scylleticus.

Scyllatium

Ex eodẽ.x.

Amnes ibi nauigabiles carcinas).A Pausania & Aeliano Cæcinos uocatur amnis qui Rheginum agrum a Locrensi diuidit:sed Alex a Dionysio poeta:item Strabone.Philistus oppidum Italiæ haud procul Sicilia Cæcinum tradit appellari ut fere suspicer.Carcinum in Põponio ut mox dixi deprauate legi pro Cæcino.Thucydides libro quarto Cæcinum & Halecem nominat Locroꝝ amnes duos.

Cæcinos
Locus Põponii

Ex eodem.x.

Tiriseranus a meloessa).Scribendum Tres sirenussæ Meloessa.De sirenussis tribus hoc mari Stephanus.sirenum uero nomina parthenpoe.Leucosia:Ligea:Lycophronis interpres uocari eas tradit.pisinoen:Aglaopen:Thelxiepiã:Eustathius:sirenussas inquit Homerus duas:suppræsso tamẽ:nomine alii tri fecere.põponius:silaris inqt amnis picentia petræ quas sirenes habitauere.strabo: A sirenussis inqt insulis ad silarim ducenta & sexaginta stadia.Idem auctor tris insulas sirenibus dicatas possidoniate sinu collocat.Varietate scriptorum in hoc notata: ꝗ quidã eas ad pelorũ siciliæ multis a possidoniate sinu milibus distantem cõstituunt.Ptolomæus sirenũ insulas appellat.Melœssam uero non tam a pomorum q̃ a pecoris abundantia nuncupari cẽseo:quẽadmodum Melussam: quæ ab Hecatæo ut tradit Stephanus:ascribitur Hispaniæ.

Sirenussæ
Sirenũ noĩa
Meloessa

Ex capite.xi.

Inter siri & acrin heraclea).Lego acrin nõ Acri ex Strabõe:Itẽ supra: Neæthus & cratis):Scribẽdũ Neæthus & Crathis ex eodẽ Strabõe:q Neæthũ a nauiũ cõflagratiõe dictũ tradit qs Troiãæ mulieres nauigatõis ptesæ ĩcẽdisset.Crathis uero ab amne peloponẽsi eiusdẽ nois.qd & pausãias cõfirmat

Neæthus
Crathis

De hoc primo & trigesimo uolumine dicturi sumus. Et infra. Flumina thalanorũ). Strabo Acalandrum: Arbitrio locus esto.

Ex eodem.xi.

Mardoniam lucanorum). Strabo Pandosiam uocari tradit in qua Epirotes Alexander occubuerit. huic est altera cognominis in Epiro. Trogus libro duodecimo. Iuxta urbem inquit Pandosiá Alexander non prius fatalis loci cognito nomine q̃ occideret: interficitur. Idem supra: Cũ in Epiro esset Pandosia & flumen Acherusium ignarus eadem & in Italia esse ad declinanda fatorum pericula peregriná militiá cupidus elegerat. Orta fortasse uocabuli cõfusio ꝙ regio Mardonia in Epiro quoqꝫ fuit cuius Eupolis comicus Stephano auctore meminit. Sed & Liuius octauo libro Pãdosiá. Data inqt dictio erat Alexandro caueret Acherusiá aquá Pandosiáqꝫ urbẽ & reliqua.

Pandosia

Ex eodẽ.xi.

Ex aduerso appollonia). Et deinde. L. Non amplius passuum). Vetus lectio habet nõ. L. sed mille. Neutrum uerum: sed illud potius: centum milia non amplius passuũ. ꝙ autem mẽsura hæc recipiẽda si Ptolomæi supputatio demonstrat. Itemqꝫ ꝙ Hydruente Aulonem mille stadia reddũtur ab Antonino. Aulon autem Hydrũte minus abest quá Appollonia: eodem auctore Ptolomæo. Ná & Strabo in Sasonem insulam a Brundusio quinquaginta milia passuum: inde in Epirũ totidem esse tradit.

Aulon

Ex eodem.xi.

Luspia). Strabo & Pomponius & codices uetusti Lupia. Itemqꝫ Antonius: qui ab Hydrunte Lupiá xxv. M. p. abesse tradit. Fateor & Luspiam in Ptolomæo quandoqꝫ lectitari. Et infra paulo. Stegnatia). Scribendum Egnatia iisdem auctoribus. Item. Diternia): Scribẽdum Cliternia ex Ptolomæo & aliis frequentibus.

Ex eodem.xi.

Ap. Mar.

Apinam metaicram). Lego Apinam & Tricam. de quo poetæ Martialis epigramma nobile sed tritius q̃ ut referendum sit.

Ex eodem.xi.

Arpani uorcani). Scribendum Borcani ex Strabone. Itẽ quia ordo exigit ut initiũ a. b. littera non ab. u. sumatur. Et infra. Irini). Scribendum Hyrini ab Hyria urbe: Ptolomæus Eustatiusqꝫ auctores post Herodotum: qui Cretẽsium Coloniam in Iapigia fuisse eam tradit. Dionysius apher Hyriũ nõ Hyriam uocauit. De Arpano agro diximus priore libro.

Hyria

Ex eodem.xi.

Vibinates). Ptolomæus Vibarnates ab oppido Vibarna nõ procul Hyria & Gargano. Et infra. Stulnini). Vetus quandoqꝫ lectio: itemqꝫ Ptolomæus Sturnini: Excitatio sit hæc non castigatio ut ĩ aliis plerisqꝫ.

Ex eodem.xi.

Vlentini ueretini). Antiqua lectio Valentini. Cicero in Verrem septima Velentini. Põponius Valetini ab urbe Valetio De Vereto autem unde Veretini Ptolomæus: itẽqꝫ Strabo. qui nõnullos tradit existimare eandem esse quam Herodotus in Iapygia Huriam: Thyreas alii uocent.

Ex eodem.xi.

Calabrorum mediterranei egetini butuntinenses). Vetus lectio ante butuntinenses alios duos populos habuit Apamestinos & Argentinos. Ptolomæus Apanestinos ab oppido Apaneste quod ꝓxime Hardoniam siue ut Plinius Herdoniam constituit: in Parte Calabrum Aetolorum. Argentinos autem non legi: sed Arinthinos ut Hecatæus: siue Arianthinos ut Herodianus in mediterraneo Oenotriæ auctor Stephanus.

Apaneste

Ex eodem.xi.

Oppida bistonium). Ptolomæus & Pomponius & antiqui codices Histonium: ná Bistonia Thraciæ urbs est. Histonem & in Corcyra montem tertio uolumine Thucydides. Et infra. Penniẽses). Ptolomæus Pinnenses a pinna urbe. Silius. Qui siscelle tuas artes pinnamqꝫ uirentẽ. Seruatur in hodiernum quoqꝫ diem hoc nomine.

Bistonia
Pinna

Ex eodem.xi.

Bouianum). Ptolomæus & Strabo: item Cicero pro Cluentio Boianum in Samnio. Liuius tamen nono & decimo libro Bouianum. Item Silius: Qui batalum mucrasqꝫ metunt bouiana quiqꝫ Lustra fatigant aut Caudinis faucibus hærent.

Ex eodem.xi.

Trebulani qui cognominantur mutuesti). Forte Mutustæi a Mutusta: ex Virgilio: quem locũ Seruius indiligentissime uidetur exposuisse: Mutusta inquit Trebia postea dicta est quá modo trebulam dicunt: apud quá Hannibal deleuit pop. Rom. At Trebia prope quem clades illa fuit Placẽtinus amnis est lõgissime ab iis terris positus: In Virgiliano uersu li. vii. Ereti manus omnis oliuiferæqꝫ mutustæ. Sunt qui ex Dionysio Mutiscam legant dicente: Mutisca Sabinorum urbs Trebula & Suffenna quoqꝫ dicta. Quod autem sequitur fere mox. Parianates) a littera. t. uel. u. necesse est incipiat.

Mutusta cõ. Seruium

Mutisca

Ex eodem.xi.

Sublaqueo). Frõtinus Sublacẽsem uiá & sublacẽses populos ĩ qbus Anio sit a triplici lacu dictos uocauit: ut uideri possit Sublaco potius q̃ Sulaqueo legendũ. In historia tamẽ sua Tacitus sublaqueũ appellat ad Simpriuina stagna: quæ Silius ĩtelligit cũ dixit: Gelidoqꝫ rigant Sĩpriuio. Est aũt quãdo nõ Simpriuium sed Imbriuiũ scribat. Liuius octauo: Profectus inqt ad Imbriuiũ id loco nomẽ ẽ: acie cũ Sãnitibus cõflixit. Tacitus: Fõtes inqt sub Imbriuinis collibus deductos urbi ĩtulit. Ergo sublaqueũ a lacu sicut & laquearia & uerbũ ablaqueare deductũ est.

Anio

Simpriuiũ
Pro Silio

Ex capite.xii.

Ausinates). Vocant Auximates: hodieqꝫ ab Auximo Piceni urbe auctor Strabo.

Ex capite.xiii.

Aesinates scribendũ per·Ae nõ per.E·dicta est sæpe ratio·Plinius.xi libro:Caseum inquit Aesinatẽ ex umbria Ptolomæus quoq; urbem Aesin hac ipsa regione appellat:atq; ita plane modo nomĩatur ab Aesi fluuio·& infra: Ortani)·Vetus lectio Ostrani Ptolomæus quoq;.Ostrã urbem hoc situ collocat. Ostra Vrbs

Ex eodem.xiii·

Etali mergentini).Vetus lectio integrior Et alii Mergẽtini:ut sit sensus:Pitulanorum alios pisuertes alios Mergẽtinos appellari:Pitulũ & in Latio fuisse testes sunt Liuius Strabo plinius.& infra paulo. Adinates).Vetus lectio Sadinates:quoniã ab.s.littera incipiunt qui nunc redduntur populi:

Ex eodem.xiii.

Et allimetaurenses).Scribo & alii Metaurẽses:agitur enim hoc loco de littera·t·ut sit sensus:Tibernatum gentes haberi geminas:cognominibus tantum distinctas: Tiburinos & metaurẽses idẽ error & in uerbo. Allihortenses).Legendum enim Alii Hortenses.& infra. Metionẽses).Vetus lectio Vettionenses:ratione sæpius adducta.

Ex capite.xiiii.

Forum clodii liuii populi)·Scribo Pompilii.extat in hodiernum & nomẽ & locus parum distans a Foro liuii:Et supra mox. Claterna).Strabo Cliterna.Ptolomæus tamen Claternam:Et ĩdigenæ uulgo ut fit corrumpente omnia.Quaternam hodieq;. Forũ Clodii Forũ Liuii

Ex eodem:xiiii.

Saltes qui galliani cognominant aquinates tãitani).Vetus lectio fere: Saltusq; Galliani qui cognominant Aquinates Tanitani.De taneto Ptolomæus Antõinusq; hoc situ.alioquin uerbum Aquinates nullo modo per se recipiendũ est sed cognomẽti loco tãtum:cũ de·a·littera nõ agatur·Gallianos uero saltus non desunt qui eos intelligant:ubi nũc Galleata nominatur haud procul Foro Liuii·Illud merito notauerim quosdam falso credere quia superiore capite de sexta regione tractatũ esset:inscriptionem huius partis nõ octauæ sed septimæ concipiendã fuisse:nec anĩaduertũt de septima hoc est Aethruria disputatũ prius esse:quoniã ut ipse testatus est:nonæ regioni idest Liguriæ annectebãt septima.Nec illud præteriero uerba ea de quibus superiore annotamento diximus:Forũ Clodii Liuii Pompilii Truentinorum quibusdam codicibus ita lectitari:Forum Clodii·iiii.populi Truentinorũ. nõ hoc quidẽ recipio:sed post me laboraturis quasi manũ præbeo:& ad ipsa non modo uestigia sed lustra etiam ferarum uenaturos deduco. Aquinates Tanitani Galliã Salins

Ex capite·xv.

Ligurum gabiennorum).Ligures Gabiennos Vesuli montis accolas unde origo Padi Plinius in liguriæ relatiõe haud cõmemorat:Vagenos Vatienosq; cõmemorat.Itẽ Cebannum caseum liguriæ libro undecimo.Vtcunq; sciendum est insigniter errasse Ptolomæum de ortu Padi:quod quidẽ uidere facilius est q̃ ut a nobis qui alioquia ad reliqua toto opere monstra festinamus:docendum sit. Origo Padi

Ex eodem.xv.

Volane quod ante alane)·Vetusti codices non alane:sed Olane.Polybius quoq; Olana:is & alterũ Padi ostium non padusam sed padoa uocari tradit. Padoa

Ex eodem·xv.

Spireticum ab urbe spira)·Lege Spineticũ ab urbe spina.Erat ibi & spinus amnis auctor Stephãus nam quod hic de thesauris Delphicis dicitur:apertissime cõfirmat Strabo:quos ait fuisse αραθηματα γυγου και κροισου και συβαριτωρ και σπιρητωρ· Dionysius primo antiquitatum libro:Spinetas ait diu mari uictores ad Delphicum Appollinem decimas solitos mittere.

Ex eodem.xv·

Adriæ a quo adriaticum).Lego Atriæ à quo Atriaticũ ex sequentibus: item uetustis codicibus & Stephano:Atria inquit Aethruscorum a Diomede condita est Aethria primo nominata.hinc & Aethruscos dictos crediderim:siue απο του τηρ αιθραρασκειρ. propter auguriorum peritiam:quasi de cælo seruantes & exercẽtes æthera.Eustatius Adriaticum & ab oppido & ab amne appellatũ scribit.Et infra paulo.Ostia a plena).Scribendum Ostia plena. Aethria Adriaticum

Ex eodem·xv.

Vogisono ex patãinorum)·Codices antiqui Vigisono·in hodiernum quoq; lacus est eodem agro Vigisiolus cognomine. Vigisiolus Lacus

Ex eodem.xv.

Edronẽ mediacidua).Legẽdũ Edronẽ Medoaci duo ex uetustis codicibus:ac ipso qui nnnc quoq; durat loci situ.Strabo Medoacũ uocari & portũ scribit& fluuiũ.Idẽ supra Venetos Carnorũ & Medoacorum fuisse gentem tradit.De amne aũt Medoaco Patauinoꝝ Liuius initio decimi uoluminis. Medoacus

Ex capite.xvi.

Vercelle libiciorum ex saluis).Scribendũ ex Salyis:aut utiq; Saluis trissyllabos.Est ubi Saluuios & salubios nescio q̃ recte scriptũ sit·ut supra diximus græci modo Salyas mõ Salyos appellãt. Libicios autem Ptolomæus quidem meminit: sed Libycos uocauit:Mentio & penes Liuiũ.

Ex eodẽ.xvi.

Nouaria ex uertacomacoris uocantiorum hodieq; pagus). Legendum ex uetustis codicibus Pago

non pagus. Item Vocontiorū non Vocantiorum. De Vocontiis in Gallia Narbonensi Liuius Srabo
Vocontii Ptolomæus Plinius. Erit ergo sensus Nouariam non ut Cato existimat: Ligurū esse Coloniā: sed Vo
Nouaria contiorū ex pago Vertacomicoris hodieq; inqt mōstrato. Ex eodem. xvi.

Et eaturi gens) Vetus lectio Caturiges: Item Strabo Plinius Cæsarq;. nā & Ptolomæus caturgos eos nomīat in graiis alpibus. & infra paulo. Spira. Legendū Spina: ut docuimus. Ex capite. xvii.

Venetia Cuius uenetia fluuius silis ex montibus taurisanis)· Scribendum ita ut uerbum Venetia præferat
Silis uerbo Cuius: non enim flumen ita ullum dicitur: sed ipsa regio Venetia mari adriatico apposita. Silis uero amnis eius est primus in stagnum cadens ubi nunc habentur suburbanæ Venetiarū insulæ Murianum Torcelluq;. Sunt tamen qui Silim non ex montibus sed ex fontibus Taurisanis legendū putent: quoniam plano solo fonticuli salientesq; Taurisano agro erumpāt unde Silis orit·hanc indaginem oppidanis eius loci atq; indigenis relinquimus. Ex eodem. xvii.

Tergeste. xxx. M. iii. M. ab aquileia). Scribendum: xxiii. M· p· Strabo Tergeste inqt ab Aquileia stadiis centū octuaginta distat. Antoninus. Ab aquileia inquit ad Timaui fontes. xii. M· p. inde Tergeste totidem· Ex eodem. xvii.

Nauporto)· Strabo Pamportū: Amnis inquit Pamportus ex Illyrio nauigabilis defertur in Saum.
Corcora Alibi Naupontum uocauit Iuxta Naupontū inqt amnis est Corcora excipiēs cōmertiorū onera. hic in Saum: ille in Drauum delabitur· Et infra. Plinius: Hemonain). Legendum Aemonam ex Ptolomæo & Antonini Cæsaris itinere. Ex capite. xviii.

Panatici sinus· Lego aut Phanatici aut Flanatici: ut post monstrabimus. Ex eodem xviii·

Venetorum autem natri aceste). Ptolomæus & Antōinus & uetus lectio & antiqui lapides hoc ip
Ateste so āno effossi Ateste nō Aceste· Verbum quoq; Natri scripta manu exēplaria nō habēt. Ptolomæus Atriā Venetiæ oppidū facit. Vtrū uero ateste sit quod nūc Este dicitur Patauino territorio: haud dixerim quando antoninus Patauio ateste uigintiquinq; milia passuum reddit: nūc quīdecim fere sūt
Atelinus nisi quis notam denarii numeri adiunctam in codice antonini suspicetur. Quod autem sequit Ace
Romanus lum). Ptolomæus accedum scribit: utrum uerius: in medio relīquitur· Hodie acelū esse credunt aliq
Asulum Taurisano agro unde acelinus Romāus sæuicia famosus inter recentiores historias auditur: quoniā
Feltria hodie Asulum dicatur: nnnc Reginæ Cypri Corneliæ prætorium. Quod autem hic legit. Fertini)
Vallis Sunt qui malint Feltrini ab urbe Feltria: sic enim & nunc uocatur: & ab Aotonino Pio: Inter quā īqt
Sugana & Tridentum Ausugani sint ab Ausugo dicti oppido: nunc uallis Suganaut opinor appellat. In ellogiis quoq; monumentorū lapideæ hoc ipsum de Feltria litteræ testāt. Cæterū quia fieri pōt ut Fertini quoq; fuerint a Feltrinis diuersi: nihil muto. Item. Vicentia). Sūt qui probent Vicetia· ex uetusto illo de quo paulo ante dixi lapide: cuius uerba hæc sunt: sex. Attilius· M. F. Seranus Procons. ex Sena
Q. ciciatus ti consulto inter Atteстinos & Veicetinos finis terminosq; statuit. Alioquin & Quintium Cicinatū nō Cincinatum scribebant· Ex eodem. xviii.

Nexantium). Ptolomæus Nesanctiū: & Plinius haud ita multo post: Oppida inquit a Nesactio.
Ex eodem. xviii.

Flamonienses uanienses tulli cognomine culici). Vetus lectio fere habet nō Tulli: sed Et alii cognomine Culici: propterea q; hoc loco ab littera· f. initia populorum summunt. Ex eodem. xviii.

Cogienses Taurisani cogienses)· Vetus lectio Togienses. nam de littera· t. sermo est· alioquin Taurisanis uicini modo sunt qui se Cogienses non alio argumēto q̄ huius loci uocent futili ratione: quia uulgo dicātur Cōregienses. Ex capite. xix.

Iuxtaq; carnos quondā taurisci nunc norici). Quid si legas Tautisci. Strabo. Noricorū inquit aliq uocantur & Carni itēq; Tautisci: Alioquin hodieq; Germanos omnes fere Tetiscos appellari uulgo
Norici nouimus· Nō me fugit & Tauriscos in his locis populos censeri Polybio Straboni cæteris: quos Eratosthenes Teriscos nominat. Sed si castigatio non est: ut certe non est admonitionis loco fuerit.
Ex eodem. xix.

Venones Stheonos rhetorum uennonēses)· Ptolōæus Vēnōes: Itē Strabo: qui & Stonos uocat nō Stheonos τημεν ραιτοι και ουεννωνεσ τη δε λειποντιοι και τριδεντινοι καιςονοι. Et supra nos Graiarū Alpium insulas). Scribendum Incolas. Ex eodem. xix

Centrones). Ptolomæus quidē & Cæsar Centrones: sed frequentissime Strabo: nec aliter· Ceutrones. Plinius quoq; libro undecimo Ceutrōiam: unde casei præstātes. Antoninus Ceutroniū inqt op
Tarantasia pidum Tarantasia: quanq̄ Antonini uerba non puto: sed codex admodū uetustus est. Per hos trās Al
Ceutronum pes in Galliam ex Italia ibatur commodiore quidem itinere: ac curruum etiam capaci sed compendio per Pœnina iuga transitu Hannibalis insignia quanq̄ Celius Auctore Liuio per Ceutronis iugū scribit transisse Ex eodem. xix.

Ceutrones cottiane ciuitates eturi e liguribus orti uagieni ligures). Diximus de hoc supra. Nos ita legere: Ceutrōes Cottianæ ciuitates Caturiges & Caturigibus orti Vageni Ligures. Ex plinio supius
Caturiges in Liguriæ mētiōe: Caturigis īquit orti Vageni. Sūt aūt Caturiges qui & caturgi Ptolomæo ī graiis

Alpibus.Srabo:Post salassios inquit sunt Ceutrões & Caturiges & Varagri & Nautuatæ. De quibus omnibus hoc capite mentionem habet & Plinius Meminit & Cæsar Caturigum. Ex eodem .xix.

Canuni bis).Codices antiqui utroq; loco habent Camuni.Strabo Camuli:quos & Lepõtios Rhætico nomini contributos scribit. Ex eodem.xix.

Brodiuntios).Cũ Plinius in Narbonẽsi dixerit Galbam ĩperratorem ex Inalpinis adiecisse Aganticos & Bodiontios:dubiũ nõ est quin aut hic Bodiontios aut ibi Brodiontios scr ibere oporteat.Nisi quis Ebroduntios uocare malit ab Ebroduno:unde codex Antonini Ebrodunenses appellauit ꝓuinciæ cõtributos alpium maritimarum:sicut & Diniẽses eadẽ parte nomĩatos a Plinio. Ebrodunũ & Ptolomæus in graiis alpibus cõstituit Eburodunũ uocat ipse:sicut Auanticum Ammianus: Alpes inquit graiæ penninæue habẽt & Auanticũ desertam ciuitatem sed non ignobilem quondã:ut ædificia semiruta nunc quoq; inquit monstrant. Ex capite.xx.

Eburodunũ

Arsia).Vetus lectio Arsiæ:ut sit nomẽ fluuii non gentis datiuo casu.etenim ĩ ora ipsa nouissimum locum fecerat hunc amnem ab ea parte:post quam de Alpinis populis disseruit.

Ex eodem. xx

Olbonenses).Ptolomæus Albonenses ab urbe Albona:quæ nunc quoq; ita dicitur. & infra. Ex insulis fertĩates curittæ).Ptolomæus Fulsinates Curictæ.Duo enĩ ĩsulæ Curictæ traddit oppida Fulsinum & Curicũ.Mentionem huius insulæ facit & Strabo:Cyrictam appellãdo.Hanc Vegiã uocari hodie multi arbitrant̃:sumpto ab oppido cõtinentis nomĩe:quod Vegia ptolomæo dicitur:Vegiũ Plinio:etiã si Regium mendose hoc ipso capite scriptum est pro Vegio inter Argyruntũ & Ortopulam:quæ si uera sunt:Portunata insula de qua paulopost dicemus. Vegia esse credi nullo modo põt.

Vrbs Albõa

Vegium

Ex capite.xx.

Fanates).Vetus lectio Flanates a Flanone urbe ac portu contra insulam fere absorum.Alutæ uero quos hic Plinius appellat ab Aloo ut opinor oppido dicũt̃.Artemidorus. μετα δε αλωον εστι λιμην φλανων και πολις φλανων και πας ο κολπος ουτος φλανωνικος καλειται: hoc est post Alo um inquit portus est & oppidum Phlano:unde sinus omnis hic Phlanonicus uocat̃.Phlanates ergo nõ Fanates populi sunt a quibus nomen Sinui quẽ modo nautæ Quernariũ appellant alii Carnariũ ꝓpter naufragia procelloso ferme semp trãsitu.In recessu eius Senia urbs est cuius a tergo specus sũt unde uehemẽtes nulla fere nõ hora uenti perflant:eaq; res infamẽ sinũ eũ reddit.Per hæc forte loca id genus tẽpestatis est de qua uolũine secũdo Plinius capite.xlvii.In Dalmatiæ inqt ora specus uasto in preceps hiatu in quẽ deiecto leui pondere q̃uis trãquillo die turbini similis emicat procella.nomẽ inqt loco est Sentaquin Quid aũt si nõ sentaquin sed Senia legat̃:& uerbũ Quin initium sit sequẽtiũ hoc modo:Quin & in Cyrenaica prouincia rupes quædã austro tradit̃ sacra quã prophanũ sit attrectari hoĩs manu cõfestim austro inuoluẽte harenas.De hac ipsa rupe Mela Põponius in Cyrenaica inquit:Rupes est austro sacra:hæc cum hominum manu attingitur: ille ĩmodicus exurgit harenasq; quasi maria agens sic sæuit ut æquor fluctibus.

Alutæ
Phlanates
Sinus
Quernarius
Carnarius

Rupes
Austro
Sacra

Ex eodem.xx.

Flamona Item Sema.Item Ortoplyma.Item Regium).Ptolomæus & uetus lectio Flauona Senia Ortopula Vegium.& infra flumen. Telaulum.quo finitur lapidia. Ptolomæus Tedanium non Telaulum:habebat & uetus quandoq; lectio Telaunum:nam Flauona & Senia hodie quoq; nominant̃.

Ex eodem.xx.

Insulæ in eo sinu absyrtium arba traguriũ issa pharos paros ante) Vetus.lectio:absyrtium arba crexa Gissa portunata.Probat hanc Merula:illam quasi adulterinã & suppositítiam refellit.De Crexa siue Crepsa Ptolomæus:etiã si nomẽ oppidi uult esse in insula quæ dicatur absorus.nunc uulgo quoq; duas insulas uocamus Crepsam & absorum:in easq; prætor unus qui ius dicat ĩsulanis mittit̃ a Venetis.Gissa uero nũc uidetur esse:ut ait Merula.quæ pagus appelletur:quoniam uestigia in pago urbis durant Gisse in hodiernum uocatæ.Verba autem illa pharos anteparos:ex Strabone uideri substituta:loco portunatæ.portunatam interpretatur Merula quæ nunc Viglia seu Vegia dicatur:quanq̃ sũt qui Vegiam intelligant quam Strabo Ptolomæus & Plinius Currictam: Tragurium porro geminũ & insulam & incontinenti oppidum fuisse nõ negamus:testantur Strabo Ptolomæusq;:sed uetus lectio id non habet.Cæterum pharus siue parus Straboni dicta a Plinio Ptolomæoq; pharia nuncupatur:illirico sermone Lisna.est eodem mari & Lissa Plinius & Antoninus auctores:& uulgo quoq; ita dicitur.Est & Issa Issæo quondam uino clara:Strabo:Stephanus:Athenæusq;.Itẽ Chissa Pliniusl tẽq; Gissa idem auctor:eadem an diuersa penes indigenas sit fides:sicut Issa Lissaq;.Antoninus certe duas facit iis uerbis:Brattia:Issa Lissa.Corcyra Melite.

Crepsa
Gissa
Viglia

Ec capite.xxi.

Tragurium ciuium romanorum marmorenotum siculi).Lego sicum:nõ Siculi:ut sit sensus.Tragurium ciuium Romanorum fuisse marmoris mettallo cognitum Deinde Sicum oppidum in quẽ locũ diuus Claudius Veteranos miserit.De Sico autem oppido non procul admodum Tragurio inter

Salonam & Scardonam Ptolomæus.Hoc ſibnicum Liburnica uoce dicitur nũc.Et infra. Mazæi).
item.Stati.Vetus lectio Mæzæi & Stæi.De Mæzæis Strabo Ptolomæuſqꝫ:& ĩfra. Diuerſi) ·Ptolo
mæus Daurſi:Strabo Daurizi.

Ex eodem .xxi.

Venditaſſe).Lego Ventitaſſe.iura uidelicet petentes unde conuentus appellantur. Et infra. Cera
uri) ptolomæus & uetus lectio Cerauni.& infra. Deremiſtæ).Sunt qui Dereuiſtæ·quoniam Dri-
Driuaſtæ uaſte modo ibi nominentur a ſemetipſis Barbari.

Ex eodem. xxi.

Nares)·Vetus lectio Nareſii:itemqꝫ Ptolomæus:ab amne qui Nar uocatur pomponio: Naronem
Strabo appellat ptolomæus & Plinius & infra. Oeuei)·Ptolomæus Oenei ſiue Onei ab Oneo urbe
inter piguntum & Naronem amnem.

Ex eodem.xxi.

Butua Aſcriuium butuanium olchinium).Vetus lectio Butua quæ nunc uulgo Budua:Ptolomæus quoqꝫ
tria illa continenter annumerat.Aſcriuium:Butuam:Vlchiniũ.& ĩfra amnis: Dirino).Ptolomæus
Dirilo:ſiue Drilo ut Straboni placet.Item Nicandro:ut alibi docebimus.uulgo tamen hodie appella
Drino Vulgo tur Drino.

Ex capite xxii

Apollonia corinthiorum colonia quatuor milibus paſſuum) ·Strabo.vii.M.d.hoc eſt ſtadiis ſexa-
ginta·Condidere inquit Appollõiam Corinthii Corcyræiqꝫ ab Aeante fluuio ſtadiis decem:a mari
Locus Srta. ſexaginta.Quod autem apud eũdem Strabonem ſequit͛ Oræum:ſcribe Oricũ e x Plinio Pomponio
polybio cæteris ſcriptoribus.

Ex capite.xxiii.

Taurnia).Vetus lectio & Ptolomæus Teurnia.& paulo poſt. Viuana)·Ptolomæus & uetus lectio
Viana:quoniam modo ut plures exiſtimant Vienna dicitur in Norico.& infra. Carambaria iulia)
Vetus lectio Sacarbãtia Iulia.Itéqꝫ Ptolomæus & Antõinus:qui locũ eũ a Sabaria diſtare· xxiiii.M.p.
ſcribit:mediũ fere inter hãc & Carnuntũ.& infra·Mona(.Vetus lectio Aemõa·Itéqꝫ Ptolomæus &
Antoninus.de qua & ſuperius quoqꝫ dictum hoc libro eſt.

Ex capite . xxv.

Aſali).Ptolomæus & uetus lectio Azali·&.infra. Colapis)·Strabo Calapis:& alibi Ogdolapis.Ni
hil muto.Illud moneo:caput hoc Dalmatiam inſcribi perperam:quia cũ ſuperiore committẽdum ſit
quoniam de Pannonia ſermo eſt.

Ex eodem .xxv.

Antea oſtia timaui).Lego Ante oſtia:non Antea:Strabo auctor.& infra. Abſyrtides a grais dictæ
a fratre medeæ ibi interfecto nunc abſyrtium)·Vetuſti codices loco uerbi huius Nunc abſyrtium·
habent·Nomine Abſyrto.Pompõius.In Adria inquit ſunt Abſorus Celaduſa Abſyrtis Iſſa:ut Abſo-
Abſyrtis ron ab Abſyrtide ſeparari uoluerit Stephãus ſubdubitat ecquid diſtét Abſyrtides ab Abſoro·Hero
dianus abſorum in Illyrio ciuitatem eſſe tradidit·De abſyrtio & Plinius ſupra· & infra. Contra ia-
der eſt Iſſa)·Vetus oĩs lectio nõ Iſſa ſed Liſſa:de quo & dictũ prius eſt:& mox dicet͛. Ex eodé ·xxv.

Adeo ut liſſa quas earum deſignent haud unquam conſtiterit)Legẽdũ eſt uetuſtis codicibus:adeo
ut iis quas earum deſignent haud unq̃ conſtiterit.& infra. Trucones liburnicæ celaduſæ)·Verbum
Trucones in uetuſtis codicibus non legitur.Pomponius Ticanam & Celaduſam quas ſunt qui mõ ĩ-
Trucula terpretentur:eas quæ Trucula & Laguſta dicantur:priorem inter Corcyram nigram & Phariam lo
Laguſta cantes:alteram inter Corcyram nigram & Garganum monté.non pari.tamen interuallo:ſed a Cor
cyra octo.M.fere:a Gargano· xx.Verum hæc quæ de uno aliquo uocabuli aut alterius ſimilitud inis
inditio trahuntur haud ita protinus agnoſcenda ſunt raro unq̃ non fallente coniectura.

Ex eodem.xxv·

Brattia Contra ſurium batriaſa)·Vetus lectio fere Brattia:uulgo quoqꝫ ita dicitur·Venetorũqꝫ ditionis eſt
ut omnes maris eius ĩſulæ.Polybius quoqꝫ Brettiam:unde brettiani atqꝫ Brettii dicant͛:auctore Ste-
phano:qui & Elaphuſam & Brettanida quoqꝫ dici eam ſcribit·Sed & Antoninus Pius in itinere ſuo
Brattiam.Poteſt & ita legi.Brattia Iſſa:ut duo ſint nomina:ex antonino qui ſic ait:ĩter Dalmatias &
Hiſtriam ſunt ĩſulæ abſorus brattia Iſſa liſſa Corcyra Melite.Verbum autem Cõtra Surium qué lo-
cum deſignet nõ comperi.Nunc aũt brattiam cõtra Salona eſſe conſtat:ſiue ut nautæ dicunt:cõtra
Spalatum:ita enim uocat͛ urbs.Diocletiani quondá palatiũ Euſebius in chronicis:Diocletianus ĩquit
Spalatum haud procul Salonis in uillæ ſuæ palatio moritur & ſolus omniũ inter deos priuatus refertur.Eſt au-
tem brattia hæc inter palatium id & inſulam Pharum quaſi media. Reſpicit hanc inſulam e cõtinẽti
Halmiſſa & caſtellum Halmiſſa modo nominatum arce nobilis quo & præfectũ mittimus : octo fere.M.p.a.
Diocletiani uilla:ĩter quam & Halmyſſam tractu maritimo ad mõtes uſqꝫ pertinet:gens quæ ꝙ Dio
cletiani ſe proſapia ortos prædicant politiam quaſi remp.appellant locum eum:iuribuſqꝫ ſuis uiuũt
in hodiernum diem Senatu permittente.

Ex eodem·xxv.

Melita & mellitos).Scribendũ:Melitæos a Melita:ex ariſtotele Strabone cæteris:illud mirari cõ
Melitæ uenit:ꝙ inſulam hanc unde Melitæi canes ſint:inter Illyricum & Corcyram nigram haberi dicat:cũ
Canes ea Siciliæ ſiue aphricæ ſit reddita:tum ab ipſo Ptolomæoqꝫ:tum a Strabone:qui ait.ante Pachynũ ſi
Melita ta eſt Melita unde catuli ſunt inquit quos uocant Melitæos·Sipõtinus Pliniũ affinitate uocabuli de
ceptum fuiſſe credit:quoniam prope.Corcyram nigram non Melita ſed Melitina uocetur inſula:cu
Con. Sipontinum ꝓ Pli. ius mentio apud Ptolomæum ſit·Ego plinium auctores ſecutum non falſum hallucinatũ ue credide

rim:Et ꝙ Callimachum ait ita prodidiſſe & ꝙ Stephanus quoq; in hunc modum ſcribit:Melita iſula eſt inter italiam Epirumq; poſita:unde Melitæi canes putãtur:Eſt iquit & alia urbs hoc nomie Car/thaginenſium colonia.Sed & hodie ita eſt:a Corcyra nigra diſtat inſula quæ ab omnibus Melyte nominatur.xiix.M.p.fere:etiã ſi:xxii.ſcriptũ hoc loco eſt:ut in Ptolomæo potius emendanda ſit lectio Melitinæ q̃ in Plinio Melite.Nõ præteribo & uetus iſtitutũ ciuitatis noſtræ quo cauetur:uti ne præfecti triremiũ redeuntes Adriatico mari leuorſum extrorſum ue nauigent:ſed dextrorſũ introrſũq; per Melitenſem canalem. ita enim uocant freta inſularũ ſtagnãtia. Quid ꝙ Antõinus quoq;:ut prætexui:Dalmatie facit inſulam Meliten hoc ordine:Abſorus Brattia iſſa liſſa Corcyra Melite. Locus Ptolomæi

Ex eodem .xxv.

Ab arico ſaſonis).Legendum Ab Orico. Plinius ſupra:In ora inquit oppidum Oricum a Colchis conditum indeq; initium Epiri.Cicero in Philippicis.Inſtat Epiro urget Oricum.Hecatæus i ionio ſinu portus inquit Epiri Oricus. idem Pompõius:idem cæteri.Hoc & ſupra attigimus:nã de Saſõis inſula Polybius:& Antoninus:a Saſonis inſula hydrũtem prouinciæ inquit Calabriæ ſtadia.cccc. hodie quoq; nomen retinet.Lucanus.Non humilem Saſona uadis.italicus: Adriaci fugite iſauſtas Saſonis harenas.Et alibi:Expauit ſonitus tremefacto littore Saſon. Saſon

Caſtigationes Plinianæ Hermolai Barbari aquileien.p.ex Libro quarto.

Ex prologo Libri quarti.

i Terumq; ab alia mari eadem phocis).Legendum eſt ab alio mari:hoc eſt Aægeo.Nec dubitare poſſunt qui ſitum eius orbis etiã negligẽter ſciunt.ſed & Strabo & pauſanias & Ptolomæus confirmant.

Ex eodem prologo.

Sellæ).Homerus quidem Sellos uocat: & ut quidam rẽtur Hellos αμφι δε σελλοι σοι ναιουσυποφηται.Hinc Statii Papinii poetæ pater Neapolim migrauit. Lucanus tamen tertio libro Sellas:Quercuſq; ſilentes Chaonio ueteres liquerunt uertice Sellæ. Sellæ

Ex eodẽ ꝓlogo.

Pelopes).Scribendum eſt Hellopes ex Strabone:itẽ Stephano:qui ait circa Dodonem Helopia uocari inqua Selli ſint & Helli.& iſra. Talarus mons).Solinus legit Tomarus mons:Circa Radices inquit Centeno fonte nobilis Theopõpo.Ipſe Strabo hunc montem & Tomoron & Tmarã quoq; appellat.& infra.Plinius:Montes inquit clari in Dodone Tomarus. Vtcunq; Strabo Talares inquit populi ſunt Moloſſici. Tomarus

Ex capite primo.

Medi).Scribendum eſt per.æ.diphthongum:ut ab aſiæ Medis differant:ex Ptolomæo:Strabone: Stephano: ariſtotele:ab iis & Mædica Thraciæ præfectura dicitur:uicina pæoniæ.& iſra. Daſſarethas).Scribendum eſt Daſſaretas.ex Strabone ptolomæoq;:Daſſaretios etiã uocantibus.in polybio Daſſaritæ nominantur:a Stephano quãdoq; Daſſareni.& infra. Denſelatæ).Veteres ſcripſere Dẽthelatas:ut in Thracia docebimus.Denſeletos Cicero in piſonem.

Ex eodem .i.

Meandria ceſtria.Flumen theſprotia.uethymius).Legẽdum eſt Mæãdria Ceſtria.Flumen Theſꝓtiæ.Thyamis.ex Srtabone ptolomæo uetuſtis codicibus:Fuit autẽ Ceſtria: a qua Ceſtrini populi de q̃bus Strabo:pauſanias:κεστριμοσ φησιμ ο του ελεμου συμ τοισ εθελουσι τωμ ηπειρωτωμ τημ υπερ θυαμιμ ποταμομ χωραμ εσχε.Athenæus quoq; Thyamin uocat amnem hunc etiam ſi mendoſe in eo Thyramis legatur Thucydides primo libro:Amnis iquit Thyamis Theſprotidem Ceſtrinãq; diſcrimiat.idem auctor & montem in ea regione Thyamon appellat libro tertio.Et infra. Molloſſorũ flumia alphas arathus).Vetus Lectio Aphas & Arachthus.De Arachtho Ptolomæus atq; Strabo.De apha nõ comperi:ſed Stephanus Aphedantes in Moloſſis populos uocari tradit:ab Rege dictos:cui aphedas nomen fuerit. Ceſtria Thyamis

Ex eodem.i.

Lacus pandoſia).Lege locus Pandoſia:Eſt enim ciuitas pãdoſia : Straboni cæteriſq; in Epiro:cui altera fuit in italia cognominis:ut dictum eſt ſuperiore libro fuſius.& infra Quõdam meritis(.Legẽdum eſt Neritis:cum ex uetuſto codice:tum ꝙ & oppidũ i ea Leucas:ut inquit Plinius & Strabo:Neritum uocabatur.alii nõ Neritũ:ſed Nericum:ut idẽ quoq; Strabo Lupercũ ſecutus coarguit Hãc leucada Homerus aiũt ſignificat:cum dixit ακτημ ηπειροιο Silius:Saxa cephalenum & ſcopuloſis neriton aruis.Virgilius:Et neritos ardua ſaxis:de inſula his locis uicina unde nomẽ peninſulæ.Neritõ inſulam & Pomponius citat. Pandoſia Neritum

Ex eodem .i.

Chinus).Lego Echinus ex Stephano & uetuſtis codicibus.echinus echini & echinũtis . Rhianus urbem Echion.Fuit & echinus alter in Phthiotide Ptolomæo:ab Plinio in faucibus Sperchii amnis.& iſra. Halyzia.Ptolõæus Hazylia:ſed Thucydides & Strabo halyzea ab Halyzeo icari filio fratreq; Penelopes:ſicut ab eius fratre altero leucadia. Echinus

Ex eodem.i.

Aſtacus).Vetuſti omnes & manu ſcripti codices habent Stratos:non aſtacus.atq; ita ſane lego Polybium Strabonem Pomponium ſecutus:urbẽ acarnaniæ ſi uocantes. Quid ꝙ Thucydides ſecũdo

Achelous libro:Achelous inquit amnis ex Pindo per dolopas agræos & Amphilochos Acarnauesq; Stratō ur
bem Aeniadasq; interfluit·Scio & Astacum ibi ciuitatem quandam fuisse Thucydidi Straboni Ptolo
mæo·Sed Antiqua lectio temere cōmutanda non fuit:Quid si utrūq; simul tam Stratos q̄ Astacos le
gatur.Et supra. Diorectos).Legēdum est Dioryctos:cum ex Strabone:tum q; uerbum hoc signifi
Dioryges cat abscissam continenti·Dioryges uero fossæ manu factæ sunt:qua uoce apud nos utit̃ Meia pōpo
nius.

Ex eodem·i·

Artemicam).Lege artemitam ex Stephano & antiquis exemplaribus·Sunt & aliis locis artemitæ:
unde artemitenus.

Ex capite.ii.

Epirimenses).Vetusti codices habēt distincta uerba Epiri Emenses:Propterea legi pōt Ephyri Ae
nienses:ex Thucydide primo libro:itē Strabone.Ferūt.n.in Thessalia & Epiro Ephyræ:in Thespro
tis:in Aetolis:inPerebis:a quibus Ephyri populi uocant̃·nā ab Ephyra inqt pro Corintho Ephyræi
Ephyri non Ephyri dicunt̃.& quos Homerus appellat ephyros:in Thesprotia Pausanias intelligit.Proinde ī
Locus Lucani Lucani sexto Ephyræa nō epirea scribēdū fuit illo uersu:Insedit castris ephyræaq; mœnia seruat·Nā
Virgilius ephyreia æra pro Corīthiis Georgicorū secūdo dixit:etiā si ephyræum æs pro Dodonæo
Ephyræū æs In prouerbium quoq; sanxit antiquitas contra garrulos δωδωναιον χαλκειον. Aenienses uero ab
Aenia peræborum oppido uidentur appellati:quos in epiro græci modo αινιους modo αινιαδας
ut Polybius Thucidides.Strabo αινιανας quoq; nominauit:etiam si alios hoc nomīe in ponto habe
ri meminit·Citantur Aenienses & a liuio

Ex eodem.ii.

Marages atraces)Legi potest Magares & atraces Theopompus Macare inquit circa Pharsalum
sunt alioquin nihil mirum in epiro eos a Plinio collocatos esse. Quādoquidem & atraces in Thessa
lia positos a Ptolomæo ac Stephano.Idem Plinius in Aetolia constituit.in quo scire oportet etiam p.
Atreges g.atrages dici posse:ut fecit eupolis.Propterea & Magares pro Maccaræ citra uitiū usurpari potuit.

Ex eodem·ii·

Matina).Legendum est Macynia:Strabo auctor:ut mox constabit:& infra. Mons est prasus)Ve
tusti codices habēt Phiassus.Proinde in illam coniecturam pronus uenio ut Taphiassus:non phias
sus aut prasus legatur:ex Strabone:Montes inquit supra Molycriam sunt taphiassus & Calcis·ī qbus
urbes duæ Chalcis & Macynia·Confer hec Strabonis uerba cum Plinio:& nihil ambiges:Macynia ī
Molycria quit & Molycria quibus a tergo Chalcis & mons taphiassus.

Ex eodem.ii.

Taphiassus Eupalimna).Vetus lectio Palmina·ipse pylenem:ut post docebimus. Non dissimulabo tamen ui
deri hanc a Strabone dictam enpalion:qui scribat.επεικτητον αιτωλιαν ειναι την τοις λοκροις συ
μαπτουσαν ως επι ναυπακτον τε και ευπαλιον·Quæ uerba cum Plinianis hoc loco fere con
sentiunt.Sed cum eupalium idem sit cum eupalia:si Stephano credendum est:ut sequenti capite dice
mus:non uideo qui possit hic legi eupalium.Et ibi eupalia:nisi forte duo sint nominis eius oppida.
Pylene De Pylene constat ex Strabone in Aetolia sic oppidum uocāte:Item Papinio:Sensit Scopulosa pyle
ne Fletaq; cognatis auibus melagria pleuron..Item alibi: Nunc tumidæ calydōis opes:nūc torua py
lenes Agmina:nunc mœste fundes pleuronis alumnos.Homerus οι πλευρων ενεμοντο και ωλε·
νον οι δε πυληνην.

Ex eodem.ii.

Halisorna)·Scribendum est Halycarna Strabo Stephanus & uetusti fere codices:Et infra. In am
bracia acranos)·Legēdum puto Cranos:siue Crania. Theopōpus κρανεια χωριον εστι αμβρακιω
των. Erat & Cranon ciuitas Athamanū:de qua.Strabo. Callimachus: Herodotus:post Homerū.Ce
lebris uero illa coruorū fama nunq̄ ibi plurium duobus habetur in Magnesia Thessaliæ ut post con
stabit:sub ipsa tempe collocata:ut Hecatæus docet.

Ex eodem·ii·

In aetolia achaton).Legendum Acanthon.ita enim uocari urbem Athamanum Stephanus est au
Cicadas Mutas ctor:qui & cicadas in ea mutas esse prodidit:non has intelligens quas Plinius libro undecimo:Aristo
Prouerbium telem si memini secutus:cis flumen Silire:ultra in locris italiæ uidelicet ait canere.Sed alias:unde p
De Non uerbium Acanthios Tettix de iis qui non loquuntur.Et īfra· Madimium)·Lege Mediō:ex Polybio
Loquētibus qui oppidum Aetoliæ μεδιωνα uocari scribit secundo libro.Confirmant & Thucydides & Stepha
nus:Nam Medeon in Bœotia & in Phocide habetur ut docebimus.

Ex capite·iii.

Eanthe)·Scribēdum ē Oeanthe pe œ diphthongum:auctores Hecatæus Thucydides Martianus
Capella:Hellanicus Pausanias:qui duo tamen Oeantheam uocarūt:ut apud nos Pomponius.in Pto
locus Pomponii lomæo corrupte legitur Euanthe.

Ex eodem.iii.

Eupalia Eupolia).Scribendum eupalia:ex Stephano:Eupalia inquit urbs est in Locride:quam Artemido
rus Eupalion appellat:in quo & Strabonis uerba superiore capite prætulimus. Thucydides tamen
quarto libro:eupoliō inquit Locridis prædam misit.

Ex eodem.iii.

Portus appollinis pſeſtis).& infra·Peſtum).Lego Apollinis phæſtii:& phæſtũ ex Stephano Pauſa-
nia & antiquis fere codicibus.& infra. Chryſeus ſinus).Legẽdum Criſæus ex Herodoto ac ſtrabo
ne:a Criſa oppido:quod ut pauſanias docet:filius phoci Criſus condidit:Nam Chryſæ urbes multæ: Criſa
ſed aliis locis ſunt. Ex eodem.iii.

Portus caleon).ſcribendum Chalæõ:ex Thucidide:Hecatæo:ſtrabone : Ptolomæo : cæteris. nam
Chalia Bœotorũ eſt ex Theopompo·& infra· Amphiſa).Pauſanias quidem & Amphicæam & am
phicleam nominat in phocide.ſed aliud eſt Amphiſſa:aliud amphicea.Idem auctor poſt Herodotũ :
amphiſſa in locris eſt.qui Ozole inquit appellantur ab Amphiſſa Macaris & Apollinis filia nomen Amphyſſa
habẽs:Amphicea uero Doridis Ideo nihil muto:niſi ꝙ per duplex.ſſ.ſcribẽda eſt . quod fere in oĩbus Amphycæa
quæ a prepoſitione græca deriuantur ſeruare oportet:ut απο της αρτι Antiſſa απο της επι epiſſa.

Ex eodem .iii.

Oppidum chryſa)ſcribẽdum eſt Criſa:ut prædiximus.Illud ſciendũ:Homero.criſam dici non hãc:
ſed quæ modo Cirra ſit in locris:auctore pauſania.Item infra. Cum ulẽſibus antycira).Lego cũ Bu
lenſibus antycirra:ex Ptolomæo & uetuſtis exemplaribus:etiam Strabõe.Vel ãticyra per ſimplex.r.
ex pauſania:& cæteris.ab anticyræo quodã Herculis ætate Cypariſſus ab Homero nominata. Bulis Bulis
quoq; a Bulone dicta cõditore a qua Bulii & bulenſes .maiore parte purpurarii:ut idem pauſanias ẽ
auctor.Buliam non bulida Ptolomæus Cicero in piſonem:parthenii & Bullienſes illuſi. Quoq; in
eadem actione legitur pertebia: caſtigandũ eſt:ut ſit peræbia:ex Strabone Plinio cæteris ſcriptori-
bus:q̄q̄ & bullienſes in Macedonia parthyæniq;: Ex eodem·iii·

Pyrrha)·Stephanus quidem pyrrhonæam uocat·ſed cum pyrrhæ multis locis ſint:ut cõſtat:in neu
tram partem decerno. Ex eodem tertio.

Trycone tricorimbus).Vetuſti codices habent trycone tricor ambribus.proĩde legi poteſt tricho
ne tritea ambryſus:ex Herodoto pauſania & Stephano:etiam ſi tithronium tithronenue q̄ trichonẽ
appellare quidam malunt·Strabo ambryſum alteram in phocide:alteram in Bœotia locauit.Stepha
nus amphryſum quoq; dici recte affirmat·pauſanias quãdoq; ãbroſon uocauit ab Heroe ſumpto no Ambryſus
mine.De tithronio in locris omnes:nam trichonion in Aetolis fuiſſe nõ in locris lego:ſed inſerte ſũt
& cõnexæ regiones:nec iidẽ ſemp limites fuere.triteam Stephanus ĩter phocidẽ & locros q Ozoli Ozoli
cognominantur liberum ſit & hoc· Ex eodem tertio.

Myrena).Legendum forte ſit Drymæa. pauſanias:a tithrone inquit Drymean uiginti fere ſtadi
Herodotus Drymon uocauit:nam & Daulis de quo ſtatim dicemus idẽ fere ſignificat apud Græc
quod Drymæa Ex eodem tertio.

Taulis).Lego Daulis:ex Homero Strabõe Ptolomæo·pauſanias a nympha Daulide Cephiſſi filia
Strabo a dẽſitate nemorũ & Dauliam uocari cœptã.in ea prognes & philomenæ fabulã cæteri:Me
garis ut inquit Strabo:thucydides.pauſanias tumulum eius:Megaris oſtendi tradit:Sed regnũ tamẽ
tenuiſſe in ipſa Daulide quæ ſupra Cheronæã ſita eſt in phocide:quod & thucydides ſecũdo uolumi Tacinus
ne affirmat iis uerbis:Dauliani inquit tereus incoluit:qua ĩterra ſcelus quod de ity fertur mulieres il Terei
læ patrauerunt:unde inquit auis Daulias poetarum carmine celebrata eſt:Plinius aũt cum dixit ĩ mẽ Daulias auis
tione thraciæ Biziam arcem Regum eius a terei ne faſto crimine inuiſam hirundinibus·nõ tã hoc ĩ-
telligit:quod quidã rentur:in thracia id facinus ſeminarũ fuiſſe:q̄ ꝙ etiam ſi cõmiſſum id flagitiũ eſt
in phocide:aues tamen illæ hunc ſenſum habẽt:ut in thracia quoq; tam lõginqua Regum eius arcẽ
oderint·Huius rei Pauſaniam auctorem habeo:qui cum dixiſſet hirundinea in Daulia nõ parere:ſub
iungit:Nec in ipſa quoq; Terei thracis patria:his uerbis φωκεισ δε λεγουσιν ωσ τη φιλομηλη κα
ορνιθι ουση τηρεωσ εςι δειμα.και τησ πατριδοσ απεςη τησ τηρεωσ.

Ex capite.iiii. Pelloponenſus.

Legeæ hinc:cenchreæ illinc).Pauſanias:Ptolomæus & infra Plinius Lechææ.Strabo αρχη δε τησ
παραλιασ εκατερασ τησ μεν το λεχαιον τησ δε κεγχρεαι Ratio nominis ꝙ Corinthii portus ip- Lechææ
ſos uocant λεχη. Liuius In bello Macedonico:Lechæũ alterius maris portum appellari tradit.Non Locus papi.
ſit hoc lex ſed cõmõitio originis·Alioquin Papinius a nobis eſt illo uerſu:Curua palæmõio ſecludit
unda lechæo:ut qui lycæo legunt imperitiæ arguendi ſint.Idem Poeta in una ſyluularũ:Ab Inoo fert
ſemina tecta lechæo.Nam de uia Domitiana:uerſum illũ in quo legebat His paruus niſi deuiæ uetaſ
ſent Inous freta miſcuiſſet iſthmos·Caſtigauit Domitius ut lechiæ non deuiæ legẽdũ eſſet:neſcio q̄
ferendus:ſyllabarum duarum neglecto menſu.Proinde ſi diuinandum erat:uerbũ Cenchreæ potius cõ. Domitiũ
q̄ lechiæ ſupponendum fuit:incõmodum & hoc:ſed minus. Ex eodem.iiii.

Peloponneſum cõtineat hellas).Niſi legamus Cõtingat:ſenſus fiet obſcurus:& Pliniani ſaporis de
gener Eſt autem in uerbo contingere:quedam quaſi Emphaſis:ceu parũ deſit:quominus abrupta &
abſciſſa ſit Græciæ contingit ergo tantum eam Græcia:non continet.Nam ut continens ſit Pelopõ- Contingere
neſus Græciæ aut contra:non tamen continere inuicem ſe dicuntur. Martianus Capella Ab ipſi

us inquit isthmi angustiis Hellas incipit a nostris Græcia dicta: in ea prīa Attice antiquitus Acte uocata contingit isthmum Megarica sui parte. Pomponius. Isthmos inquit angusto tramite helladi Pe-
Patræ arx. loponnesum annectat. & infra: Patras colonia). Legendum est Patræ. declinatur enim Patræ patrarū: nec aliter. Pausanias hāc Aroen dici prius solitam affirmat: mox a Patræo mœnibus ampliatis nomen accepisse quod nunc habet.

Ex capite. v. Achaia.

Olyros). Xenophon Oluros: in Achaia est: non procul īquit Pellene. Alioquin Olyros in Bœotia est: ut Plinius Straboq; testantur. Nam Olluris siue Ollyra uocatur inquit Strabo: quæ Dorio ab Ho-
.y. & .u. mero dicitur in Messenia. in quo illud notari dignum quæ græci per .y. pronūciant licere nobis p .u. litteram proferre: ut Calumna Larumna Sulla Cordula: pro Calymna Larymna Sylla Cordyla. e diuerso quæ illi per .u. scribunt: rationem deposcere ut nos quoq; idem seruemus. & infra. Pellenæorum castellum(. Non uidetur legendum ita: ut Oluros pellenæorum sit castellum: sed ita: ut duo loca
Pellene sint. Etenim pellene oppidum est Achaiæ polybius Stra bo ptolomæus cæteri. ex Homero πελληνηυ δειχον οιδαιγιου αμφιμεμοντο. Nam pellana seu pallana plurali numero Lacōiæ tribuit. ī Arcadiam euntibus: ut post liquebit.

Ex eodem. v.

Egira egiun). Scribi debet utrumq; cum diphthongo Aegira & Aegion: Polybius Pausanias Ptolomæus Strabo. Papinius. Aegion arenemq; & quas Theseia trœzen addit opes. Et infra. Palinormus portus). Pausanias & uetusti fere codices Panormus ακρα φησιν ονομαζομενη ριον και λιμην πανορμος. quindecim stadiis a Rhio distans. Et infra. Hisie). Scribendum est Hysiæ: quo loca multa sunt nomine in Bœotia & Arcadia & alibi: ex Thucydide Pherecide Artemidoro. In argolide autem sunt hæ quas hic legimus: ex pausania & Strabone: qui ait: εισι δε υσιαι τοποσ τησ αργολικησ γνωριμοσ και κεγχρεαι. & infra: A quo promontorium absunt patræ): Legendum est a quo promōtorio absunt Patræ. auctores omnes & uetusti codices.

Ex eodem. v.

Locus pheræ in achaiam nouem montium scio esset). Vetusti codices Nouem mōtium Sciessa. cæterum e Solini uerbis quanq̄ corruptis uera lectio exculpitur: Propter oppidum īquit Patras Odessa locus nouem collium opacitate umbrosus & radiis solis ferme inuius: nec aliam ob causam memorabilis. Ipse odessa uerbū ex collatione ut dixi ueterum librorum mēdose scriptum suspicor pro Sciœssa: quo illa significatur opacitas. Strabo Celossam montem in Phliasia uocari quendam tradit. de hoc ītelligat nec ne: haud satis possum colligere. Fuit & inter pellenem & Aegirā Achaiæ oppidulū Do-
Donussa nussa quod Homerus Donœssam uocauit illo uersu οι δυπερησιην και αιπεινην δονοεσσαν. Nec scio an mentio hæc pertinere quicq̄ possit ad præsentem locum. Hyperesia certe Homero ut inquit pausanias & Strabo: Aegiram significat. Quod autem hic dicitur Locus pheræ in Achaiam: legendū est: Locus pheræ in achaia. ideoq; adiicitur hoc ut distinctus sit a pheris quæ in Thessalia & Messenia uel alibi sunt.

Ex eodem. v.

Alesium Vltra patre oppidum olenum colonia dyme). Videri potest legendum non Colonia: sed Colone: ut sit loci nomen: qui & alesium uocaretur. Strabo auctor. ex Homero: πετρησ τωλενιησ και αλησιου ενθα κολωνη κεκληται. potest tamen & colonia defendi ex Strabone: qui ait Dymen Romanorum Coloniā fuisse deductis a pompeio qui e cilicibus piratico bello superfuissent. In sexto Meta-
Patre Locus oui. morphoseos: Messeneq; ferax pateræq; humilesq; cleonæ. Scribendū est patræ: non pateræ: & īfra
Hyrminæ Hormiæ). Vetusti codices & Strabo & Pausanias Hyrmine. Homerus οσσον εφυρμινη και μυρσινος εσχατοεσσα ab Hyrmina epei filia: quanq̄ & Horminam siue Hyrminam quoq; dici cōprobant non urbem modo ut prius: sed promontorium Cyllenæ proximum.

Ex eodem. v.

Araxum Promontorium auraxus). Strabo promōtorium arroxum: & aliubi araxum. Plinius quoq; pmontoriū hoc ubi de insulis sermo est araxum inquit peloponnesi promontoriū. atq; ita sane lectio recta fuerit: nam & ptolomæi & pausaniæ confirmat auctoritas. addimus & ponponii.

Ex eodem. v.

Scyllæ Sinus). Legendum Cyllene sinus: non Scyllæ. Strabo μετα κυλληνην ακρωτηριον εστι χελωνατασ: id est post Cyllenem promōtoriū est Chelonatas plinius quoq; statim inde Cyllenem ī-
Scyillus Scyllæum quit & reliqua. Sed & uetusti codices Cyllene sinus. habetur quidem & Scyllus Scyluntos oppidum Achaiæ. Strabōi & pausaniæ: quo Xenophon orator exul a Lacedæmōiis donatus est. Sed in Triphylia prope delubrū iouis olympii. Est & Scyllæum in peloponnenso promontorium: ut Plinius Strabo Ptolomæusq;: sed sinu argolico iuxta Hermionem: ut ait Eustathius: quo Scylla Nisi filia fluctibus eiecta creditur

Locus Ci. Ex eodem. v.

Philiū). Lego phlius ex Strabōe & infra plinio. quanq̄ est ubi & philius philiuntis apud ueteres scribat. errore potius q̄ industria crediderim: Nam & apud Ciceronem in Tusculanis quinta quæstione

phyliunta pro phliunta & phyliasios pro phliasios inuenias. Fuit aũt quãdo. phliuntios non phliasios
idem Cicero uocauerit. In Epistolis ad Atticum hoc est Aristarchum suum Me inquit analogia dece
perat φλιουσ οπουσ σιπουσ οπουρτιουσ σι πουρτιουσ. Sed hoc continuo inqt correximus. In
Apuleii defensione idem error: Vinum inquit Thasium: olus philiasium. scribe phliasium. Locus Apulei

Ex eodem v.

Arethusa dicta). Codices uetusti Arathere habent nõ Arethuse. Proinde legẽdum est Aræthyrea.
Homerus αραιθυρενη ερατεινην. Strabo: Regionem inquit phliuntis Aræthyreã poeta nominauit:

Ex eodem. v.

Epie). Lego Epeæ Strabo & Homerus ab Epeo Endymionis filio Paeone fratre cursu uicto: cõue
nerat enim ut qui superatus esset imperium uictori cederet: ille in Macedoniam discessit: a quo Paeo
nia dicta Regio auctor Pausanias. Et infra. Et apilo). Distinguendũ est Et a pylo: ut sciamus præter
hanc quæ Nestoris fuit duas alias Pylos mõstrari: unde carmen Ludricum εστι πυλοσ προ πυλοιο
πυλοσ γεμεν εστι και αλλοσ. Nestoris pylus cognomĩari solet multipliciter Lepreaticus Heliacus Pylus
Locus Pomponii

Acrothoi

Ex eodem.x.

Acraton).ſcribendū Acrathon:ſiue plurali numero Acrothoi:quo uerbo ipſius Atho mōtis ſūma pars oſtendit̃.Herodotus Acrothoon.Pomponius Acroaton.& infra. Thyrſus oleon).uetus lectio Thyſſus Cleōe:idqꝫ probandū eſt ex thucydide:nā Herodotus urbes ait quas pſarū rex cōtinēti molitus eſt abſcindere:uocabant̃ Dion Holophyxus Acrothoon thyſſus Cleone.Pōponius Inter Athō inquit & Pallenē Cleona & Olynthus.& infra. Fauceſqꝫ alatere iſthmi).uetus lectio ut puto melius Fauceſqꝫ alteræ lſthmi

Ex eodem.x.

Gyraſitonia).ſcribendum.Graſtonia ex Thucydide li.ii.a cōditore Greſto ut ait Stephanus.pōt uero & Greſtonia & Graſtonia & itē Creſtonia uocari.ut Lycophron qui Thraciā ab hoc oppido Creſtonem appellauit.ltem. Amphibolis).Scribendū eſt Amphipolis:ex Thucydide Ptolomæo cæteris.de qua li.x·in mentione Accipitrum.

Graſtonia

Ex capite.xi·

Denſelethe).Plinius ſupra in Epiro Dēſelatas:itēqꝫ iulius ſolinus uocauit.Ptolomæus Detheletas. & infra paulo. Digerri).ſtephanus p ſimples.r.hoc eſt διγιροι.& infra Beſſorū).Herodotus & ſtephanus biſſorum:ſed hoc arbitrariū exiſtimo.

Ex eodem.xi.

Ad neſtū amnem pangei mōtis ima ambientem) uetus lectio Ad Neſtū amnē pangei Orpeiæ mōtis ima ambientem Legendū arbitror Orbeliæ nō Orpeiæ.Ptolomæus id fere demōſtrat.Regionē Orbeliam ab Orbelo mōte dictam ſuperius oſtendi.Neſtus aūt fluuius a Ptolomæo Ammiāoqꝫ neſſus appellat̃.Thucydides tamē & ſtrabo & Mela Pomponius & Plinius ubiqꝫ Neſtū. Appollodorus quoqꝫ Neſton urbē & Neſtida regionem ab hoc amne cognominatam ſcribit:confirmat & Herodotus.Eſt quidē & Neſſos oppidum in Thracia:ſed a Cōſtātino principe cōditū ibi nato ait ſtephanus.

Neſtus

Neſſos

Ex eodem.xi·

Briſas.ltē·Sapheos itē·Adomantes).Scribendū Bryſas ſiue Bryſos a Bruſo Aemathii filio.Stephanus:unde partē Macedōiæ bryſida nominēt·ſiue ut Dionyſius poeta bræſas.Stephāus & brycas.Euſtathius brygas eoſdē cum thracibus fuiſſe tradit.Hecatæus & Dryſas ī Thracia cōmemorat:& urbē eorū Dryn.ltē Sapæos nō Saphæos dicimus Herodoto auctor̃:unde ſapaica præfectura Ptolomæo. Eoſdē Strabo ſintos & ſinties & ſaios & ſipios uocari uult.Adomātes quoqꝫ minus recte ſed Odomātes appellant̃ Herodoto Thucydidi Ptolomæo cæteris.

Sapaica Prefectura

Ex eodem .xi.

Ceniſtis).Vetus lectio Cænicis.Ptolomæus quoqꝫ Cænicos & Cænicā pfecturam·ſolinus Cæniēſes Appollodorus Cænos.ltē· Biſaltis) .uetuſti codices Hypſaltis.ſunt enim hypſaltæ in tracia:quos Stephanus hypſalitas uocauit:nam de Biſaltis in Macedonia dictū eſt a Plinio·Libera inquit gens biſaltæ a fluuio biſaltæ:ſiue a biſalto ſolis & terræ filio:ubi lepores duplici iocinere ut Theopōpus ait. habetur & biſantha urbs:de qua poſt.

Hypſaltæ

Byſaltæ

Ex eodem.xi.

Syalete)·Ptolomæus ſelletæ:a quibus ſelletica præfectura.ltem. Priante).Herodotus briāte:a quibus regio briantica olim dicta inquit Gallaica·ltem. Dobange) .uetus lectio Dolange· ſcribendum arbitror Doloncæ uel dolonci ex Dionyſio Stephano ſolinoqꝫ:a Dolonco bithyni fratre Thracūqꝫ rege.

Ex eodem.xi.

Thynice lalete).Quid ſi legas thyni Celete.primum ex ſolino:ſecundū ex Ptolomæo unde Celetica præfectura:Fuerunt & thunate uicini Mædis populi.& locus thynias in thracia Straboni:quē:& thynon & thynida uocari poſſe Stephanus demonſtrat.

Doloncæ

Thynias

Ex eodem.xi.

Pencropolis).Scribēdum Poneropolis ex Stephano Ptolomæo cæteris.Hanc & Philippopolin & mox trimontium uocatam ſcribit Plinius.nūc & Adrianopolis ſi Ptolomæo credimus·Strabo Calybēn uocat:in quā flagitioſiſſimū quenq; philippus Macedoniæ rex conſtituit:in aſtica regione Thraciæ ſupra Byzantium.Diuerſam ab hac Ammianus Hadrianopolin dicit urbem Hemimōtanā quæ uſtudama inquit ante hac appellaretur.Aliam ut Antonino placet a philippopoli:quæ cētū &.xxiiii. milia paſſuum ab ipſa diſtet.hodieq; in Thracia diuerſæ urbes ſunt Hadriāopolis & philippopolis.

Hadrianopolis

Ex eodem xi.

Sithone

Scitoniæ quæ orphei uatis genitores).Lego Sithoniiq; Orphei uatis genitores:a Sithone quā ueteres partē fecere Thraciæ Solinus:itemq; Marcianus·Dein pontū inquit Sithonia gens habet:quæ gloriam Orphei progeniti uatis perfectione ſortita eſt itē. Cuius in ora aſtrumone).Legēdum eſt A Strymone.Ptolomæus:poſt Strymonis inquit fauces Oeſyma urbs eſt.

Ex eodem ·xi·

Ceſimna).Scribendum eſt ut mox notauimus Oeſyma:ptolomæus & Thucydides Thaſſiorū colonia:quæ nunc dicatur ut ait Stephanus Aemathia Homero tamen inquit per·æ.nō per.œ· τορρεξ αισυμηθερ οπυοπερη τεκεμητηρ. Per hæc loca ut inquit Athenæus Biblinam prius fuiſſe tradūt: a qua uinum eidem poetæ celeberrimū:quod & Iſmariū uocant:quanq; & alia origo nominis tradit ut in Corrolario noſtro diximus.

Iſmarium Vinum

Ex eodem·xi.

Neapolis batos).Vetuſti codices Patos. Ptolomæus Paſtos a quo præfectura Paſtica.Stephanus Paſſon·Ipſe Datos potius ex.Herodoto:itē Euſtathio qui ait Thaſiorū celebrē coloniā Daton fuiſſe circa Strymonē:adeo ut in prouerbium quoq; illorū opes uenerint λατοσ αγαθωμ quaſi αγαθωμ αγαθιλεσ. qđ item prouerbii loco eſt apud græcos:ut uerbum αγαθιλεσ loci nomen ſit:alioqui frigeret ut idem Euſtathius exiſtimat:apud quem eodem uſu & Thaſos αγαθωμ fuiſſe legitur.

Prouerbium

Ex eodem ·xi·

Dipyros neſti amnis hoſtiū).Ptolomæus & codices uetuſti Topiris. Ait.n.iuxta Neſtū flumē Neapolis & Topiris.& infra. Tyrida).Codices antiqui tinda.Stephanus Tinda inqt in Thratia Chalcidenſium colonia·Solinus tamen tyrida Scio & tyredizā fuiſſe urbē Serrio monti proximā:ab Hellanico tyrorizā uocatam:ab Herodoto tyrodizā Perinthiorum ora·Sed lego tinda:quam uidet Herodotus intellexiſſe cum ſcriberet li.vii.Biſtoniū ſtagnum Dicææ proximū exiſtere.Hunc ipſum locum ſignificat.xxv·libro Plinius:Circa Abderam & limitem qui Diomedis inquit uocatur equi paſti inflammantur rabiæ·Marcianus Capella:Mox inquit regio Maronea & Tinda oppidum in quo equi Diomediaci ſtabulati·

Tinda

Ex eodem.xi·

Serrium

Mons ſerium & zonetum locus doriſcus).Lego Mons Serrium & Zone:Tum locus Doriſcus ex Herodoto Heccatæo & Mela pomponio:etiam ſi mendoſe in eo Seriphium pro Serrio ſit aſcriptū Infra quoq;. Enos & macronticos).Scribenda ſunt.Aenos & Machrontichos: id eſt longus murus.Aenon uero prius a conditore Poltyobriam uocabant:itemq; Abſynthum.nunc Aenos ab æno amne qui ſecus Oſſam montem labitur:ſiue ab æno Gynei fratre.Strabo appollodorus cæteri·nam de zona urbe Thraciæ Nicander in Theriacis & appollonius in argonautico. Item. Portus tentoris oppidum ænos).Lego ſtentoris.Herodotus li.vii.de Xerxe: Oppidum inquit ænon & lacum ſtētoridem prætereunt.

Locus Pomponii Aenos

Ex eodem.xi·

Oppida cypſelabis ante macrontichos).Lege oppida Cypſella Biſanthe Macrontichos ex Mela Pomponio·ad uerbum de Cypſella Strabo Ptolomæus cæteri.de Biſanthe Samiorum colonia Ptolomæus idem atq; Stephanus Phædimi elegiarum celebris poetæ patria· & infra Macrontichos dictum·qui a propontide ad maleam ſinum).Lego·Macrontichos dictum quia a propontide ad Melana ſinum &c.ut ſit ſenſus:Macrontichos nomē hoc accepiſſe longi muri:quia Cherrōneſum Thracicam excludat a Propontide ad ſinum qui Melas ab amne dicitur·De hoc ſinu cum alii omnes:tum Plinius & ſupra & infra quoq; meminit hoc capite.

Phædimi pria.
Melas

Ex eodem·xi·

Iſtropolin mileſiorum tomos).Scribendum ita ut uerbum Mileſiorum ad iſtropolin:non ad Tomos referas·Strabo:Iſtros īquit urbs Mileſiorum opus:poſt quam Tomis.ita·n. uocat ipſe·alii τομευσ id eſt Tomeus:ut theſeus orpheus ſimilia·Ouidius Tomos ſingulari numero:īde Tomos dictus locus eſt:quia fertur in illo membra ſoror fratris.conſecuiſſe ſui.Iſtropolis ab arriano iſtria quoq; dicitur Ouidius primo de Triſtibus:A quibus aduenia t miletida ſoſpes ad urbem Offenſi quo me contulit ira dei.Mileſiorum·n·colonias eo ſitu plures fuiſſe cōſtat:Iſtropolin.Crunos·appolloniā.Odeſſon.ut Megarenſium Meſembriam & Naulochon·idem poeta fortaſſe de Caliti:nam de meſembria poſt·Et quos alcathoæ memorant a mœnibus ortos Sedibus iis profugos conſtituiſſe lares·Nam & Bulbus megaricus ab eodem auctore ſignificatur:cūm dixit: Candidus alcathoæ qui mittit urbe pelaſga.De alcathoæ Pauſanias.

Tomos
Iſtropolis
Alcathoæ

Ex eodem .xi·

Scalatim).Lego Calatin.ex Strabone Ptolomæo mela.unde Hiſter poeta:q de Tragœdia īſignē librum condidit.quaſi Calathis a Calatho ibi ut ait Stephanus inuento quali uirgines theſmophoroe.

Hiſter Poeta

utuntur. Fuit & in Ponto Calathusa: ut ait Stephanus: nec locum reddit. fuit & ad Herculis columnas Calathe dicta Hecatæo: quam Ephorus Calathusas uocauit. nam Calytis in Syria est Herodoto.

Calytis

Ex eodem. xi.

Dionysiopolin crunon antedictā). Strabo crulios: sed corruptæ. Scribendū. n. Crunos multitudinis uocabulo a falientibus aquæ dictā: qui græce Cruni appellantur: auctore Stephanus. mela portus Crunos. Ita hic opē nō tam Plinio q̄ Straboni tulimus. Ouidius primo de Tristibus: Inde mesembria eos portus & Opeson & arces Prætereat dictas nomine bacche tuo. Vt castigandū tamē sit. Opeson quoniā Odessos ibi nō. Opesos fuit auctore Plinio Ptolomæo Herodoto cæteris. Paulo quoq; supra uersus alter: Inde leui uento serintha littora nacta Threiciā tetigit fessa carina samon. Scribendū est Perinthia a perintho urbe: cuius nemo non meminit.

Cruni

Odessos

Loca ouī.

Ex eodem. xi.

Brocobe eumeneda). Vetus lectio Rocobe & Eumenia. Stephanus Rhocolen ī Thracia uocari locum in quo Pygmæi quondā fuisse memoranť. Eumeniā uero ab Eumene rege dictam, autumo quēadmodum eodē tractu a Lysimacho Lysimachiā. Fuerūt aūt Eumenes & Lysimachus Alexādri magni successores. Lysimachia porro Cardia uocabať ante ut inqt Stephanus: sed Ptolomæo & Plinio Cardia siue cardiopolis diuersa est a Lysimachia. & īfra Pigmeorum quos catizos uocāt). Solinus & Stephanus Cattuzos & urbem Cattuzam.

Eumenia

Lysimachia

Ex eodem. xi.

Oppidum tertanarum locus). Scribe Oppidum Terta Naulochus. De Terta Ptolomæus: de Naulocho uetusti fere codices atq; strabo: Naulochus inquit Mesembrianorum fuit oppidulum. illud meminerint hæc noscentes ab eodem strabone inter Calatin & Apoloniam Cetirizin arcem quondā Lysimachi in promontorio cognomine uocari: quæ Tiristris a Ptolomæo: non Cetirizis dicatur: ut in alterutro sit erratū & infra. Anchileum). Scribo Anchilum: ex Ammiāo Ptolomæo & Mela Pōponio: item strabone qui Anchialem pronunciat. Ouidius de Tristibus Vecta sub Anchiali mœnia findat iter. fuit & in Cilicia hoc nomine Item. Flumina panisa zira). Forte legas Panisus & ziras ex Plinio superius: unde ziria ut puto ciuitas dicatur. Item paulo infra. Tinnias). Scribo Thynnias ex Strabone Ptolomæoq; ut prædiximus. hic & Panysum flumen nominat.

Naulochus

De Ceterize

Erratum

Dubium

Ex eodem. xi.

Amnis stearus). Scribendum est Tearus ex quarto Herodoti: Ad eum amnem columnam Darius Persarum rex fluuio delectatus erexit. & infra. Halmydessos). Stephanus & ante ipsum Strabo Salmydessos. & infra paulo. Deuelcon). Ptolomæus Deuelton: Deueltus inquit colonia. Et Plinius statim post: Quod nunc inquit Deultum uocant. & infra. Vteranorum. Lego Veteranorum. & infra. Phynopolis). Strabo Phthinopotis: sed Ptolomæus & Mela phinopolis. adiicit rationē uocabuli Stephanus: quia phineus inquit eam condiderit. De hac & quinti libri fine dicturi sumus.

Deueltus

Phinopolis

Ex eodem. xi.

Ab eo ceron est. cxxvi. milia Scribēdum ab eo Cherronesus. cxxvi. milia. Regreditur. n. hic ab hostio Danubii sacro Plinius metiendo ea quæ superius exposuerat: qđ & Strabo facit. & infra: Sinus castenes portus senum & alter qui mulierum. Stephanus Leosthenes nō: Castenes mulierum inquit portus est περι την λεγο μενην φεδαλιαν το μεταξυ του αματπλου και του λεοσθενειου. dictum uero ita portum eum tradit: quoniam phedalia Byzantis uxor Strœbum uiri sui fratrem absentibus oppidanis insidiantem urbi collecta fœminarum manu ad eum usq; locum psecuta fuderit. & infra.

Leostenes

Byzantis

Amnes bithinias pidaras siue tidas). Vetus lectio Atidas: non Tidas: Proinde lego bithynias & Atyras Ptolomæus bathynniæ inquit amnis hostia atiræ amnis hostia oppidum selymbria & Perinthus. quem ordinē hoc loco seruat & Plinius.

Ex eodem. xi.

Selimbria & paulopost Bizia & pactie). Scribendum selymbria & Bizya & pactye: Strabo. Ptolomæus cæteri. Quod aūt hic de hirundinum intellectu dicitur confirmat & Solinus: nequis ut uisum est nonnullis: Plinium existimet: aut temere id scripsisse aut haliucinatum fuisse: quam nos calumniā alibi quoq; astipulatu Pausaniæ retudimus.

Error

Aliquorum

Ex eodem. xi.

Regio celica). Codices uetusti Cænica: Ptolomæus Appollodorus solinus id quod & huius capitis initio demonstratum est. & infra. Oppidum ganos). Stephanus in thracia Gonenses fuisse tradit: quos aliqui ea quondam loca tenuisse putant: ubi nunc in mediterraneo Adrianopolis est condita: Nam Gonni siue Gunni quorum urbs Gonnos: Peræborum gens fuit: Item Gonusa.

Gonni

Ex eodem. xi.

Alius nāq; ibi isthmos. angustias similes eodem noīe & pari latitudīe illustrant duæ urbes utrinq; littora haud dissimili modo tenuere pactiæ a ꝓpontide cardia a melane sinu). Cōfusa lectio: Propterea scribendū puto: Alius nāq; ibi isthmos angustia simili est. eodem noīe & pari latitudine: illustrant duæ urbes utriq; littora quæ haud dissimili modo tenuere & reliqua. Solinus: alter Isthmos ī Thracia est similibus angustiis & pari latitudine arcti maris cuius littora urbes utrinq; secus ostentant Propō

Isthmos

tidis oram insignit pactye·melana sinum cardia. Quod aũt sequitur: Hæc ex facie loci nomĩe accepto
utræq; comprehẽsæ hunc sensum habet: Cardiam a cordis similitudine uocatã: sed & Pactyas & Car
Cardia — diam nedum uicinas etiam cõprehensas atq; iunctas esse auctor Herodotus. Miltiades inquit Isthmũ
hunc a Cardia urbe ad Pactyã muro sepsit. Solinus: Cardia inquit ꝙ in Cordis facie sita sit dicitur. Ste
phanus alteram celebrat originẽ: ꝙ Hermo chare diuina faciente cor uictimæ raptũ a coruo in Thra
ciæ partem illam delatum fuerit. Quod porro dicitur aliũ ibi esse Isthmum & similes angustias & ide
loco nomen: referendũ est ad Isthmum alterum quo Græciæ Peloponnesus exili ceruice nectit̃. In ho
Hexamilion — diernũ quoq; diem uterq; Isthmus Hexamil ion Castrensi uoce appellat̃: etiã si Quinq; miliũ uocar
Diulcos — esset rectius: ꝙ ea latitudo stadiis fere. xl. pateat Diulcos a Strabone dicta: quoniã plaustris naues trã
uehi solerent tam compendii faciendi q̃ periculi uitandi gratia. Ex eodem. xi.

Post hæc elysimachia quinq; milia passuum a longis muris). Videtur ex antiquis exẽplaribus legẽ
dum Postea Lysimachia quinq; milia passuum a longis muris: non ꝙ altera sit a Lysimachia prius di
cta sed ut repetione fiat illustrius: quemadmodum urbes illæ ad Isthmum positæ Lysimachiam: & re
liquam littoralem oram respiciant. Ex eodem. xi.

Critoten scissam flumini ego appositam). Vetus lectio Chrithoten Sycam flumini ægo appositã.
Crithote — Crithote inquit Strabo in Thraciæ Cherroneso posita. Stephanus. Chrithote inquit in Hellesponto
decem milibus passuum a Cardia Cherronesi distat Ptolomæus Chriteam eo situ nominat. Fuit &
Syca — Acarnaniæ promontorium Critote. De Syca strabo quidem: sed in Propontide haberi tradit: quã
alii sycas plurali numero pronuntiant Byzantio parum distantem in directo eius fere: quã & iusti
nianas appellari modo putant. Fuit & alibi & in sicilia urbs syca Thucydidi. Flumen uero Aegon Põ
ponius & alii naufragio classis Atticæ nobilitatum scribunt: quanq̃ rectius forte sit Aegos casu geni
tiuo legere. Plinius secundo libro. c. lx. Idq; inquit factum interdiu in Thraciæ parte ad Aegos flumen
cuius loci accolæ ut ait Stephanus Aegopotamitæ nominantur. Noto locum ut facile sit studiosis in
uenire: Syca sit uocanda nec ne: quam huic amni appositam esse Plinius uult. Diodorus id aut Thucy
dides ut autumo docuerit. Sunt codices in quibus Cissia. non Syca.

Ex eodem. xi.

Nunc habet a colonia a propontide). Lego A Colonia Apro non a Propontide. in quo & exem
plaria sequimur antiqua. De Apro Colonia superius: quam plurali numero Ptolomæus & Antoni
nus uocãt Apros. Quod aũt sequitur. Seston & ex aduerso coloniæ pharianæ). Nulla uetus lectio
est in qua scriptum sit Seston: sed Resiston habet omn is. Erit ergo uerborum textus ab initio talis.
Resiston — Nunc habet a Colonia Apro. xxxii. M. P. Resiston ex aduerso Coloniæ Parianæ: hoc est ipsius Parii
quod in Asia est. nam Sestos Abydum respicit non Parium: ut paulopost dicet ipse. De pario Colo
nia Ptolomæus Mela Strabo Plinius multis locis a Pario nomen iasonis filio Antoninus quoq; iter
Apros & Heracleam poni tradit Resiston urbem ab Apris inquit Resistõ. xxxii. M. P. A. Resisto He
racleam. xv. quod ĩtelligit de Sesto urbe nullo modo potest: quippe quam nec inter Apros & Hera
cleam sit locata: nec extra Cherronensum in propontide ut tria illa: sed in ipso plane ut cõstat Helles
ponto. Ex eodem. xi.

Mastusia aduersum sigeaco). Scribẽdum Sigæo: cum ex cæteris: tum strabone ac Plinio. Fuit hoc
& oppido & promontorio in Troade uocabulum. Item. Statio ancherorum). Scribe Achæorum
nec hoc quoq; dubitari potest ex eodem Strabone. Item. Fronte quæ uocatur eleum oppidum ele
us). Scribendum arbitror. Fronte quæ uocatur Aeolium & oppidum Elæus Elæuntis. De primo ue
tusti codices & Theopompus in Cherroneso urbem quoq; ita nominans Atheniensium & Chalci
densium coloniam. De secundo Herodotus Ptolomæus & Strabo: qui tamen Elæussam uocauit.

Ex eodem. xi.

Montes thraciæ edomus. Item mellampillus). Antiqua lectio Edonus: a quo Edoni quoq; populi
Edonis — & Edonis ibi regio. Crediderim & Melamphyllon scribendum: quandoquidem & insula Samothra
Melãphyllis — ce Melamphyllis & Samos ipsa Melamphyllos appellabantur: Strabo auctor & Plinius.

Ex eodem. xi

Scopulus inter tenum & chium: uerius q̃ insula ex eo nomine a specie capræ qui ita a græcis appel
latur). Legendum non ex eo nomine: sed æx nomine. i. capra. notius hoc q̃ ut patronum desideret.
Aegeũ mare — Strabo Aegeum mare ab Aegis in Achaia: siue quod magis probat ab Aegis in Eubœa dictum puta
uit. Solinus iter Tenedum & Chium inquit est Claros insula qua Aegæus sinus panditur. ab dextra
Antandrum saxum est: hoc. n. uerius q̃ insula cognominari meruit: id quoniam uiscentibus procul ca
præ simile creditur: quam græci Aega nuncupant: Aegæus inquit ab eo sinus est appellatus. M. Va
ro. Aegeum inquit dictum ab insulis: ꝙ in eo mari scopuli in pelago uocantur a similitudine caprarũ
Aeges — Aeges. Pacuuius: Aeges ferme aderant æquore in alto ratibus repentibus. Idem & Marcianus Capel
la. Item. Aegæi pars myroo datus). Lego ægæi pars Myrtoo datur. Ex capite. xii.

Maltaçe pthichia sibora). Scribendũ est. Malthace Ptychia Sybota: ex Ptolomæo Strabone cæte

ris Ptychiæ porro nomen promontorium Corcyræ aduersum dedisse crediderim:quemadmodum
& phalacro.& infra. Thaphie) .Scribendum est Taphiæ siue taphii.Strabo αι δε των ταφιων νη- Ptychiæ
σοι προτερον δε τηλεβοων ων ην και η ταφος νυν δε ταφιας λεγομενη. de Ptychia & sybota por
tu & insula Thucydides.
Ex eodem .xii.

Saphiasis).Lego Taphias ex Strabone:cuius uerba statim ante posui. Stephanus ταφος πολις
κεφαληνιας νυν δε ταφιουσσα.εστι και νησος απο.λ.σταδιων ταφιας καλουμενη και ετερα τα-
φιοι. De taphiussa uero Plinius & lapide in ea:sexto & trigesimo uolumine. Ex eodem .xii.
Arnoxie)·Scribendum arbitror Oxiæ:quas Homerus Thoas uocauit Echinadibus propinquas
adeo ut inter eas a Strabone collocentur.Sunt aūt per Metalepsim a Poeta dictæ:ut locum in Fabii
Quintiliani Tropis obiter explicemus:Plutarcho auctore.Antoninus quoq;:a Naupacto inquit ad
Oxeas prouinciæ Epiri ueteris stadia·cccc.ab Oxeis Nicopolin eiusdem ꝓuinciæ .dcc.Idem auctor Locus
insulæ ĩquit sunt Propaxos & paxos & Oxiæ.Inferius. Crocilea).Thucydides per.y.& Homerus Quintiliani
οι δε κροκυλειαν ενεμοντο και αιγιλιπα τρηχειαν.
Ex eodem.xii.

Ante pylum spageta).Legendum sphagia.Srabo πλησιον του πυλου σφαγια. Hanc & spha-
cteriam uocabant:de qua thucydides li.iiii.quanq̃ & Pylus ipsa neutro genere sphacteria dicebatur.q;
ibi Heraclidæ iugulati crederentur.in ea trecenti Lacones ab atheniensibus capti sunt Cleone duce: Pylus
quem uetus comœdia præsertimq; Aristophanes incessuit.& ĩfra. Totidem ante messenem).Ve Sphacteria
tus lectio:Totidem in latere septentrionali dextra in Messenem.
Ex eodem .xii.

Oenusta in asinæo sinu).Legendum uidetur Oenussa Nam & altera hoc nomine propinqua tra-
ditur Chio.plurali quoq; numero Oenussæ ab Hecatæo dicta. Meminit & Pomponius:& Plinius in
Asia.Item. Threstirides).scribendum fortasse tres Thyrides:a locis quos incontinenti Strabo iux
ta Tænarum appellauit Thyridas.Iunctum inquit est Methone promontorium acritas initium Mes
seniaci sinus:qui & asinæus dicitur:ad huius sinus orientale inquit latus sunt quæ Thyrides appellan-
tur:uicinæ regioni quæ nunc Laconica uocatur ad Cinædum & Tænarum·Idem& Pausaniæ uidetur Thyrides
Thyrea quoq; Peloponnesi nominat̃ insula Herodoto libro tertio.& infra. Teganisa) .scribendū
est Theganusa:Pomponius atq; Ptolomæus.& inferius. Pythiusa.& infra.Hermonium agrum &
Troesenum).Scribe Pityusa & hermoniū agrum & Trœzenium ex Mela Strabone Ptolomæo Pau
sania.Illud notauero:theganussam quæ ab aliis in Asinæo sinu contra promontorium Acritam po-
tius locata sit:a Plinio constitutam in Laconico. Ex eodem.xii.
Epiropia.Pausanias Apiropia.Item. Contra trœzenum.caulauria).Legendum est:Contra trœ-
zenium Calauria.Pomponius:Littori proxima Trœzenio Calauria.Idem ex Strabone Ptolomæo
pausania Plutarcho.In ea Demosthenes ueneno se redemit ab Archiæ manibus:nam regio Italiæ Ca
labria per.b.non per.u.scribitur.Idq; distinctionis gratia ut notat Eustathius.Hanc insulam Neptu- Calabria
nus possedit pro Delo:commutatione facta cum Latona:sicut Tænarum pro Pythone:ut in prouer
bium res abierit:uel permutationis uel actionis eius quæ præscriptis uerbis fit:do ut des ισον τοι δη Prouerbium
λον τε καλαυριαν τε νεμεσθαι πυθω δη γαθεην και ταιναρον ηνεμοεσσαν. Vt uersus in Metāor-
phosi de Medea:inde calareæ latoidos astat in arua:de hac insula possit ĩtelligi:nec Calaræ sed Ca Locus oui
laureæ scribendum sit:etiam si Calaros id est καληρος uocata quondam est Alopeconnesus:a Rege
ut inquit Stephanus Calero. Ex eodem.xii.
Bellina). Scribendum est Belbina ex Herodoto Artemidoro Strabone cæteris.Insula hæc Aegi-
næ proxima.fuit & incontinenti Laconiæ agro Belbina Pausaniæ ac Straboni.
Ex eodem. xii.

Cethiphalos).scribendum arbitror cecryphalos.thucydides ad cecryphaleam uictos ab atheniē
sibus Lacedæmonios tradit.Stephanus:cecryphalea inquit promontorium est:uel ut alii scribunt ĩ
Pelopōneso ĩsula ubi athenienses ab Aeginetis prælio supati sunt. Ex eodem·xii. Cecryphalea
Ante ænone uocitata).Legendum est Oenone per.œ.Herodotus Pausanias & Parthenius:ut in
uersu Ouidii sexto Metamorphoseos:Oenopima ueteres appellauere sed ipse Aeacus æginam geni
tricis noīe dixit.Non tam Oenopiā q̃ Oenonē legēdū putē.& infra. Spireo) .Ptolomæus spiræū œnone
in farronico sinu promontorium appellat per.æ. diphthongum. Item. Selacosa) . Forte selachusa Locus oui
απο των σελαχων. ita enim cattilagineos pisces uocauit Aristoteles primus auctore Plinio.
Ex eodem xii·

Saspis).scribēdū reor aspis.ita noīat̃ insula ꝓpe cycladas.sunt & aliæ plusculæ ut inq̃t Stephanus
hoc noīe ĩ lycia & caria ĩter Lebedū & teon arconesos aliquādo dicta.Itē. Egila q̃ndeci.M.p.a.cytha
ra).scribēdū ē Aegyla & cythera Ptolo.& Eusta.ex poeta Diony. αιγυλα ηδε κυθηρα καλαυρια τε
τρηχεια. dicit̃ āt & Aegialia Stephāo:& si recte meminimus Hero·si mō hæc nō alia ē.alterā aūt etiā Aegyla

Cythera

Cythera plurali numero.& Cytheræam Solinus a Cythero Phœnicis filio: Porphyrussam Aristoteles a præstantia purpurarum:sed Porphyrida Plinius. Ex eodem.xii.

Crates

Moletes crates).Strabo Malotes Crates κρατησ λεομαλωτησ. de quo in indice.Nam & grammaticus siue hic siue alter Crates uocatur.de quo & Plinius & Varro mentioné habent.& infra. Palaserne).Plinius supra Ptolomæus & Strabo Phalasarne:Item Stephanus a mulieris nomine.

Ex eodem .xii.

Elæa

Amphipalia Locus Str.

Clea cysamum.pergamon.cidon).Vetusti codices Elæa Cisamum Pergamum Cydon. De Cisamo & cydone Strabo Ptolomæus cæteri.Elæam & pergamũ ea ratio confirmat:ꝙ pgamo in Aeolide uicinam inuenias Elæam fuisse Cydonidé prius uocatam ut ait Stephanus:unde in Cretá aut contra uerisimile est migrasse Colonias.Item. Amphimala). Strabo amphipalia:sed corrupte.Scribédum ergo amphimalla Ptolomæus:ut Stephanus amphimalion. Ex eodem .xii.

Rithimna.& infra.Hierapicna & libena).Scribendum Rhithymna & Hierapytna & Leben: ut faciat Libenis.Potest & Lebena:Ptolomæus Strabo cæteri.Hierapytná uero Stephanus aliquando Cyrbam deinde Pytnam & Camiron uocatam putat.hoc uerbum & paulo infra castigandum est. Item. Polirenum ephestion rhition).Scribo Polyrhenium Phæstum Rhytion:ex Strabone Ptolo-

Polyrhenum Rhytion uas

mæo cæteris.Polyrhenum etiá Polyrhen quádoqꝫ dicitur:idqꝫ a pecorum abundátia:qđ græci ρηνεα appellant Rhytion etiá Rhyton:ut Homerus illo uersu φαιϛοντε ρυτιοντε παλειστ ευναιετάωσας & uasis nomen Rhytion:lunari specie.Athenæus auctor de quo Martialis:In rhytio poteras phœbe lauare pedes. Ex eodem.xii.

Phare

Asiũ).Stephano uocatur Asus Iouis Asii delubro clara.item. Sphere).scribo Pharæ.In Creta inquit Philo sunt Pharæ a Messeniis cõditæ.ité. Olypisos).scribédũ Holopyxos ex Mela Pomponio:siue Holophyxos ex Horodoto:ut in Macedonia testati sumus:uideo.n.multa iisdem noĩbus & hic & illic:ut Dium & Piloros.ita.n.scribendum ex Herodoto:non Pheloros.

Ex eodem.xii.

Clazomenia Butos Locus Ptolomæi

Laspha.& inferius Manathusa & githinos).Legédũ forte Lappa Marathusa Cytinos.De Lappa Ptolomæus.De Marathusa uetusti codices:nam & Clazomenia quædá insula sic dicitur a copia feniculi:Plinio & Thucydidi.De Cytino in Creta strabo:Cytinos inquit a Doriensibus deducta qui Parnasũm incolũt. ité. Ophius sabuto).Vetusti codices Ophiusa Buto ut sit.βουτω sicut λητω. Ná & in Aegypto uiculus hoc nomine:qui & Butos appellabať Herodiano.Et paulo supra. Gaudos): Ptolomæus corrupte Claudos.etenim Pomponius cum Plinio Callimachus quoqꝫ Gaudon uocatá scribit ĩsulá Calypsus Homericæ.& ĩfra. Tres acausagores.& infra.Naulochos). Põponius Tres Musagoros & Naumachos iis uerbis Naumachos chryse Gaudos Zephyre & quas Musagoros nũero tres uno tamen uocabulo appellant.& paulo inferius: Contra eleusina clara salanus). scribe salamis:uetus lectio Pomponius Strabo Ptolomæus pausanias.

Ex eodem.xii.

Dictinæus crocus).scribendũ puto Corycus nõ Crocus ex ptolomæo atqꝫ Stephano.ité Dictæus magis ꝙ Dictynæus quibusdam placet:ex Strabone ptolomæo cæteris.Est quidé in Creta Dictynæũ

Dictynæum

promontorium & delubrum:sed in monte Tityro Cydoniæ Straboni. solinus quoqꝫ nõ Dictæũ sed Dictynæum celebrat.itemqꝫ Marcianus.& infra. Ipsa abest a promontorio suo).scribendum ipsa abest Promontorio suo:quoniam sequitur a Cyrenarum promontorio phycunte.item uerbũ. meleo).scribendum est a Melea.

Ex eodem .xii.

Ceos Cos

Deinde coeos ab ea totidem).Legédum uidetur nõ Cœos per.œ.sed ceos hoc est κιωσ.ná Coos siue Cos alia est insula Rhodo proxima:unde coi nominantur:a. cea uero cei:hoc est κηιοι και κειοι και κειοι. Ptolomæus quoqꝫ ciam & uulgus nauticum.Eam ĩsulam pmarini modo possident gens patricia. Ex eodem.xii.

Duæ cosicæ).Vetus lectio corycæa a promontorio fortasse coryco in creta ut prædiximus.

Ex eodem.xii.

Intercidere ceressa).Legendũ coressa ex uetustis codicibus strabone Ptolomæo stephano dicitur & coressia.item. Phœcessa).Scribendũ est pœeessa ex uetustis codicibus & strabõe:id est ποιησσα insulæ ceæ quartũ oppidum habuit enim præter duo hæc & carthæam:de qua Ouidius:Trásit & antiquæ carthæa mœnia ceæ.& iulida.simonidis Melici & Bacchylidæ poetarum natali celebré.paulo aũt ĩfra uerbũ. Delectation).Scribédũ est delectationi.Qualis auté fuerit cea uestis:Aristoteles Varro:Plinius:solinus:ut parum docte faciát qui coa ueste nõ cea legunt in propertio: cõfundétes cũ

Cæa nestis cũ quosdam:

insula quæ cos uocatur cariæ apposita nobilis Hippocrate alũno.Ná Herasistratus e cea ceus nõ cous fuit:quo quidé loco & stephanus fere hallucinatur. Ex eodem.xii

Portamo nesso).Quid si legas porthmo & Nesio. drimũ strabo his uerbis:ĩ Eubœa inqt Dion & Athenæ sũt Diades cognomĩe αθηναιων κτισμα υπερκειμενον τω επι κηναιον πορθμω. secundũ

Ptolomæus hoc est νησιον quo q̃dẽ noĩe in italia quoq; ĩsulã Cãpano littore cognouimus:retinetq;
adhuc nomẽ inter Pausilypum & puteolos:a Papinio poeta Nesis appellata:Syluaq; quæ fixam pela/ Nesis
go nesida coronat. Et alibi:inde malignum Aera respirat pelago circumflua nesis:item Lucanus Tali
spiramine Nesis. De qua & Plinium sensisse iudico cum de asparagis differens ita loquit᷑: Nam quod
in Neside campaniæ insula sponte nascitur longe optimum existimatur.etiam si non Neside sed He/
side habent exẽplaria. De Dio statim & Plinius:habent & codices uetusti porthmõ. Ceterũ & nesos
dicitur Straboni. Magnetũ inquit sunt insulæ ισοκαλον νησος τε και σκυρος. De Campania quoq;
Neside ut coniector idem Strabo φασι δε εν τη πιταρη της αιολιδος τας πλινθους επιπολα/ Locus Str.
ζειν εν τοις υδασιν καθαπερ και εν τη τυρρηνια νησις πεπονθε. quẽ locum ĩterpretes Strabonis
ignorauerunt. Item. Cerintho oreo dio. Homerus Cerithum. nõ cerinthum uocat κηριθον τεφα/
λον διου ταιπυ πτολιεθρον. Ex eodem.xii.

Edepso echalia). Scribendum Aedepso & Oechalia. Primũ ex Ptolomæo Strabone Athenæo alte
rũ ex Strabone Mela Põponio iteq; stephano. Infra quoq; uerbũ. Elopie. Scribendũ est Hellopiæ:
a populis Epiri:siue ab Hellope Iouis filio:de quo & insula quandoq; tota Hellopia dicebatur. iis aqs Hellopiæ
usus dicit᷑. L. Sulla Cornelius:auctor Strabo. Meminit & Athenæus salubres in iis locis aquas fuisse.
quæ tamen aliquãdo cũ Antigoni regis præfecti parcius præberi dispensariq; iussissent: aruerint. Sci
endũ in uetustis exemplaribus legi Aedepso Oca oechalia. Strabo quoq; montẽ in Euboeea Ocham
tradit:a quo insula quoq; ipsa quãdoq; dicta sit Oche. Verbũ autẽ. Menechinus). Scribẽdũ est Me Oche
nechmus. Item. Mycone). Vetus omnis lectio Myconos:iteq; Strabo Ptolomæus cæteri. In Oui
dio quandoq; Mycone. Ex eodem.xii.

Syphnus ante eropia). Scribendũ est Meropia ex uetustis codicibus & Stephano. Item. Præpe
sinthus citanos). Absq; diphthongo scribit᷑ Straboni Præsinthos:apud quẽ Cythnos ĩsula:nõ citãos
Præpesintho uicina legit᷑. Iteq; Ptolomæum:Dryopis & Ophiussa quandoq; dicta ut ait Stephanus. Cythnos
Ex eodem.xii.

Cynthiam.asteriam.lagiã.cerchĩ.mydiã.cinethum). Stephanus loco uerbi Cerbã Mydiã: scribit
Clamydiã. quod & ꝓbandũ est. Itẽ loco uerbi Lagiã:ipse pelasgiam. Solinus tamẽ Lagiam a uenatiõe
quasi leporariam sicut ab Appollinis cultu Asteriã:siue ut Antoninus ab sorore Latonæ Asteria. itẽ. Lagiam
Pyrpilen). Forte legendũ sit Pyrpolensiue Pyrpolõ κατα τον ελληνισμον. etiam si Pyrpilen So/ Asteriam
linus quoq; pronuntiant. Ex eodem.xii.

Proxima ei rherene). scribendũ est Rhene Ptolomæus. Rheneã Herodotus atq; strabo quattuor Rhene
a Delo stadiis. deserta hæc in quã defunctos inferebant suos Delii:q; ut quarto libro ait Thucydides ĩ
ipsa Delo nec parere nec sepelire fas esset. sicut nec canem alere.

Ex eodem.xii.

Quam primo plateam postea minoida). Stephanus. Quam primo Pactiam postea Minoida uo/
carunt siue Minoam. Dicta est inquit q; zacynthus & Hyria & Hyliessa & Cabarnis & Demetrias.
duo hæc postrema:quoniam Cabarnus Cereri primis indicauisset raptum Proserpinæ. Paulo supra.
Syrus quam circuitu patere uiginti milibus passuum prodidere ueteres). Mutianus centum sexa/
ginta. Miror unde tam immodica diuersitas:fereq; hallucinatos in codice Mutiani librarios addubi Error in co/
to:cum uiginti milia passuum non aliam mensuram agant q̃ centum sexaginta stadiorum. dice Mutiãi

Ex eodem.xii.

Olearus). Scribitur græce Oliarus. ut prima sit producta ex strabone Ptolomæo Heraclide pon/ Oliarus
tio qui scripsit insulas. sidoniorum colonia hæc stadiis decem & octo distans a paro. Ouidius. At non
oliarus didymeq; & senos & andros. in quo uersu non senos sed Tenos legendum arbitror. quam in/
ter cycladas Plinius secundam post Andrum nominat. De hac Aristoteles athenæus strabo cæteri. Locus oui.
Alibi quoq; Ouidius. & iam transieram Myconem iam Tenon & Andron.

Ex eodem.xii.

Ab ea septies quinquaginta naxus). Lectio falsissima. quomodo enim potest a paro Naxus hoc in
teruallo abesse:cum paros a Delo trigintaseptem milibus distet. Ipsa uero Naxus decem & octo mili
bus auctore plinio. proinde uetus lectio minus corrupta:hoc modo: Ab ea inquit septem milibus qn Naxus
gentis Naxus. Dionysiam uocari hanc a uinearum fertilitate scribit Plinius:sed asclepiades:quia solæ Dionysia
mulieres Naxiæ octauo mense pariãt:quoto & liber pater natus credit᷑:siue quia fons in ea uinofluat
quod quidẽ andro uicinæ ab aliis tribuitur:ut secundo iteq; trigesimoprimo libro dictũ est. Verbum
aũt paulo infra: Sparodes):scribe sporades. Ex eodem.xii.

Polegrados). scribo pholegandros a pholegãdro Minois filio auctores strabo Ptolomæus cæteri
aratus sideriã a ferro ꝓpter asperitatẽ:item. Ante uocata doliche & maris & ictisusa). Lego ante
uocata Doliche & Macris Ichthyoessa. q; Macris Eustathius a longitudine:nam & certamẽ longioris Macris
curriculi Dolichos appellabatur. q; autem Ichthyoessa quasi pisculenta. athenæus εκαλει το δε ικα/ Dolichos
ρος ιχθυοεσσα δια το των ιχθυων πληθος. Ichthyoessa

Ex eodem.xii.

Sepulcrum Homeri. Locus Solini & Martiani

Scyros a naxo quatuordecim milia passuum homeri sepulchro ueneranda). Scribendũ est nõ Scyros: sed ios ex Plutarcho & reliquis scriptoribus. In solino itẽ cicatricosa lectio ẽ Chios pro Io: Chios inqt Homeri tumulo cæteras antecellit. In Martiano quoq; par fere uitium: Naxo inquit Homeri sepulchro memoranda. In io aũt sepultus est Homerus oraculo iubente: quoniã mater eius ex io quidẽ foret: ipse uero certa matre incerta esset patria ολβιε και δυσδαιμον εφυσ γαρ επαμφοτεροισι πατρι δα διζηαι μητρισ δε τορου πατρισ εστιν εστιν ιοσ νησοσ μητροσ ματρισ η σε θανοντα δεξεται αλλα νεων παιδων αινιγμα φυλαξαι. uocabat̃ inquit Stephanus & Phœnice. hoc ipsum & Plinius hic affirmat: Vt præterea dubitare nemo possit nisi qui Homero sepulturam quoq; inuideat.

Ios

Strabo ios inquit insula est in qua Homerũ quidam putant conditũ fuisse. Alioquin de Scyro dictum erat superius post Eubœam. aut si menda in eo uerbo sit: certe inferius noĩabitur in Pegaseo collocãda sinu & in Magnesia straboni Ptolomæoq;. sunt enim tres nominibus confines insulæ: Scyrus: syrnus: syrus: e qua Pherecydes: ut errent qui aut scyrium aut syrum. quasi e terra syria scripsere auctor strabo. est aũt producta prima syrus insula Homero συριη κικλησκεται ορτυγιησ καθυπερθε. Producit̃ & in scyro Virgilius: Armiger Automedon una omnis scyria pubes: Ouidius: Ignara tetigi scyria membra manu. sidonius appollinaris quẽ nõ dicã: ut de Cecilio. M. Tullius ad atticum: latinitatis malum auctorem fuisse: sed græcas litteras nescisse: corripuit: Vel scyrias uacuasse colus uel serica fila per cannas torsisse leues. uerum de hoc poeta li.vi.

Scyrus in syllaba

Ex eodem.xii.

Odua). Codices uetusti Odia: quasi a cantu ωδεια. Quid si Dia? strabo: Dia inquit prope Theram est insulam. de Thera quoq; Plinius hoc loco: Protinus ab io ĩquit abest Thera uigintiquinq; milibus passuum. Pomponius Mela: Ios Thera Gyaros. tres aũt antiquidias celebrant Naxũ & ad Miletũ alteram & in Cretico mari tertiã uersus Gnossum. strabo διαν τηρμησον την προσ ηρακλειω τω γνωσσειω. Idem auctor & in arabico sinu Diam collocat. Item. Letandro). Quid si Telandro? ab urbe Cariæ: q; fere continentium terrarũ coloniæ fuerunt insulæ: ut Calydna quoq; ab eiusdem nominis urbe in Caria. sed uaticinium sit hoc: non decretum quando & inter insulas asiæ Telandros.

Dia

Ex eodem.xii.

Vnguenta Telina. Telos

Atelos unguento nobilis agathusa a callimacho). Scribendum est nõ atelos sed telos: cum ex Strabone: tũ uero maxime q; unguenta medicis telina commẽdantur Dioscoridi Plinio Galeno cæteris: etiã si teli constet herba quæ fœnum græcum significat: ceu uel frutici nomen insula: uel ĩsulæ frutex dederit. adde q; Stephanus telos inquit insula est quam iason & Androtion Agathusam appellauere. Littera uero a principio adiecta præcedẽtis insulæ uidetur finis esse quasi nõ. Cynetus). sed Cynethusa legatur.

Ex eodem.xii.

De Corassia corruptio p sciolos

Carusa. lebinthos. Gyrus). Strabo Corassiæ Lebinthus Leros propinqssimas inter se tradẽs. Nec quenq̃ moueat q; infra Plinius de Corassia mentionem fecerit: quãdoquidẽ locus is audacissime corruptus est a sciolis quibusdã & infœliciter doctis: ut monstrabimus. Leros autem etiam Leria uocat̃: Strabo: λεβινθοσ και λερια. deinde paulopost. In Icaro inquit sunt κορασσιαι πατμοσ και λεροσ. Lerios uetus comœdia ut callidos & uersipelles notabat. repetit hanc in asia quoq; Plinius ut uicinã Rhodo.

Ex eodem.xii.

Sycinus quæ antea ænos). Scribendum est Sicynus quæ antea Oenoe Stephanus. De Sicyno autẽ Strabo Mela Ptolomæus. Itẽ. Heratia). non comperi: sed Heracliam mari Carpathio Stephanus.

Ex eodem.xii.

Cosas

Casos quæ astragale). Vetus lectio actrabe: Item Stephanus εκαλει το δε η κασοσ και αμφη και αστραβη: dicta uero inquit Casos a Caso Cleomachi patre. ab hac & Casius mõs in Syria colonis eo deductis. Mentio fit huius & qnto libro.

Ex eodem.xii.

Error in Melanida

Aristides minblida). Lego Byblida ex Stephano a Phœnicum gente Bybliis. hanc græci Ephyriã quandoq; inquit appellauerunt. Quod autem hic dicitur a Callimacho Mimalida nũcupari: Solinus a Poeta illo Melanida uocatam tradit: ut in alterutro sit error.

Ex eodem.xii.

Melos

Acitiam). Scribendum puto Acyton. Stephanus ακυτοσ περι κυδωνιαν τησ κρητησ νησοσ εστι Strabo: Melos inqt ĩsula inter Cretã Peloponnesumq; interuallo æquali sita a Peloponneso pmõtorium Scyllæũ a Creta Dyctinæum habẽs est autem Dictinæum pmontorium in Tytiro Cydoniatarum monte ut supra ostendimus.

Ex eodem.xii.

Amorgion. Locus Str. Simonides Armoginus

Patage. ut alii platage. nunc amorgos). Stephanus non Patagen nec Platagen: sed Pancalen. Item Psychian a Minois filia. Item Carcesian & Amorgion & Morgen. Strabo Eumorgon: sed corrupte: nam Simonidem iambicum poetam Amorginum ex hac insula cognominant: sicut alterum Simonidem cognomento Melicum e Cea insula ut diximus oppido eius Iulidæ. Cæterum in Amorgo tris fuisse urbes scribunt: Arcesinem. Minoam ægialem. Itẽ. Poliegas). scribendum Polyægos ex Ptolomæo & Mela Pomponio.

Ex eodem.xii.

Philetera):Scribendum est distincte:ut sit seorsum Thera.quoniã sequatur cum primum emersit Calliste dicta.Strabo.Hoc ipsum & Herodotus.Cyrene Therensium conditorũ fuit colonia ex insula Laconia quam ueteres inquit Callisten uocabant:hoc ipsum & Herodotus.

Cyrene

Ex eodem.xii.

Postea therasia atq; inter duas enata.Mox automate eadé hiera enata). Vetus lectio:Postea Therasia atq; inter duas enata mox Automate:eadem Hiera.& in nostro æuo Thia iuxta eandem Hierã nata.Confirmat hoc secundo libro Plinius: inter Cycladas inquit Olympiadis.cxxxv.anno quarto. Thera & Therasia íter easdem post annos.cxxx.Hiera eadéq; Automate:& ab ea duobus stadiis post annos.cx.in nostro æuo Marco iunio Syllano & Lucio Balbo conss.ad octauum idus Thia.

Thia

Ex eodem.xii.

Canaphe).Legendũ est Anaphe.Strabo & Stephanus:Iuxta Theram inquit Therasia & Anaphe. Bembliaros hæc uocata quondam a Cadmi comite quærétis Europá: Anaphem uero ab Argonautis:quia tépestate laborátibus & in termestri luna ex insperato cõparuisset.Plinius secundo libro: inter insulas spõte in mari enatas Anaphen quoq; nominat iis uerbis:Enatæ postea minores ultra Melon anaphe.Ammianus:Emerserunt inquit Delos & Hiera & Anaphe & Rhodus.

Anaphe
Bembliaros

Ex eodem.xii.

Ippurus hippurthusa).Pomponius Hippuris.Stephanus Hippuriscõ: ut uerbũ Hippurtusa corrigendum puté Hippurissusa:uel Hippuriscusa ab Hippuri uel pisce uel frutice ut coniicio : quem nos Equiselim uocamus:quéadmodum mari Siculo Phœnicussa & Ericussa:de quibus dictum supra est. item. Atragia).Scribédum est Tragia siue tragea.Stephanus:Vna Cycladum est inquit tragæa ex qua theogiton peripateticus aristoteli familiaris.Est auté mos ueteribus quæ sint Sporades etiá uocare Cycladas:contraq; thucydides:ad tragæá ait insulam ab atheniensibus uictos prælio nauali Samios Pericle duce.

Hippuriscusa
Tragæa

Ex eodem.xii.

Calymna in qua oppidũ co.corressia olymnos).Vetus lectio Colũnia in qua oppidũ Ocos Colũna:sed uterq; codex mendosus:noster magis quandoquidé etiam ĩpudéter adiectum sit Coressia: cuius nulla fit in exemplaribus antiquis uel obscura métio:propterea q; superius sit reddita : ut præfati sumus.idcirco fere suspicor scribédũ esse Calydnam in qua oppida.iii.duæ Calymnæ Plinius sequẽti libro:Calydna inquit cũ tribus oppidis:item Casos inquit & duæ Calymnæ.Homerus οι δαρα νισυρον τειχον νησουσ τε καλυδνασ και κων ευρυπυλοι ο πολινκραπαθον τε κασον τε citát Calydnas Lycophron & Põponius.Straboni qdem Calydnæ a Calymna quodam pacto differunt:sunt quibus inqt uidetur Calydnas ab Homero non insulas per se quasdam sed ipsas sporadas ĩtelligi quarum una sit Calymna.Deinde paulo post:Aliis inquit placet Calydnas esse geminas Leron & Calymnam.Sceptius inquit plurali numero Calymnas pronunciant.Miretur aũt nemo si Plinius has ipsas in Asia quoq; repetit:Faciunt hæc & alii:atq; imprimis Strabo : qui & Calydnas duas prope tenedũ constituit:alias omnino ab iis quæ hic circa Rhodum redduntur.nec Eustathium tamen libenter arguerim:q non distinguit:idem auctor Calydnas a Stephano easdé censeri cum Calymnis tradit:hinc orta dissensio:q; alii Calydnam uná cũ tribus oppidis & Calymnas duas faciũt ut Plinius:Alii Calydnas cum Calymnis easdem putant:ut Stephanus.Alii Calymná uná Calydnas duas reddunt:ut Strabo.sed ita ut una Calydnarum sit Calymna:Leros altera.

Calydnæ

Ex eodem.xii.

A carpato ad cassum).Scribe.A Carpatho ad casum.correpta enim est ĩ Caso prima Homero teste.Sunt auté multæ Casiorum insulæ per ambitũ capartho:ut Straboni placet.a quibus & uesti nomé Casiaca:quod & nunc quoq; durat uulgo græcis militibus.casianam Eustathius appellat a monte Casio.

Casiaca
Vestis

Ex eodem.xii.

Pegasicus sinus ante se habet eutychiam cinetum & syrum supradictam).Scribendũ est Cicynetũ & Scyrũ.Strabo αρτεμιδωροσ εν τω πηγασιτικω κολπο φησιν ει ναι την κικυνητον νησον & paulo infra τη εξησ παραλια προκεινται των μαγνητων νησοι συχναι μεν αι δε ονοματι σκιαθοσ καὶ πεπαρηθοσ καὶ ισοκαλον νησοστε και σκυροσ.

Ex eodem.xii.

Solymniá.Eudemiá.nean).Stephanus Elymniam & Elymnion Eubœæ tradit insulam fuisse.idé Eudepná quæ Libyophœnicibus paruerit.Neam uero multitudinis uocabulo Neas appellauit Lemno ꝓximá:ita dictá: q; Hercules eo adnasset:ut Philocteten quoq; ibi ꝑcussum ab Hydra multi existimét.De hac Nea Plinius secundo libro:de insulis Enatis:ĩter Lemnũ inqt & Hellespontũ Nea. Item.

Neas

Athos ante separethũ).Scribo Peparethũ ex Strabone ut mox ostendimus.Et infra. Scyathũ). Scribe Sciathum.Ouidius.Et gyaros nitidæq; ferax peparethus oliuæ.Ditionis & hæc & illa Venetæ:Sciathos & Scopelos uocatæ uulgo.

Sciathos
Scopelos

Ex eodem.xii.

Amne illiso).Scribo llisso:quod & in attica nomen amnis est Appollodoro: Straboni Ptolomæo Pausaniæ musis dicati:quas ilissidas uocant. Papinius Diris & furiis consecrauit : amfractu riparum

llissides
Musæ

Ilissus ĩ sylla ba Ap. Papi.
Aethria

incuruus ilissos Sæuus honos fluuio stygias lustrare seueris Eumenides ꝓhibetur aquis. Idẽ poeta primam ꝓduxit alibi Raptæ qui conscius Orythiæ Cælauit geticos ripis Ilissus amores. Item. Thasos olim eria uel etria). Legendũ credo Aeria uel Aethria. ꝙ Aeria: nihil certius ex oraculo Telesicli dato qui pater fuit Archilochi poetæ Parii αγκειλομ παριοισ τελεσικλεεσ ωσ σε κελευω μησω εμ ηεριη κτιζειμ ευΔιελομ ασυ. De Aethria nondum inueni. hanc & Chrysen uocatam scribunt Arrianus Eustathiusqꝫ: ob metallum auri quo præpollebat insula: ut meminit Herodotus.

Ex eodem. xii.

Athos
Abdera
Saos
Sao

Inde abdera a continẽti. xx. M. passuum ad athos. lxii. M). Vetusti codices nõ a cõtinenti: sed continentis: nec ad Athos: sed Athos. Sunt enim athos & abdera continentis: illud mons: hoc oppidũ in Thracia Democrito & Protagora Sophista nobile. Dicitur aũt plurali numero Abdera fere. singulari tamen Abderon ab Ephoro. itẽ: Attollitur monte saoce). Legendũ forte sit Saio: siue Sao: quoniam Saios Straboni populos fuisse nouimus: unde nomen insulæ. Stephanus σαοσ η των σαιωμμησοσ. Apud Nicandrum quoqꝫ Saos montis nomen est eius ĩsulæ: sed & Sami quoqꝫ. Diodorus in ea & regem fuisse tradit: qui Sao diceretur: e ioue aut Mercurio & Rhena filium.

E. x eodem. xii.

Sepulcra Milciadis & Thucydidis

Haud procul a coelo). Iungendum hoc cum sequentibus Cheronesi portu: de quo supra: fortasse q a Ptolomæo Cœla dicitur: itẽqꝫ Marcellino auctore græco: ubi Miliciadis & Historici Thucydidis ait monstrari tumulos. itẽ. Desertis quoqꝫ redduntur in hoc sinu quarũ. M. inueniri potuerunt nomina) Melius uetusti codices in qbus nõ. M. sed modo: nec redduntur sed reddanť. ita sensus nõ solũ cõstat. sed perspicuus quoqꝫ est.

Ex eodem. xii.

Dracõtonnesos
Arconesos

Drachanon). Scribendum forte Draconon siue Drecanõ: ex uetustis codicibus. Et quia mons in icaro est insula hoc nomine: Itẽqꝫ in Co apud Strabonem. nã & ptychiã Ptolomæus Corcyræ ꝓmontorium facit Plinius insulã ut diximus. Corcylea quoqꝫ Thucydidi & Plinio & Straboni post Homerum est insula: Heracleoni uero urbs una e quattuor quæ sunt in Ithaca. Habeť & Dracontonnesos hoc est draconis insula: sed Libyæ. itẽ. Aronesos. Scribendum uidetur Arconesos: idest ursorum insula: quo nomine Apolonius Cariæ præiacentem demonstrat. nam arctonnesos alia est ii. v.

Ex eodem. xii.

Sinus Europæ

Quartus e magnis europæ sinus). Initium capitis hoc statui debuerat: non cũ præcedẽtibus misceri. Quatuor autẽ magni. Europæ sinus sunt. Primus a Gaditano freto ad Laciniũ usqꝫ ꝓmontorium Italiæ in Locris: Secundus a Lacinio ad ipsa Epiri Acroceraunia. Tertius ĩde ad Hellespontũ. Quartus ab Hellosponto ad Mæotis hostia.

Ex eodem. xii.

Locus Martiani

Cimmerius Bosphorus idos uocatur). Scribendũ est distincte: id os: ex Polybio. Confusa sunt ea uerba in unum etiam apud Martianũ Capellam. Quod autem apud ipsum itemqꝫ hoc loco sequitur. II. M. d. passuum latitudine). Scribendum uideretur. iii. M. d. passuum latitudine: quoniã Polybius triginta fere stadiorum perhibeat.

Ex eodem. xii.

Auctor est polybius. d. pas. intersunt). Scribendũ ẽ. d. M. p. aut omnino plus: quãdoquidẽ Herodotus quarto libro longitudinẽ ponti circiter undecim miliũ & cẽtũ stadiorũ esse tradidit. Martianus quoqꝫ inter Cimmeriũ inqt & Thraciũ interpatẽt milia quingenta. itẽ. Vicies semel milia). Martianus Vicies semel quinquaginta milibus: ut Varro quoqꝫ inquit nõ reticet totius põti circuitus est.

Ex eodem. xii.

Naracustõa
Locus Ptolomæi

Cherronesum heraclidarum). uetus lectio Heracleatarũ. ita enim uocatur Cheronesus heraclea: ut post liquebit. & infra. Montis arnobæ). Ptolomæus Abnobæ. Itẽ. Secundum hostiũ naracustoma). & paulo inferius. Boryostoma. Ptolomæus inariacon stoma: itẽ boreostoma: hoc est Aquilonum eius amnis hostium. Sed naracustoma tamen Solinus & Ammianus ut in Ptolomæi codice sit erratum. Quod autem hic. Spireostoma). idem auctor Ammianus stenostoma: quoniã angustũ sit & minus cæteris.

Ex eodem. xii.

Sindi

Hamoxobii aut corsi). scribendum Hamoxobii aut Aorsi Ptolomæus strabo cæteri. Dicunť Hamaxobii quoniam in carucis degant. eos Strabo & hamaxices & hamaxœcos uocat. idẽ auctor Aorsos ad Tanain constituit & gentem uagam tradit: Ptolomæus ad Agathyrsos. Quod autem sequitur mox. Alias scythæ degeneres & a seruis orti). Ammianus Peninsula inquit est quam Sindi colunt ignobiles post Heriles in Asia casus coniugiis potiti dominorum & rebus. Valerius quoqꝫ Flaccus Degeneresqꝫ ruunt Sindi glomerantqꝫ paterno Crimine: nunc etiam metuẽtes uerbera turmas. Proinde hic non Scythæ sed sindi scribendum esse uideatur. Stephanus & satorchæos scythas a seruis genitos eadem occasione refert.

Ex eodem. xii.

Rhoxiani

Toxalani). Vetus lectio Troxalani. Ptolomæus & Capitolinus & Flauuius Vopiscus Rhoxolani: sed & Strabo: q tamen & Rhoxanos quandoqꝫ appellat eos: nisi quis alios existimet. Septemtrionales inquit maxime sunt Rhoxani: quod ipsum & de Rhoxolanis quoqꝫ dicit: ut fortasse hinc dicanť ii

unde regio Rhoxia nominatur hodie:legatiõibus ultro citroq; missis percognita:Pomponio etiam- Regio
nũ læto in eas terras profecto:quanq̃ Polloni modo populi Sarmatarum uocantur qui Rhoxiam suã Rhoxia
dicant esse.
Ex eodem.xii.

Carnunti germanorumq; ibi confiniũ).Melius Gernuntii hoc est tenẽt a Carnũto oppido quod Germaniæ finis est.Plinius ultimo uolumine: Abest inqt.C.M.pas.a Carnũto littus Pannoniæ:quo a Germania Succinũ importatur.De hoc & supra diximus.
Ex eodem.xii.

Iagyges & absterne).Scribendũ iazyges & Basternæ.Strabo Ptolomæus cæteri dicunt & Bastar Iazyges
næ Dionysio.Versus in Ouidii Tristibus emẽdandus est:Lazyges & cholci metereaq; turba getæq;. Locus oui.
Non enĩ Lazyges p.l.sed iazyges p.i.scribendũ:ut sit consonantis loco.Nã Valerius Flaccus.increpat & stricto sic urget iazygas ense.Itẽ alibi:Neurus & Exptes canentis lazyges æui.põt hic Coralli scriptum fuisse:nõ Hali:ut idẽ Flaccus:Densiq; leuant uexilla corali.post quos Basternas continuo subiungit batarnas appellãdo.illinc iuratos in se trahit æabatarnas.itẽ. Ad flumen uischiam).Scribo Vistulam ex Ptolomæo Strabone Plinio.
Ex eodem.xii.

Oppida crenne.scepolium).Vetus lectio Cremense Oepoliũ.Stephanus.in põto inquit oppidũ Obolenses
est Creme.nec præterea quicq̃ addiicit.Quid igitur si legas Oppida Cremẽse & Oboliũ.Sũt.n.Obolenses Ptolomæo supra Crobyzos in Mysia inferiore:de qua nunc est sermo.Quid porro siq Hippoleum ex Herodoto:qui ab borysthenis Hypanisq; tractũ inquit εμβολον της χωρης ειναι οιππολεω ακρη καλεεται:ut in Valerio quoq; Flacco nõ Ambenus mons sed Embolus scribendũ esse ui- Ambenus
deat:Linquitur abrupto pelago tyra linqtur & mons Ambenus & gelidis pollens ophiusa uenenis. Locus Valerii Flacci
Ex eodem.xii.

Mox astacæ cognomines fluuio). Ptolomæus & Põponius & uetusti codices Axiacæ ab Axiace amne.itẽ. Vltra quos erobizi).Scribendum Crobyzi:ex Herodoto Strabone Ptolomæo cæteris.
Ex eodem.xii.

Sinus saggaricus).Scribendũ foret ex Ptolomæo Asaggaricus:ab oppido circa Borysthenẽ Azaggarico.Fuit ĩ Sarmatia & urbs & amnis Agarus:unde agaricus quoq; portus legi posse uideretur:a quo Agarus
& nomen Agarico radici datũ creditur:sed longe distat hic locus a priore. Nec dubitari potest Asaggaricũ non Agaricum hac parte intelligi.quanq̃ nõ sum ignarus Sagarim fluuium ab Ouidio uocari eũ Locus oui.
qui a Ptolomæo dicatur Agarus non longe a Lyco amne:Huc Lycus huc Sagaris peneusq; hypanisq; catesq; Alioquin nõ Peneus sed Panysus auctore Plinio legendum sunt qui censeant. quod & Ptolomæus confirmat.
Ex eodem.xii.

Olbiopolis miletopolis).Scribendũ quidam putant Olbiopolis Metropolis: de Olbiopoli Strabo Ptolomæusq; Olbiam uocantes:quod & Plinius quoq; facit inferius. Sed illi Borysthenẽ oppidũ cũ Olbia idẽ esse tradũt.De Metropoli Ptolomæus Circa Borysthenẽ inqt amnẽ Metropolis & Olbia quæ & Borysthenes appellata est.Scio tamẽ Olbiã Milesiorum fuisse ut Strabo inqt. proinde fieri põt ut Plinius hoc loco ĩtelligat oppidũ Borysthenẽ antiqs noĩbus & Olbiopolin & Miletopolin fuisse dictũ. quod Olbia siue quod idẽ est Olbiopolis.pbatũ est supra.quod Miletopolis:simile uero est:ex quo Borysthenes
Milesiorum fuit colonia.Martianus de oppido Borysthene.Nec pcul inqt fluuius:lacus: oppidum: sub uno cuncta nomine:borysthenes.Pomponius tamẽ borysthenes inqt amnis tãto spatio nauigabilis secũdũ borysthenida & Olbida græca oppida egreditur.
Ex eodem.xii.

Totum enĩ tractum).Lego Totum eum tractum: & quod sequitur. Sardi scythe & scyraci tenent).Vetusti codices omnino legunt aliter:& quantũ coniicio cõmodius : hoc modo. Totum eum tractum Taurici Scythæ & Sarmatæ tenent:nã & Cherronesus ipsa Tauroscytharum fuit & Tauro Taurica
rum:ut Plinii uerbis utar:peninsula.ob id & Scythica & Taurica dici solet a Tauricis Scythiæ montibus uocata.quorũ & Herodotus & Dionysius poeta mentiõem habent.Strabo την δε πλειστην της χερρονησου μεχρι του ισθμου και του κολπου του καρκινιτου ταυροι σκυθικον εθνος κατεκα λειτο η χωρα πασα αυτη σχεδον δε και η εξω του ισθμου μεχρι βορυσθενους μικρα σκυθια. Ptolomæus πλησιον δε του αχιλλειου δρομου ταυροσκυθαι.Scio quidẽ & Sciracos fuisse populos in Scythia:quos Strabo Scyraces appellat ad archedeum amnẽ.Ptolomæus uero Scyracenos ul- Scyraces
tra montẽ Hippicũ:sed in Asia:utcũq; modestissimũ est & plenũ uerecũdiæ lectionẽ ueterẽ: q̃diu auctor nõ est q cõtradicat seruare.alioqn Sindi potius q̃ Sardi scribẽdũ eẽt ex Valerii Flacci & Ammiani testimonio:quod supra expositũ est hoc ipso.c.
Ex eodem xii

Syluestris regio hyleũ mare Quo alluitur cognominãt).Vetus lectio nõ cognominãt sed cognominauit:hoc ẽ:Hylea regio mari quo alluitur nomẽ dedit ut Hyleũ mare diceretur.alexander. υλεα χωρα ποντικη αβικη λεγομενη τουτεστιν υλεα:hoc ẽ syluestris.Hylæi quoq; populi mox a Plinio redduntur.Põponius:Siluæ inqt deinde sunt quas maximas hæ terræ ferunt. Herodotus: Traiecto inqt borysthene a mari imprimis est Hylea regio.Idem paulo infra.Caret inquit arboribus omnis plaga hæc præter Hyleam.Valerius Flaccus:Mouit & hylæa supplex cũ gente syrenem Densior haud usq̃ nec celsior extulit ullas Sylua trabes. Hylea

Ex eodem.xii.

Quidam panticapen confluere intra olbiam cũ borifthene tradunt).Vetufti codices non ĩtra Ol
biam:fed ĩfra:quod ex Ptolomæo quoq; fi nõ exprimitur:certe colligitur.Item. Sinus garcinites).
Carcinites — Scribẽdũ Carcinites ex Plinio inferius & Mela Pomponio:a Carçina oppido ut inquit Ptolomæus
Carcintus — ubi & Carcinitus quoq; amnis Hecatæus urbẽ ipfam Carciniti uocauit.Strabo Carpinitẽ nõ Carci
nitem finũ aut corrupto uerbo aut a Carpianis populis quos Ptolomæus inter Peucinos Bafternafq;
collocat.

Ex eodem.xii.

Flumen placyris).Codices uetufti pacyris.Ptolomæus pagyritas populos ab amne pagyri & urbe
ut cõiici nõ folũ põt fed etiã cõuenit.Herodotus quoq; flumẽ fcytiæ ĩter pãticapen atq; Gerrũ pacy
rin:fiue ut in aliquibus fcriptũ eft Hypacirin cõftituit.fextus inquit eft pacyris e lacu profluẽs q p No
madas iuxta Carcinitin oppidũ in mare euoluitur.

Ex eodem.xii.

Nauari — Oppida nauarum & gorcine).Ptolomæus Naubarum & Carcine.Dicit̃ & Carcinea:unde Carci
nites finus ut prædixi.funt & Nauari Ptolomæo farmatarum populi ubi Naubarum:ut proinde Na
uarum quoq; dici poffit oppidũ.Itẽ. Lacus buges). Ptolomæus buces fiue bycis: & codices antiq.
fed & buges defendi poteft:quando Græci quoq; populos ab hoc lacu Exobygitas quofdam uocant
auctore Ptolomæo.Valerius Flaccus:Quiq; lacum cinxere Bycen.

Ex eodem.xii.

Ipfe lacus byges a coreto mæotis lacu finu petrofo difcluditur dorfo).Legẽdum nõ Mæotis lacu:
fed Mæotis lacus paterno cafu.Eft enim finus in eo lacu nomine Coretus:fortaffeq; nõ Coretus:fed
Carœtus — Carœtus uocari debet:a Carœa ibi uico in Mœotis lacus ora:ut Ptolomæo proditur.Dorfum aũt il
lud petrofum Ptolomæus agaricũ promõtorium appellat:cui uicina urbs Cneme ob id ipfum dicit̃.

Ex eodem.xii.

Sex oppida.orgocyni.carafeni.afyrani.tractari.arciffali.tacali.caliordi). Promittunt̃ fex:& reddũ
tur feptẽ:ideo mendofum locum putamus Nam & uetufti codices fidem cuftodiunt:non plura q̃ fex
promiffa repræfentãtes:Orgocynos.Carafenos.Affyranos.Tractaros.Arciffalitas.Caliordos.Por
ro.Arcifalitæ populi fortaffe Arfilachitæ melius fcribant̃:ab Diana dicti: quã Ammianus Arfilachẽ
Arfilache — fiue Orfilachẽ a Barbaris qui circa Tauricam funt uocari tradit.cui deæ ĩmolabãt inquit appulfos &
Diana — capita parietibus fani præfigebãt.Valerius Flaccus:Taurorumq; locos delubraq; fæua Dianæ Põpo
nius:Immanẽ inquit famam habent:folere pro uictimis aduenas cedere:Nam tractari creduntur effe
Tractari — qui nunc Tartari fere.

Ex eodem.xii.

Clauduntur ab occidẽter cherrõnefo ab ortu fcitiffa taucis).uetufti codices:Clauduntur ab occidẽ
ter Cherrõnefo Nea:ab ortu fcytis fataucis:Nec in totũ difplicet:nifi q̃ nõ fataucis: fed fatarchis legẽ
dũ putamus:Põponius:Quæ fatarchæ inquit & taurici tenent:ubi de Cherronnefo loquit̃.Item Ver
Satarchæ — gentia inquit in paludẽ Satarchæ tenent.uidentur aũt fatarchæ quos Callimachus & aliquãdo Plini
us fatarchæos uocat:Stephanus:circa Mæotin inquit lacum Taphræ funt & regio dicta fatarchæorũ
a feruis orta dominis abfentibus.Meminit & Ptolomæus & folinus.De taphris oppido ftatĩ liquebit
Valerius Flaccus:iaxamatæ toriniq; & flaui crine fatarchæ. De Cherronnefo aũt Nea Strabo: quanq̃
nõ plane id contendo.fed cũ apud ipfum tamen Cherrõnefus Palæa.i.uetus quædam fuerit neceffa
rium eft & Neam.i.nouam fuiffe μεταξι δε τησ ηράκλειασ χερρομησου πολεωσ και τησ ακρασ
λιμερεσ τρεισ ειτα η πάλαια χερρομμησοσ κατεσκαμμερη.De Cherronnefo Heraclea urbe:quã
ipfe nouam interpretor:ftatim infra Plinius.Hac ipfam ut puto Herodotus afperam cognominat
μεχρι δε τησ χερρομμησου τησ τρηχειασ καλεομερησ ρεμεται τοταυρικομ εθροσ.quæ uerba fere
cũ Plinianis cõgruunt.Ptolomæus quidẽ Cherrõnefum zenonis:fed alteram ab hac noftra in eadem
peninful a uocauit.

Ex eodem.xii.

Tagre in ipfis anguftiis peninfulæ).Scribendũ nõ tagere:fed Taphrœ:Ptolomæus & ĩfra Plinius:
per Mæotim iquit ab extremo Ifthmo qui locus taphrœ uocat̃.poteft & taphræ ut Stephanus.Stra
Taphrœ — bo καλουρται δε ταφριοι ερτάυθα δε εςιρ οισθμοσ.docet & libro quarto caufam nominis Hero
dotus.Item. Parthenium promontoriũ taurorũ.ciuitas placia fymbolũ portus).Scribendum forte
nõ placia:fed palacia.nec fymbolum fed fymbolon plurali numero generandi cafu ex Strabone q̃ pa
lacion uocat & συμβολωρ λιμερα.eodem modo Ptolomæus quoq;.

Ex eodem.xii.

Neuroæ).fcribendum Neuroe ex Herodoto Pomponio Solino Ammiano Dionyfio:a quibus &
Neuris — Neuris ipfa regio ubi homines in lupos æftate uerterentur.natus error q̃ ueteres fcribebãt p.œ.no
minatiuum pluralem declinationis tertiæ in græcis noĩbus: ut Solœ taphrœ Gynæ cocratumenœ.
dicuntur & Neuritæ Stephano.Martianus quoq; Neuros.Itẽ. Mermetium & infulam alopecen):
Scribo Myrmeciũ ex Pomponio Strabone Ptolomæo cæteris: qui & infulam hanc non Alopecen
Alopece — fed Alopeciam & tanain quoq; uocant Venetorum olim coloniam nũc turcæ potiunt̃: ut alio quoq;
omni ponto:Nam Alopeconnefos alia eft:ut fupra conftat.

Ex eodem.xii.

Tugasete budini).Scribēdū est Thusagetæ:id est τυσσαγεται Herodotus Strabo Ptolomæus & Plinius.De budinis itē Herodotus Pōponius & parmeno byzātius:ab eo q̄ bouibus trahant:hoc ē in curribus uiuāt.Ptolomæus Bodinos..Thussagetæ uero etiam Thyrsagetæ dicunt: Valerius Flaccus:Non ego sanguineis gestātem tympana bellis Thyrsageten.a.Thyrso dictū quoniam Baccus eos inquit ex oriente uictor credatur gelida liquisse sub arcto.

Thyrsagetæ

Ex capite. xiii.

In carcinitis sinu cephalones).Scribendum puto Cephalōnesos ex Ptolomæo:Ammianus:In marginibus inquit Borysthenis Borysthenes ciuitas est & Cephalonnesos & aræ Alexandro augustoq̄ sacrate:

Ex eodem.xiii.

Amalchium eum necateus):Legendum Hecatæus ex Solino.Item. Vltra deinde crenium).Scribe Croniū ex Solino & Dionysio poeta & Plinio īferius:ab argumēto frigoris cui sydus saturni præest in Oceanū illum & amnis Chronus īfluit post Vistulam auctore Ptolomæo Ammianoq̄.Apollonius quidem poeta est ubi Chronium mare appellet per.ch. sed ut Ionici sinum intimū intelligat ab īsula cui nomen est Chronia.

Chroniā

Ex eodem.xiii.

Fanesiorum(.Vetusti codices Fanesiorum:itemq̄ Solinus at Pōponius uocat eos aliter:nisi corrupta sunt exemplaria:Equinis īquit pedibus Hippopodas & Satmalos quibus magnæ aures & ad ambiendum corpus omne patulæ nudis:alioquin pro ueste sunt.Eos græci quoniam auribus pro strato quoq̄ cum dormiunt utantur conteganturq̄ toti ερωτοκοιτουσ uocant.Strabo auctor:quanq̄ in india quoq̄ reddunt eos aliqui inter quos &.vii.li.Plinius.

Hippopodas
Satmalos

Ex eodem.xiii.

Ad uisulam usq̄ fluuium a sarmatis benedis).Lego Ad Vistulam ex ptolomæo & plinio.Item Venedis potius q̄ Benedis ex eodē Ptolomæo:unde sinus Venedicus In Cornelio quoq̄ tacito Veneti pro Venedi hoc loco mendose nominantur.Et infra uerbum. Haustisus codice nullo manu scripto legitur. sed loco eius aut Carceis aut Cartris.unde obsecro tanta uarietas:illud meminerint legētes hodie flumen Vistulā ab indigenis uocari Vislam:uti mirum ne sit si & Visula quādoq̄ scribit ab auctoribus.Itē. Burcana fabaria a nostris).Strabo Burchanin a Germanico druso obsidione captam.

Locus
Cornelii
Visula

Ex eodem.xiii.

Glessaria a succino militiæ appellata a barbaris austerania).Plinius ultimo uolumīe Austrania. unā inquit insularum a nostris ob id Glessariam appellatam Germanico Cæsare ibi classibus res gerente Austraniam a Balbaris.De Gesso id est Succino unde nomen insulæ:meminit & Tacitus Nunc uitrum ipsum Barbari eius terræ Glessum Glassumue appellant.

Ex capite.xiiii.

Sane circa excessum eius subactis).Scribendum subacte:hoc est Rhætiæ.Itē. Haud multum orade erit græcorum opinioni & longitudini ab agrippa traditæ).Scribēdum est Oræ & lōgitudinis genitiuo casu:non datiuo.

Ex eodem.xiiii.

Ingeuones).Non muto:sed Ptolomæus & Solinus Ingriones.Paulo quoq̄ infra. Carini & uarinne).Ptolomæus Caritni & Auarinnæ:liberum sit iudicium.& infra. Hermiones).Ptolomæus Elmeones.pomponius hermones.& infra. Hermonduri).Strabo Eumōduri:sed Tacitus & Capitolinus cum plinio & infra. Cherusi).Ptolomæus Cherusici.Tacitus Cherusci.Strabo addicit diphthōgum primæ hoc modo Chærusci:sed Lucanus primam corripit:itemq̄ Claudianus.Et Ingentes albī liquere cherusci.Et alio loco:Quæq̄ domant chartos imansuetosq̄ cheruscas.

Cherusci.
in syllaba

Ex eodem.xiiii.

Iustilia aluus).Legendum Vistula & Albis ex pomponio Tacito Solino Ammiano:qui tamen Visulam appellat ut uulgo nunc Dicitur & Albius Straboni aliquando nō Albis:& infra. Amissius).Straboni Amasias.Ptolomæo Amasius:sed Amisius Pomponio.& infra Nulla inferius nobilitate) Lego nulli.

Albius

Ex capite.xvi

Quinquaginta milia milium). Lego Minimum: nō Milium ex Dionysio qui ait το βραχυτατορ. Item. Reliquarum mella:cxxv.M.circuitu amplior proditur).Vetus lectio :Reliquarum milia:non Mella.utroq̄ modo sensus mullus.Proinde scribēdum puto: Reliquarum nulla.cxxv .M.p. amplior circuitu proditur. Strabo quoq̄ ubi de Hibernia & Albione disseruit reliquas circa Britaniā exiguas esse dixit.

Ex eodem.xv.

Eandeam hiberniæ).Pompōius Iuuenalis & fere uetus oīs familia Iuuernam tetrasyllabos:nō Hiberniam.Græci quoq̄ ιουερμαρ Strabo ιερμαρ.Claudianus.Scotorum cumulos fleuit glacialis iernæ.quanq̄ & Iberne legitur.

Iuuerna

Ex eodem.xvi.

Sunt autem hinc.xl.M.p. orcades modicis inter se discretæ spaciis).Vetus lectio.Sunt autē.xl. Orcades & reliqua.Quidam codices non.xl.sed.xxx.Orcades.Martianus Capella.insulæ inquit cōplures inter quas orcades.xl.pene iuncte.Pomponius.xxx.sunt īqt orcades augustis iter se diductæ spaciis.Solinus tres:sed mendosum in eo locum puto.

Orcades

Locus Soline

Ex eodem.xvi.

Septem acmode &:xxx·hæbudes)·Pomponius septem Hæmodes.nec ullam mētionē facit Hæbu-
dum:nisi si uitiatus codex est.Solinus:A Calydoniæ īquit Promontorio Thylem petētibus bidui na-
Hæbudes
uigatio est.Inde excipiunt Hæbudes.quinq; numero.Et paulo post:Secundam inquit a cōtinenti sta-
tionem Orcades præbent:quæ ab Hæbudibus porro sunt septem dierum noctiumq; totidem cur-
Marcianus quoq; græcus auctor itemq; Ptolomæus Hebudas quinq; tātū haberi tradunt:ut fere u-
deatur legisse Plinium Solinus ad hunc modum:Inde septem dierum ac noctium cursu quinq; Hæbu-
des.In Pomponio autē uerba illa septem:Hæmones forte pro quinq; Hæbudes audierit.nihil ipsi d-
Locus Pouponii
cernimus:sed plerunq; dubitata nobis in mediū afferimus:adeoq; non reformidamus in hoc præse-
tim genere coargui:ut gratias quoq; habituri simus iis q nos ueriora certioraq; docuerit. Careā us-
rerum & imperitus æui sim:ne dicam ambitiosus & improbus:si in tanta & tam multiplici rerū con-
iectura & indagine collimaturum me semper:nec ulla parte offensurum prolapsurumue pollicear:
cut hercule parum æquus:pudens gratusq; fuerit qui tot milibus monstrorum a me cōfectis:uno ali-
quo pluribusue aut præteritis aut ignoratis compensatione mecū agi nolit:sed ut ineptū & male me-
ritum de relatiua commercio litterrarum interdicat

Ex eodem.xvi.

Mona monapia rienea).Ptolomæus Ricina.Idem nō Monapiam::sed Monœdam & Epidiū.qu-
Monapia
tamē in Hibernia oppidum est Monapia:ut Ptolomæus quoq; affirmat:fieri potest ut inde sit imp-
situm nomen insulæ.De Mona sæpe tacitus & secundo libro Plinius:Mona īquit distat a Camaldi-
Mona
Britanniæ oppido circiter ducentis milibus Gamulodunum id uocat Ptolomæus:nō Camaldunu-
& infra. Vectis silimnus andros).Ptolomæus uectis Limnus Edros.& infra. Siambis). Vetus l-
ctio Samnis.Ptolomæus Sounnos·Et infra mox. Axantos).Antoninus in itinere Axantis.Et if-
Tyle).Scribendum Thyle nam Claudianus quandoq; ut græci Thulem:& infra. Mitterim).l-
gendum forte Cattiterim:quoniam sequitur:in qua candidum inquit plumbum prouēiat quod gr-
ce Cattiteros dicitur.Plinius libro quarto & trigesimo:præciosissimum īquit candidum fabulose na-
Cattitiros Catitira
ratum in insulas Atlantici maris peti utilibus nauigiis circumsutis corio:Nā & in indico Oceāo ca-
titira uocatur insula Dionysio ac Stephano unde plumbum candidum effoditur.infra quoq; Plini-
hoc uolumine:Ex aduerso īquit Celtiberiæ complures sunt insulæ Cassiterides dictæ a græcis a fe-
litate plumbi.Has & Strabo & Ptolomæus cōtra Celticum promontorium:siue quod idem est Ne-
um Artabrorum gentis constituunt.Eustathius contra sacrū Hesperidasq; a Dionysio poeta dici p-
tat.magno errore. αυταρ επακριμ ιρημημ ερεπουσι καρημε μμεμαι ευρωπειησ μησουσ θεσπε-
λασ οθι κασσι τεροιο γεμεθλη.

Ex capite.xvii.

Cersiacus).Scribo Gesoriacus:ex Mela Ptolomæo plinio.Hic locus mō in urbē cōuersus illā uide-
multis quā Brugis uocāus:nouē.M.p.a mari portu eius nobili quē Clusias appellant.ī eo naues sex-
tas uidimus eodē tpe.itē supra. Texādri).Amminanus toxiādri.Frācos inquit petit quos consuetu-
Brugis
do Salatios appellauit:auso olim ī Romano solo apud Toxandriam locum habitacula sibi figere.i-
fra: Neruii).Ptolomæus Nerusii.placet & Nerui & Cæsare Strabone cæteris.

Ex eodem ·xvii.

Veromandui).Ptolomæus Romandui:sed Cæsar tamē & Antoninus ueromandui:Vetus lectio-
re Neromandui.omninoq; hinc quidā sentiūt profectos olim Normandos esse.Itē infra. Suessio-
nes).Ptolomæus & Strabo uessiones.sed Cæsar Suessiōes:iteq; aliqbus locis Strabo Antoninusq; u-
dubitandū ne sit.Item. Vlmanetes).Ptolomæus ubanectes:Nā est ubi & ulmanectes in Plinianis co-
dicibus scriptū inuenias.Antoninus ulbanectes·Item. Frisi auones).Ptolomæus iunctini Frisiabo-
nes:Item Plinius superius:etiam si Frisios esse populos non me latet.
Tusiabones

Ex eodem.xvii.

Rhemi
Rheni fœderati).Lego Rhemi ex uetustis codicibus & Ptolomæo:itē Strabone.hodie quoq; sunt
unde preciosissimū telæ genus Rhemēse:cōicata aliis quoq; Galiarū populis textrini gloria.Nam q-
Rhemense genus telæ
modo Rhenēses uulgo nominant:Rhedones a Plinio uocati Rhiedones a Ptolomæo in Lugdunē-
habent:suis ad hoc æui legibus a cæteris Gallis diuisi.sed ad fœminam transeunte imperio: ī dition-
Regis Galliarū uenerunt hoc ipso anno.& infra Rauraci & rauriaca).Ptolomæus quidem Rauric-
& Raurica.Item supra Plinius hoc libro:Ex aduerso īquit Raurici Galliæ oppidi.Cæsar tamē Rau-
Rauracum
cū uocauit:& municipes eius Rauracos:iteq; Ammianus Antoninusq;.

Ex eodem.xvii.

Incubi).Legendū hinc ubi:ex Cæsare Ptolomæo Tacito.In hodiernū quoq; diem uiculus contra co-
Cobius
loniā Agrippinēse ultra Rhenū ubius cognomiant·uidimus ipsi locū & uocabulū agnouimus.Stra-
bo Vibios appellat.Trās Rhenū inquit habitauere Vibii:sed eos Agrippa uoluntarios in citeriorem
Vibii
ripam transtulit.hoc ipsum Tacitus.Et infra. Butani).Vetus lectio ptolomæus & supra plinius &
poetæ græci iuxta latiniq; Batauos.

Ex capite.xviii.

Ossisinos). Lego hic & in Cæsare uel Osismios ex Pomponio Ptolomæo ité Strabone: in quo tamé Sismios deprauate. uel quéadmodū Antonini codex Ossismos: & infra. Inducasses bodicasses). Ptolomæus Viducasses & Vadicasses: nam & quos hoc loco. Diablindos). Legimus: in Ptolomæo Diablitæ nominantur. Diablintū urbem Antoninus: & infra. Venelli cariosuelites). Cæsar Vnellos. & curiosolitas. Ptolomæus tamen Venellos. Ex eodem.xviii. — Locus Str. — Diablitæ

Secusii & lugdunū). Non reprehendo: sed moneo: Secusanos uocari & Lugdunum in monumétis quæ nunc in locis iis extát: ut illo: Corneliæ Saloninæ Aug. coniugi Imp Cæs. P. Licini Gallieni. p. F. inuicti Aug. ordo splendidissimus Secusanorum. Item illo. Tib. Claudi Amandi. IIIIl. uiri. Aug. ccc. Lugud. patronio sanctissimo Claudius peregrinus & primigenius liberti heredes. P. C. in Cæsare Secusianos legimus. Ex capite. xix:

Bituriges liberi sexignani cognomíe ubisci). codices antiq nō habét Sexignani. Ptolomæus quoq item Strabo: Bituriges inquiūt cognomíe Vbisci. Siue ut in aliquibus scriptum est Vbisci & interim Ebusci. & infra. Cocossates). & Cæsar Cocossates. ptolomæus tamé Cossates & Cossium: & uetus lectio Occossates. & infra. Ausci elusates): Cæsar austi Flussates: ut in alterutro sit uitiū: quanq̄ Ausci aquitaniæ celeberrimi etiam pomponio ptolomæoq dicunt. itemq urbs auscia in antonini codice p q uetusto aquitaniæ parte quæ Nouepopulonia dicat. idem auctor & Elusaticum oppidū aquitaniæ cōmemorat. Ammianus Nouépopulos inqt ausci cōmēdát & Elusatæ. & infra. Aegesinnates). ptolomæus agennates. antoninus agennenses ab agenno urbe. Ex eodem. xix. — Bituriges — Ausci — Nouepopulonia

Osquidates montani. Et paulo post: Ossidates campestres). Legédū utroq loco uel Ossidates uel Osquidates quippe qui solis cognominibus montanorum & campestrium distingui uideantur. Ex capite. xx.

Vastonum saltus). Legūt Vasconū: cum ex. Cl. ptolomæo: tum q ita nominant hodie. Ité. Aolarso). Plinius olarso superiore libro. Citerioris inquit Hispaniæ latitudo a Taracone ad littus olarsonis. Ptolomæus oeasonem: sed uitium in codice. & infra. Vaidulorum). Ptolomæus & plinius & pomponius Vardulorum. Ex eodem. xx.

Menosta). ptolomæus & uetus lectio Menosca. & infra Origeni). Ptolomæus Origeui: ná & pōponius aurigeui. Antoninus Originos. a Braca inquit augusta ad originas aquas. p. M. xxxix. ité. Veca & pisici). Ptolomæus Velica & pesici: quanq̄ de uelica nō approbo: q apud eundem ptolomæū in Hispania quattuor habent oppida his noībus. ueca: Velica: Veluca Velia: ut prima sit Gallecorū: secūda Cantabrorū: tertia areuacorū: quæ & Vocula dicitur ab antonino: quarta Caristiorū inter pirenæos montes & Hiberum. & infra. Arrotebe). Lego arrotrebæ: auctor plinius nō multo post. ité Strabo αροτρεβαι. Infra quoq. flumine nauia albiones). Ptolomæus A flumine Nauilubione ut una sit dictio. antoninus quidé Nauiæ ponté nominat itinere quo a Braccara augusta petit asturica. Sed ptolomæus & Nauiam & Nauilubionem quasi duos amnes facit. Ex eodem. xx — Locus Ptolomæi — Veca — Veluca — Velia

Tamarci). pomponius Tamarici: Super inquit Tamarici Neriiq. ptolomæus Camaricam eiusdé gentis oppidum: nisi corruptum nomen pro Tamarica est: quádoquidem plinius trigesimo primo libro ait in Cantabria fontes Tamaricæ in augurio habentur. Ex eodem. xx.

Tresaraæ(. Lego p Diastolen: sequit enim augusto dicatæ. idé mōstrat pōponius: & infra. Præstamartii). pōponius & lectio átiqua præsamarci. & ifra Toporic). Ptolomæus & uetusti codices cæpori: & ifra. Groni). ptolomæus Gruii: scribo tamé & hic & in ptolomæo Gronii: ex pōponio & Silio correpta prima. Ité Leuni). Ptolomæus Læbuni. De his & tertio libro dixi: ubi scriptū erat Leuanios pro Lebunos. Ex capite. xxi. — Gronii — Locus Ptolomæi

Vagia). Ptolomæus Vaca: & codices antiqui uaga. Strabo ουακουα. unde Vaccæi populi Plinio Straboni cæteris. Ité Eumenium (. Ptolomæus Aeminium: itemq infra plinius. Ex eodem. xxi. — Vaccæi

Colippo euburo britiū). Ptolomæus Olisippo & britoleum. uetus lectio non Euburo sed Eburo de Olisippone dixi: nō quia mutandū plane sentiá: sed ut moneam diuersa hoc loco tradere Ptolomæum & Pliniū de Vlixipponési promontorio si modo illud est qđ Barbariū a Ptolomæo dicit iter Olisipponé & Salaciam. ná Plinius sequéti capite Vlyxipponé siue qđ idé est Olisipponé & Salaciá intra promontoriū Vlyxipponése collocauit. Ptolomæus ut prædixi: mediū inter Salaciá & Olisipponé cōstituit: Nisi quis Olisippones duas more gétis oppida geminandi atq adeo multiplicandi fuisse dicat ut qđ hic Colippo dicit: Olisippo scribendū sit. Altera uidelicet q̄ olisippo siue Vlyxippo illa equarū conceptu celebris sequéti cap. dicéda Torsit hoc me diu: sed illud magis quod sequitur. Ex eodem. xxi — Olisippones

Excurrit inquit lusitania in aliud uasto cornu promontoriū quod alii artabrū appellauere. alii magnū. multi ulyssipponése ab oppido: terras maria cœlū disterminás illo finitur hispaniæ latus & a circuitu eius icipit frons septétrionis). Hæc Plinius. Miror uero quáobrem pmontoriū hoc distermiare maria cœlum dixerit & Hispaniæ latus finire: initiūq frontis esse in septétrioné cōuersæ. Cū oia

hæc uideantur mihi Strabonem & Ptolomæum spectanti conuenire promontorio quod Celticũ uo
catur a Plinio & Pomponio:lerna & Neriũ a Strabone ptolomæoq; ubi Artabrorum gentem consti
Artabrum tuũt:ob idq; Artabrũ quoq;:uocant:lõgissime ab hoc Vlyxipponensii positũ septentrioné uersus.De
hoc promontorio apud Strabonem frequens métio:sed illa maxime ad id quod agimus apposita est
ubi tertio libro dicit:Post Minium amné ultimi collunt inquit artabri circa ꝓmontoriũ quod appel-
Nerium latur.Neriũ:ubi lateris Hispaniæ occidétalis & septétrionalis terminus atq; limes est:Celtici circa po
Barbarium puli sunt & reliqua·Ipsum uero Vlyxipponése promõtorium eodé mõ quo ptolomæus Barbariũ ap
pellat:Post sacrũ inqui t promontoriũ aliud:occurrit Barbariũ cognominatum:ab eo tagi fauces &c.
Magnæ auctoritati s Plinius:magnæ Strabo Ptolomæusq;: Sed ut nõ repræhédo:ita næc accedo.His
quæ dicta sunt adde pomponiũ:hactenus inquit ad occidenté uersa littora:deinde ad septétriones to
to latere terra conuertitur a Celtico promontorio ad Scyticum usq; perpetua eius ora. In ea inqt pri
mum Artabri sunt &c. Ex capite .xxii.

Abest æminius quem alibi quidam intelligunt & lineã uocant).Lego Limæam:non Lineã ex Stra
bone Plinius quoq; Linæã infra ut Limiã supra:itéq; Antoninus·Sed & põponius; Limiã & Balion.
Strabo non Bailon sed Belionem και μετα τουτουσ ο τησ ληθησ ομ τιμεσ λιλαιαμ οιδε βελιωρα
Minius καλουσι.nam Minius ut Trogo placet a Rubrica cuius ferax est ea pars Hispaniæ uocabulum inue-
nit:aliusq; ab Aeminio est:ut hic ostenditur. Ex eodem ·xxii.

Sphen Ceneus).Lege cuneus ex Põponio:item Strabone:a quo Sphen uocat·est autem σφημ.apud Græ
cos idem quod Cuneus·Cæterum Aelianus parum distincte:Sacrum inquit ꝓmontorium a Græcis
Cuneus Sphen:a Romanis Cuneus appellat.& infra. Ossonobia).Lego Ossonoba:Pomponius & reliqui.
Ex eodem ·xxii·

Ab ephoro & phyllide erithea).Scribo Philistide:idq; index ipse comprobat·aut Pherecyde.Stra
bo ερυθιαμ δε ταγαδειρα λεγειμ εοικεν ο φερεκυδησ·Sed & per.y.Erythiam scribendum Callima-
chus κλειμασ ερυθιασ ταρτησσου ποταμου παρα παγασ Et pomponius Mela Erythiam no-
Erythia minat : alterã tamen & procul a gadibus:quam a Geryone habitatam credat in Lusitania.Dionysius
quoq; idem sentit in carmine: Idem & Ptolomæus. Ex eodem.xxii.

Emienses aranditani taxabritenses.& infra Colarnici bilitani). Quoniam & hic more suo per ele
menta populos digerit:dubium non est uerbum Emienses ab. a.non ab.e.littera ĩcipere:ut scribatur
Ammia Ammienses ab Ammia ciuitate.cuius métionem ptolomæus hoc situ facit proxime Colarnũ·Ad eũ
dem modum in uerbo Taxabritéses erratum uideri potest.item in uerbo Colarnici Bilitani:pro Co
larni Cibilitani·ité nõ Aranditani:sed Aranitani potius ex ueteri lectiõe & Antonini Cæsaris itinere
qui arannos in eo situ appellat In monumeuto quoq; marmoreo ita scriptum est Municipia ꝓuinciæ
Lusitaniæ quæ stipe conlata opus pontis fecerũt Iceditani Lancienses Oppidãi Colarni lanciéses Trã
scudani arani Madrubricenses artabricenses Bauienses pæsures.ita illud quoq; uerbũ in Plinio. Me
dubrigenses).hoc ipso capite scribendum est Madrubricenses.Error idem in uerbo. Boccori).ité
in uerbo. Lancienses).nisi quis legat qui & Boccori:item qui Lancienses:ut distinguantur:ab Oce-
Duri lensibus qui Duri cognominãtur ab Antonino.Verbum quoq; superius Latienses per.t.uetus lectio
Lacia p.c.ab urbe lacia Tago Apposita:cuius mentioné cũ in Bæticæ:tũ inciterioris relatione fecimus: ex
Strabone Ptolomæoq; laciã Oppidanam uocante:quã Ellogium quod mox prætexui significat illis
uerbis:lancienses oppidani:ex quo liquet non tam laciam ueteribus appellatam fuisse q̃ lanciã.Cũ er
go ĩ lusitania lancienses populi tribus cognominibus legantur :ut prædixi:mirum nõ est si hac parte
Præsures utroq; loco lanciéses scribédum existimamus. Pæsures uero sunt qui priore capite pæsuri a Plinio di
cuntur· Ex eodem.xxii.

Potinusam a puteis(.Scribo Cotinusam apud eos:nam & uetusti codices habent nõ A puteis:sed
Cotinusa Apud eos.& Cõtinusam Dionysius poeta & eius ĩterpres Eustathius ab Oleastri copia και την μεμ
μαετηρεσ επι προτερωμ αμθρωπωμ κληζομεμημ κοτιμουσ αμ εφημιξαμτο γαδειρα· quanq̃ me nõ
Locus præterit celebrari & Puteũ in Herculis phano Gadibus polybio Strabõi·Plinio. Cõtrouersum huic
in Plauto quoq; mendum est:dicéte in penulo:Ego iam detrudam ad molas:inde porro apud eũ atq;
robustum codicem:Ego faxo hospitiũ hoc leuiter laudabitis:Scribendum.n.non apud eum sed ad pu
teum. Ex eodem· xxii·

Poeonica dirruta).Lego Pœni Gadiruta:ex Pomponio & Solino:qui tamen Gadir non Gadiru
ta scripsit:ut totus locus sic habeat.Nostri Tarteron appellant Gadirutam Pœni:Gadiruta Punica lĩ
gua septem significante.Nec enim. Septem).sed Sepem id est Septum habent omnes uetusti co-
Gadira dices Eustathius hoc nomen Gadira significare angustias ceruicemq; tradit:quasi γησ δειραμ.

Castigatiões Plinianæ Hermolai Barbari aqleien.p.ex.libro qnto. Ex cap.primo.

Ppida fuere lissa cotte).Strabo Linx & Cotes per simplex.t.plurali numero ꝓducta pri-
o ma·Sequitur & Ptolomæus.Eratosthenes Lixum: Alexander ut Stephãus tradit Lixã.Ar
Lissa temidorus Linxo ut Calipso Dido & similia. Cæterum confundunt:nã Lissa oppidũ qui

dem fuit Exolissa ut conlicio uocatum a Ptolomæo extra Herculis colūnas quidē: sed in freto adh uc ipso lixa uero: siue quod idem est lixus atq; lixum: itemq; lixo atq; linx(omnia enim hæc habet noīa propter amnem lixum) colonia a Claudio Cæsare deducta: ut inquit paulopost Plinius: & Pōponius in calce operis: itemq; Marciāus: ultra fretū est in ora Oceani: quo loco & amnis lix id est lixus a Ptolomæo cōstitutus est. Antoninus quoq;: lix inqt colonia distat a Zili. xxx. M. p. Quæ mensura fere cū Pliniana cōgruit· nam uerbū zubil mēdose legitur pro zili: ut mox liquebit. Miror uero esse qui ætate nostra scripserunt lixum, eandem quibusdam uideri cum Tingi: quod nemo ueterum nō dico tradidit· sed ne cogitauit quidem.

Exolissa

lix

Error quorundam

Ex eodem primo.

zubil). Vetus lectio zubil. Ptolomæus zelic. Strabo zelis. Antoninus zilis. Ideo autem corruptus ab imperitis locus uidetur: quoniā euripus & angustiæ illæ ad Herculis colūnas uoce nautica dicanť fretum zubil terræ. Item. Aliquanto excelsiores). Legēdum Excelsiore: hoc est ipso tractu. Solinus Illud inquit magis mirum q; solum inferiore licet libra depressius nunq̄ tamen accessus freti supłabitur. hoc & Strabo affirmat a quibusdam credi.

znbi

Ex eodem primo.

Amnis sububus)· Ex Ptolomæo Subur. Paulo quoq; infra Plinius sububam. Item. Autololū). Veteres fere Autolalum ex ptolomæo maxime: quanq̄ & Autololes scribunť. nam in Solino corrupte ut pleraq; Rutulorum pro Autolalū: sicut in Lucāi quarto Audololes numidæq; uagi: pro Autolales· Item. Fiumina sububam & sali). Lego Subur & salam ex Plinio superius Solino Ptolomæo uetustis codicibus. & infra statim· Portum rutubis). Ptolomæus Rusibis. Nihil muto: sed collido. & infra. Risardir). uetus lectio Risadir: quod quidē ex Antonino & Ptolomæo fere colligitur a monte Risadiro mari Atlantico·

Autololes

locus Solini

I tem lucani

Risadir

Ex eodem. primo.

Gætulos autoteles flumen cosenū). Lego Gætulos Autolales: unde purpura Gætulica lib. vi. & . ix. Sunt & Automolæ in Aphrica Aethiopes artemidoro Pomponio Herodoto: sed ab his diuersi. Verbū autem Cosenum: uetus lectio Vesunū aut. Vesunum. alias· & sequēti capite pars autolalū Vesuni· Ptolomæus tamen Cusam amnem prope Rusibin portū collocat & utiq; post Salam fluuiū & alio plane loco q̄ Plinius.

Automolæ

Ex eodem. cap. primo.

Peroros & porusios). Ptolomæus Perorsos. Strabo Dionysius artemidorus pharusios: Interim & phaurusios: unde natum ut quandoq; lectitemus Phorusios: & quod sequens est porusios. Multo deterius qui charusios. Item. Oeonochema)· Legendū Theon Ochema ex Ptolomæo Pomponio Mela Plinio uolumine secundo prope calcem: ut ea uox deorum montem seu uehiculum significet.

Theon Ochema

Ex eodem. primo.

Cedro). Legendū Citro ex uetustis codicibus & Plinio Lucano Martiale cæteris: ut nemo ignoret Citreas mēsas ebore muniri & ornari cōsueuisse. illud ī trāsitu libauerim: apud Dionē: & aliquot scriptores græcos Cedrū & poma Cedria pro Citrio & Citriis appellata ıueniri. Nec illud omiserim Citros atlanticas ex qbus mēsæ fierēt: alterius oīno generis esse q̄ Citros nostrates: unde mala Medica nascunť. hæ folio spectanť Arbuti fere aut Lauri: ut ait Plinius: & testanť oculi. Atlāticæ ut idē auctor est Cupresso fœmine syluestri sunt similes: folio: odore: caudice.

Citreas Mensas apud . Dionē

Ex eodem primo.

In ora absala). Legēdū absala: ut duo sunt uerba: ex Ptolomæo Plinio Solino: ita flumē uocātibus & infra: Asanā. Ptolomæus asamā. & infra. Fuut). Ptolomæus Phthut. Iosephus ex historia iudæorum: phut: unde phutæi Mauritaniæ inquit populi a phut Chamæ filio: cuius pater Nœus. ita enim a græcis uocari tradit. quem Hebræi appellant Noe. & infra. Dirin). Strabo & cæteri per. y. Dyrin.

Phutæi Nœus

Ex eodem primo.

Præter grauitatē odoris)· Legendū præterq; grauitatē odoris: hoc est non solum fronde: sed odoris etiā grauitate similes cupressis uideri Citros atlantica. Plinius tertiodecimo uolumine: Sunt inqt Cupræsso fæminæ etiamnū syluestri similes folio odore caudice. Marciāus tamē Capella qui Plinii metaphrastes est in situ orbis: locū hunc perperam interpretať: atlas inquit gignit arbores Cupresso similes odore tamē graues. ut appareat erratum hoc Plinianis codicibus: iam inde a Marciani quoq; tempore inoleuisse: ipsum uero Marcianum cum iis quæ tertiodecimo libro legebanť nō cōtulisse. & infra. Dictato). scribendum est Dicato ex pliniana loquendi consuetudine·

Error Marciani De Cupsso

Ex capite Secundo.

Ad paucas reddit familias). scribendum Redit aut Recidit: ex uetustis codicibus Straboneq;. & īfra. Bamuræ)· Vetus lectio Bānurri. Ptolomæus Banniuri. & infra. Multosq; ualidissimi autololes). legendum multoq;. & infra. Nesuni). antiqua exemplaria Vesuni de quo & supra quoq; hoc libro dictum.

Ex eodem secundo.

Tamūda). Pōponius Tamuada. Ptolomæ. Taluda. uetus lectio Tamuda. qđ & placet. & īfra. Fluuius maluana). Ptolomæus & ātoninus malua. itē Siga ex aduerso maluāe ī hispania sitū). lego siga

ex adverso Malacæ in Hispania sitæ:ex uetustis codicibus & Mela pōponio. De Malacha Hispaniæ
Siga ignorat néo.Capella quoq; Martianus:Siga inqt oppidū e regione Malacā urbé Hispaniæ cōtéplat.

Ex eodem .ii.

Portus Magnus harpacio appellatus).Vetus lectio non Harpatio:sed a Spacio.Pomponius.Rusi
gada inquit & Siga paruæ urbes:&. portus cui Magno est cognomen ob spacium.Ptolomæus quoq;
Portus mag. de hoc ipso:Portus inquit magnus appellatur:nam deorum portus in Strabone stadiorum sexcento
rum amplitudine uidet alius a Magno:Antōinus diuinos portus distare a portu Magno uult.xxxvi.
M.p.Itemq; Ptolomæus fere:& īfra. Amnis mulucha(.Strabo Molochath.Ptolomæus Molochth
sed Salustius cum Plinio Mulucha. Ex eodem .ii.

Xenitana Quiza cenitana).Vetus lectio zenitana:fortasse Xenitana Erat enim ut īquit hoc loco Plinius pe
regrinorum oppidum.de Quiza Ptolomæus & Antoninus:& īfra. Gunugii). Ptolomæus Canug
gis.Antoninus tamé cum Plinio.& infra. Oppidum nouum & latio datum tipasa). Distinguēdū
est:ita ut non unius sed duarum sint urbium uocabula. Oppidum nouum & Tipasa:utiq; si Antonio
& Ptolomæo credimus:qui post Tipasam occidétem uersus Oppidoneum(ita enim uocat ipse) col
locauit.& infra. Rusguniæ).Vetus lectio & Ptolomæus & Antoninus & Martianus Rusconiæ.

Ex eodem .ii.

Rusaris Ruzasus colonia).Ex Ptolomæo Rusarus.Antoninus quoq; Rusaris municipium a Saldis colōia
distat inquit.xxxv.M.p.Et infra. Salde Stephanus Salgam & oppidum & amnem .Sed recte plini/
us ex Ptolomæo qui Saldam:& Antonino & Martiano qui Saldas plurali numero. Ex eodé.ii.

Quæ item sucha barithentubi subtu).Frequés mendis locus:sed ita restituendus ex ptolomæo &
antonino & uetustis fere codicibus. Quæ item Succabar:item Tubusuptus.scio in eadem terra &
Suptum quoq; tradi urbem a Ptolomæo. Ex eodem.ii.

Ciuitates tirmici tigaue).Ptolomæus Timici pigaue sed & uetus lectio Timici.nō Tirmici.Anto
ninus tamé Tigaue nō Pigaue.Et supra. Gigili).Ptolomæus & Antoninus & Martianus & uetus
Sardabale lectio Igilgili.& infra. Sardana lauernabar).Lego Sardabala Nabar.partim ex uetustis codicibus:
partim ex Mela Pomponio:Sardabale inquit fluuius & Nabar paulo post.

Ex capite.iii.

Cullurus ichade).Legendum Cullu Rusicade.Ptolomæus:Colops īquit est quam & Cullu uocāt.
Culli Solinus Culli purpurario fuco celebrem.Antōinus Culli municipiū a Rusicada īquit distat.L.M.p.
Scribitq; non per.c.sed per.ch.quod & Ptolomæus facit.Colops tamen per.c.De Rusicada etiā Pō/
ponius Chullu duplex magnum & paruum iisdem auctoribus.

Ex eodem .iii.

Bulla regia):In Ptolomæo quidem latino fere legitur Bullaria:sed corrupte pro Bulla regia:nā &
Locus Ptolomæi in græcis codicibus ita scriptum est.Antoninus.Bulla inquit regia distat a Simittu colōia septé.M.p.
Martianus quoq; Cirta inquit & interius Sicca & Bullaregia.Item. Tachabracha).Legendum Ta
bracha ex Strabone Ptolomæo Iuuenale Claudiano Solino Italico. Martianus:In ora inqt Hippo re
gius ac Tabracha:Nam Tabathra Polybius & Stephanus:sed diuersum in eadem terra.Ité Sabathra
Sabathra inter Syrtes Ptolomæus & silius:Sabathra tum Tyrium uulgus Sarranaq; leptis.

Diarrhyton Ex capite.iiii.

Hipponem dirutum).Quid si legas Dilutum.hoc est irriguum:nam & græci Diarhyton appellāt
hoc est aquis circundatum & madenté palustri solo:ut Ptolomæus demōstrat atq; Plinius libro.viiii.
Hippo item Pomponius.Duos autem Hipponas fuisse hanc & Basilicum:id est Regiū.ex Plinio Pomponio
Antonino Ptolomæoq; colligit.De Regio silius:& uaga & antiquis dilectus regibus Hippo.ab equi/
Locus apulei tio nomen urbi datū uidetur:nā & stabuli deā Appuleius Hipponé uocari tradit libro metamorpho
Ité Iuuenalis seos tertio.etiā si Hippona médose scriptū est.Iuuenalis iurat solā Hippo & facies Olida ad præsepia
pictas.ita enim lego nō ut hactenus factū est Hippōa:ne delumbet uersus:nā ut Dido & Māto:p Di/
doné & Mantoné.ita pro Hipponé Hippo accusandi casus dicimus:in hoc quod incidebat:diuertisse
inuidia ne sit. Ex eodem .iiii

Misua).Ptolomæus Nisua.Stephanus in Aphrica urbem Nysas:ut Athenas Thebas & cætera eius
Clupea modi.sed ut misuam tamé defédas & Martianus facit & Antoninus qui ait A Misua inquit Carpos.
Aspis ccc.stadia.& infra. Clupea(Lucanus quarto Clipeā.Ité Strabo antoninusq;.hæc a græcis uocatur
aspis.Silius.In clipei specié curuatis turribus aspis Plinius tamé & hic & ubiq; Glupeā.sed & Mela & ī
rebus a Cæsare gestis Hircius siue quoniā ut notū oībus:magna inter.I.& .V.affinitas est siue & Cli/
peus a græco uerbo ductū cælaturā significante:ut Plinio fere placet:per.y.scribendū uidetur.Ptolo
Locus Ptolomæi mæus Clypeā & aspidé quasi duas urbes facit:nisi quod uereor:in exemplari uitiū é cū.Straboné lege
re potuerit dicété:Cosura insula est ante aspidé sita Cartaginésem urbé:quā Clypeam inquit uocant.

Ex eodem.iiii.

Curubisne appollinis).Legendum ex antiquis exéplaribus Herodoto Strabone Ptolomæo anto

nino Martiano Curubis Neapolis:quanq̃ Herodotus insulã circa hæc Adhricæ loca:quæ Bysacii te/ Curubis
nent·Cyrabin uocauit:a qua urbi fortasse nomen inditum Curubis·& infra. Bizantium).Strabo
Byzacium:unde Byzacænus ager apud Solinũ Ptolomæus quoq₃ regioné Byzacitin Stephanus Bys
sacitas & Byssacænos : unde Byssacena quoq₃ uulgo uestis & regio Byssacia·Sũt tamen inquit qui By Byssacæna
zantium & Byzantas populos eos dicant.Herodotus p.g.Gyzantas.corruptã in eo lectionem inquit Vestis
putarem:nisi Herodianus quoq₃ ita nomiasset. Polybius .Byssatida circa Syrtem duum·M·stad.hoc
est ut Plinius ait.ccl.M.p·circuitu.Idem auctor libro decimooctauo ut pote inquit cum e modio si sit
aptum solũ:quale in Byzantio aphricæ campo centeni quinquageni modi reddantur.Item decimose
ptimo:In aphricæ inquit byzantio illum centena & quinquagena fruge fertilem campum.etiã si cen/
tesima hic tantum dicatur·Martianus:Qui byzantiũ inquit incolunt in aphrica messes cẽtesimo ĩcre
mento fœnerantur·Eustathius & antoninus quoq₃ byzãtium.Libiphœnices uero quos Plinius hoc Libyphœni/
loco citat sunt auctore Liuio mixtum Punicum aphris genus. Ex eodem .iiii. ces

Thena auesinacon madesta chape).Legendum Thenæ Macomades Tacape Antõinus :a Maco/
madibus ĩquit Thenas·xvii.M·p.Sunt & ad Syrtin alteram Macomades eodem auctore:itemq₃' Pto
lomæo.qui circa paruã Syrtin oppida illa tria nominat hoc ordine:Thenæ:Macomeda:Tacapa:Pli/
nius Martianus & Antoninus omnia ea plurali numero.De tacapis & eius agri feracitate sextodecĩo
item octauodecimo uolumine.Verbum autem illud aues:quod inter thenas & Macomades positum
est nisi auses legatur ex quarto Herodoti populum in aphrica sic uocantis:haud scio quidam loco eius Auses
substituendum sit. Ex eodem.iiii.

Oensis):Pomponius Ozensis·uetusti codices Occẽsis Antoninus Oceam coloniã.Ptolomæus·eoã
urbé.Ipse arbitror Oeã & Oeenses scribédũ & hic & inferius:itẽq₃ apud Solinũ silius.Oeaq₃ trinacri Oea
os aphris permixta colonos.Martianus:In deflexu inquit ciuitas Oeensis:per.œ. diphthongum:nam
per.æ.urbs est Colchica:unde Circen Aeæam cognominant.apuleius at tu inquit,scis me tris eadem
die seruos Oeæ manumisisse:de qua urbe intelligat:& quemadmodũ in eo scribendũ sit Aea an Oea
facile didiceris in defensione ad Claudium maximum Procõsolé:apud Oeenses aesculapiũ coli solitũ
idem Appuleius auctor.est eum enim deum ubiq₃ celebrabãt:ut in deo Socratis edisserit.

Ex eodem.iiii.

Cyniphos fluuius).Lego Cynips ex codicibus uetusti Ptolomæoq₃.Põponius.Vltra ĩqt est Oea
oppidum & Cynips fluuius:Herodotus Cynips ĩquit amnis e colle qui Gratiarum dicitur in mare p
Macas influuit.Vnde Silius.Cyniphiumq₃ Macé.Et alio loco Cyniphii didicere Macæ squalẽtia bar Cynips
ba Ora uiris humerosq₃ legunt uelamĩe capri Setigero·Vergilius.Cyniphii tondẽt hirci.Sed & Clau
dianus & poetæ cæteri. Ex eodem .iiii.

Neapolis taphra habrotonum leptis altera quæ cognominatur magna) . Strabo abrotonũ quæ
Leptis ĩquit cognomĩat:ut uideri possit Leptin hoc loco nõ aliã esse q̃ abrotonũ.ephorus abrotonũ
cum Neapoli eandé esse prodidit.Ptolomæus & Eustathius Neapolin a Lepti magna nihil distingũt
solinus Oppida inquit Tripolis Taphra abrotonum Leptis altera quæ cognominatur Magna.achæi
Tripolin inquit lingua sua signant de trium urbiũ numero Taphræ :abrotoni:Leptis magnæ:uti mi
rum ne sit alios aliter ciuitates eas uocasse:quæ in unum quasi corpus nomenq₃ coierint Ob id Tripo
lis aphricana dicitur in hodiernum quoq₃.additur aphricana:ut a Tripolis Syriaca in Phœnice diffe/
rat:quam Tyrii Sidonii aradiiq₃:ut post dicemus:obtinent.ipsam porro Taphrã Ptolomæus Taphru Tripolis
ram·Pomponius tamen·abrotonum:Taphræ:Neapolis:ad Syrtin inquit adiacent.& paulo infra Tũ
leptis inquit altera & Syrtis nomine atq₃ ingenio par priori.

Ex eodem ·iiii.

Burion appellatur).Legẽdum Borion:hoc est aquilonium:Strabo Põponius Ptolomæus Antoni
nus Solinus·ité. Absuritanũ).Ptolomæus & Antonius assuritanũ. Abutucẽse). Ptolomæus abit
tacense. Chimanense)·Ptolomæus Chilmanense. Rhimituẽse).Antoninus Simittuẽse ab Simit
tu colõia septem.M.p.a Bulla regia.Ptolomæus quoq₃ Simisthu pro Simittu eodem situ.habét & ue
tusti codices fere Simittuense.

Ex eodem.iiii.

Thunusidiense).Ptolomæus a Thunasda Thunusdense.Item. Tuburbiẽse)·Vetus lectio & Pto/
lomæus Tuburnicense:a colonia Tuburnica:nam de Tuburbi dictũ est superius tuburbi uero duplex Tuburbi
erat:ut Antonino placet:Maius & Minus.Meminit & Ptolomæus·Fuit & tubursica·& infra· Tybi
drumense tibigense).Ptolomæus a tynidrumo & Tieba tynidrumense tiebicense.& infra. Achari/
tanum auinense).Ptolomæus aparitanum & auittense.habet inquit & auidense.

Ex eodem . iiii.

Abziritanũ melzenitanum marerense).Ptolomæus aziritanum Melditanũ Madurẽse·Herodo/
tus quoq₃ oppidum in aphrica uocauit azirin & aziristum:unde aziristani siue aziritani a Cyrenæis
cõditũ e regione ĩsulæ cui nomé platea.Madurẽse uero id sit unde Appuleius in ipso Gætuliæ ac Nu Madurense

midiæ confinio Romana colonia.nam & uetus lectio Materense habebat pro Madurense:quod po-
stea Madaurése dictum uidetur.Item. Di ricense) ·Scribendum per.t.non per.d.ratione sæpius di
ctæ etiam si Ptolomæus Turgense.& infra. Thiphicense)·Ptolomæus Tisicense.& infra. Tunisen
se).Ptolomæus Tinusense:itéq; uetusti fere codices. Schoedense).Vetus lectio Theudése. Ptolo-
mæus quoq; theudali urbem his locis nominat·Alioquin & ab·t·nõ ab.s·littera incipiat oportet. & ĩ
fra. Tagasense)·Antoninus ab oppido Tagasta tagastense.& qui Aurelii Augustini uitam scripse-
Ex eodem.iiii·
Augustinus Tagastensis
re:tagastensem eum fuisse memorant.
Sigense ulusuburitanum).Et hic error in uerbo Sigense:quoniã de littera·s·non dessseritur hoc lo
co:sed aut de.t.aut de.u.quod ex præcedentibus a ut sequentibus liquere potest·nam Vlusuburitanũ
Ptolomæus Vliziburanum & alia his similia:quæ nõ tam corrigédi proposito attulimus :q̃ monédi:
Barbara locorum uocabula:non modo inepta & aspera:sed etiam ineloquibilia non semp eodem so-
Ex eodem.iiii·
no utraq; lingua efferri consueuisse.
Vagiense aliud sigense zianiense)·Vetus lectio Vagense aliud & Zamense Verbum auté Sigése
zame
uel ab.u.uel ab·z· incipiat necesse est:ut constat.De zamensi Plinius trigesimo primo libro:zame in-
quit ĩ Aphrica fons e:ex quo canoras uoces fieri Varro tradit·Meminit & Vitruuius:ubi pueros ait
Calastros Pueros
ad hoc munus quæri a Regibus:& Calastros appellari.& infra. Nattabudes).Ptolomæus Natabu
tæ). Musulani).Ptolomæus & antiqua lectio Musulami· Sabarbares): IlleSaburbures· Mas-
syllini ciues) Ille Massyli Nisiues.& infra. Mussini marchubi)·Ptolomæus Misuni Marchubii.
Ex capite.v.
Arsinoe theutyra).Scribendũ Tauchera:ex Ptolomæo Stephano Strabone:Post Bærenicen inqt
Tauchera Arsinoen
oppidum est tauchera:quod & Arsinoen appellát.Antoninus quoq; teuchira.Marcellinus:Arsinoe ĩ
Ex eodem ·v.
quit eadem teuchira.
Catabathmum).Quidam salustium citantes Catabathynũ legunt:quia decliuem latitudinem au
Locus Ptolomæi & Salustii Catabathmus
ctoris dixisset:adiicientes in testimoniũ & Ptolomæi corruptos in latino codices quasi Catabahmus
απο του καταβαινειν id ipsum nõ significet.Plinius:Finis inquit Cyrenaicæ Catabathmus oppidũ
& uallis repente conuexa.Pomponius:Catabathmos inquit uallis deuexa in Aegyptũ finit Aphricã.
Nempe aliud est decliuia & deuexa esse loca(id quod Catabathmus ipso noíe præsentat) aliud caua
& ꝓfunda:id quod Catabathynos·si usq̃ legeret:exprimeret.sed quid in re aperta moror? nullus græ
cæ aut latine liber est in quo nõ Catabathmus scribatur.Plinius:Strabo:Ptolomæus:Pomponius:dio
dorus:Eustathius:Stephanus:Dionysius:Martianus Antoninus:solinus:a me sunt:& tamen si diis pla
cet qui hunc locum uolebát corrũpere:misereri se quorundá inscitiæ testant:qui ne insignia quidem
erata uidere possent·Catabathmos est Ptolomæo:maior & minor.
Ex eodem. v.
Paretonis
Aparedoni regione).Legédum Aparætonii regione:nam & pars aphricæ Parætonios uocatur &
ciuitas quam ueteres Hámoniam dicebát.Aleádriæ ut inqt Stephanus uicina.Strabo Etymũ uocabu
Hammonia Halbystæ
li huius fere insinuat:quod quidé ipsius uerbis ponam. μαρμαρι ται προσχωρουσιν ιπι πλεον τη
κυρηναια και παρατεινουσι μεχρι αμμωνος.Ex his quamobrem Parætonium & Hammonia uo
caretur liquet.Meminit & Ptolomæus & infra Plinius Antoninusq; atq; Martianus.
Ex eodem.v·
Hasbytæ).Veteres fere pronunciát Asbystæ ab oppido Abysta ut Herodotus & Dionysius poe
ta:item Callimachus οιη τε τριτωνοσ αφυλασιν ασβυσαο.In Ptolomæo tamé Eustathio ac Silio
scriptum est Hasbytæ.& paulo supra. Acrauce lesetiani). Legendũ est ex Ptolomæo Stephano ue
tustis codicibus Ararauceles & iá in ora Syrtis Nasamones.& infra. Laseri modo).Scribendũ ita
ut cum sequéti iungas hoc sensu:Fertilem esse tractũ eũ lasere quo post Nasamonas Hasbystæ ac ma
cæ uiuant.Solinus:Hasbystæ inquit uiuunt lasere hoc aluntur:hoc illis dulce est.
Ex eodem·v.
Verphazania).Vetusti codices Versa phazania:ut sit sensus ad solitudines. Aphricæ sup minoré
Syrtin dictas uersam esse Phazaniá.sequit enim protinus:Vbi genté Phasaniorũ subegimus.& ĩfra.
Garadamũ).Solinus & uetus lectio Garamana·Ptolomæus Garama·Et ĩfra Detris affuso fon-
Garamma Fons Solis
te).Solinus Debris·lectio antiqua Dedris.Ptolomæus Bedron siue Bedirõ·Garama ĩquit Metropo-
lis & Bedron.Ex hac collatione fit ut nomenclaturá Solini fere approbé.De hoc fonte solis post He
rodotũ non nemo locutus est:quanq̃ nõ eodem situ omnes.Ptolomæus etiá multis inde milibus sta
diorũ orientem septentrionéq; uersus.Nisi quis duos in Libya fontes huiusmodi ꝓhibeat:quod fere
Plinius secũdo uolumíe significat.Iouis inqt Hámonis fons interdiu frigidus noctibus feruet.In Tro
glodytis uero Fons inquit solis appellatur dulcis·& circa meridié maxime frigidus mox paulatim te-
pescens ad noctis media feruore & amaritudine infestat.Põponius cõfundit fere:In Cyreniaca inq
sunt Hámonis oraculũ & fons solis:hic media ĩqt nocte feruet mox & paulatĩ tepescés luce frigidus
tũc ut sol surgit:ita frigidior subĩde ꝑ meridié maxíe riget:sumit deĩde tepores iterũ & reliqua & ĩfra

Vnius omnium curru externo).Legendū uidetur Vni omniū externo.deinde sequit̃ curru & quiritū iure donato.Plinius libro septimo:Fuit inqt & Balbus Cornelius maior cōsul:sed accusatus atq̃ de iure uirgarum in iudicum consiliū missus primus externorum atq̃ etiā in Oceano genitoꝝ: usus illo honore quē maiores Latio quoq̃ negauerunt.Meminit & Solinus ut Ciceronē Straboneq̃ praetercam.Nam ius Quiritū aliud nō erat q̃ donari ciuitate.Iulius Capitolinus a Balbo īquit Cornelio Theophane originē balbinus ducens qui per Gn.Pompeium ciuitatem meruerat eū esset patriæ suæ nobilissimus.

Ius Quiritū Qui sit

Ex eodem .v.

Niteris nationis digemella oppidum).Vetus lectio Niteris natio Nigligemella oppidum.Id ex cōsuetudine loquendi Pliniana sumi potest:sequitur enim Bubeiū natio:Velo oppidū.Enipi natio:Thuben oppidum.In quo notandū illud:q̃ uerbum. Vel).nō disiūctio est:sed nomē oppidi bisyllabū: ut Suel in Hispania.

Vel nomen oppidi bisyllabum

Ex capite.vi

Intus apis).Strabo nō intus:sed uicus apis.In Ptolomæo quoq̃ Apis in ora est:nō intus:etiā si pleriq̃ Aspin corrupte scribūt uidetur autē uocatus Apis:quia nobilis religione Aegypti locus esset:etenim bos Aegyptus qui numinis uice colit̃ & Epaphos ut Herodoto placet:& apis est appellatus.Potest & legi quemadmodum Martianus:Inde apis īquit & reliqua.& infra Ab eo parætonium.lxii..M.p.lego.xii.M.p.ex Strabone qui cētū fere stadiis abesse scribit apin a parætonio apud Martianū error idē:Inde īquit apis a quo parætoniū in sexaginta duobus milibus.Ex Ptolomæo tamē cū unius tantum partis triente distent stadia centum sexagintasex intererunt.

Apis

Apud Marcianū error

Ex capite.vii.

Menix).Legēdū Meninx ex Strabōe Solino Ptolomæo cæteris.In hac īsula post Minturnēses paludes.C.Marius delituit.& infra. Thoiar).Ptolomæus:meningem inquit ab aphricæ latere:ab altero Gira.paulopost. Contra leū cercina).Strabo contra a Leuo Cercina:hoc est a sinistro Syrtis minoris promontorio.potest & cōtra Leuum & sensus idem manebit.

Minturnenses Paludes

Ex eodem.vii.

Timisiones).Legendũ themisones aut Themisonii a Themisonio Phrygiæ maioris loco ꝓpe Lyciam ex Artemidoro Strabone Ptolomæo.non enim de Caria plusq̃ de conuentibus hic agitur:ut in Lycaonia dictum est & supra mox.Prius inquit terga & mediterraneas iurisdictiones indica sse conueniat.Quod autem non multo post subsequitur. Sinnada. Scribendum Synnada ex Stephano ꝑ .y.quoniam prius inquit Synnæa diceretur a congregatis eo loci Græcis Macedonibusq;.Acamantẽ post captũ Ilium secutis conditorem urbis.In quo meminisse oportet in hac parte Phrygiæ tria loca esse uicinis quidẽ uocabulis sed remota:Est Synnaus siue Synnados Ptolomæo prope Dorylaum.deinde Synnada unde marmor Synnadicũ Ptolomæo Straboni Plinio:post Sannaus iuxta Themissonium Straboni a Ptolomæo Sannis appellatus de quo forte Plinius secũdo libro.Lacus ĩqt Sannaus in Asia circumnascente Absynthio inficit̃:quanq̃ & per simplex.n.scriptũ apud græcos est Sanis & Sanaus.quia tamen in uetustis Plinianis codicibus nõ lacus Sannaus sed Annaus legitur:nõ desunt qui Anæus scribendũ in Plinio putent ut libro sextodecimo notabimus in mentione harundinum quas ad Anæiticum lacum in Asia gigni tradit. Ex eodem capite.xxix.

Synnada

Vnde Marmor Synnadicum
Sanaus

Corpeni dorilei mudei).Scribẽdũ forte Cercopẽi.Dorylæi Midæi a Cercopia Dorylæo Midis quæ sunt Phrygiæ maioris oppida Ptolomæus auctor.Sciendũ tamẽ oppidũ Midas aliquãdo μιδαειον & μιδαιον uocari Plinio Straboni Ptolomæo.nã & Doryleum & Dorieum & Dorylium quoq; dici potest hoc modo δορυλλαιον δοριειον δορυλλειον iisdem auctoribus Eustathio ac Stephano.Dorylaum & Dorylenses Cicero ĩ oratiõe pro. L.Flacco possit aliquis Eucarpeni scribere siquis malit ita q̃ Cercopeni ab Eucarpia Phrygiæ itẽ urbe ut Metrophanes & Strabo Ptolomæus testant̃. in qua racemi feracitate ac magnitudine spectabiles:unde & nomen. Ex eodem.xxix.

Dorylenses

Orba).scribe Orga ex strabone ita fluuiũ uocãte in Mæandrum cadẽtẽ cũ Marsya.Et infra. Acmonesos).Legẽdũ cõiunctim Acmonenses siue Acmoniẽses ex Ptolomæo ab urbe Phrygiæ Acmonia.quã Acmon Manei filius ut Alexandro placet cõdiderit.& infra. Siluianos).Ptolomæus quidẽ a sylbio Phrygiæ oppido silbianos.sed Eustathius & stephanus syllæum & syllion id uident̃ appellasse:unde syllenses ut Dorylænses siue sylleani:quanq̃ fieri põt aut duo esse syllæum & silbion aut rationem pronunciandi consuetudine mutatam.Fuit & in ionia prope smyrnam sillyum ut inquit stephanus:a quo sillyenses & sillyani. Ex eodem.xxix.

Sylium

Placium).Vetus lectio Piatum stephanus πιταου πολισ καριασ a Piato Phryge:ut pitaium latine dici possit a quo Pitaenses:quoniam græce πιταεισ dicantur.& infra. Eutane).scribẽdum Euthanæ.stephanus Cariæ inquit oppidum ευθηναι: Ex eodem.xxix.

Thagele asideni etnassa).scribo Tgeágela sibde Medmassa ex stephano.Hecatæus quoq; medmasson.Inuenit̃ & Dedmasa urbs in eadẽ terra.Est autẽ hoc cõe multis locis præsertim ĩ Caria ut alii masculino alii fœminino genere ꝓnũcient quæ ꝑ geminũ.s.circa finẽ scribunt̃.ut Hydissos & Hydissa: Pedassos & Pedassa:Edebessos & Edebessa.Quod aũt hic dicitur:A magno Alexadro cõtributa oppida sex Halicarnasso:aliter strabo qui sic ait ex octo ciuitatibus sex in unam contulit Mausolus.Deinde sequitur σουαγελα δε και μυνδον διεφυλαξε. hoc est duas urbes suagela & Myndũ seruatas magno errore interpretis:qui nõ suagela sed cũ Gela uerterit:quasi non σουαγελα sed συν αγελα scriptũ putaret.significat aũt suagela Regis tumulũ apud Caras:ut ĩqt stephanus. Ex eodẽ.xxix.

Suagela
Myndum

Telmessum).Diximus qdẽ supra ex Ciceronis & Plinii sentẽtia Telmessum Cariæ urbem cẽseri quia tamen de Telmesso in Liciæ cõfinio dictũ est:addubitari iure potest:ecquid rectius sit hoc loco: Themissum:quã stephanus a Themisso Đadæ cõditoris filio quẽ lupi lacerauere in Caria uocatã scribit:q̃ Telmessum legi.Alias:si & hic Telmessus recipiat̃:aut duras Telmessos:alterã Liciæ:alterã Cariæ fecerimus:& in ea quæ Cariæ sit magicas uanitates exerceri solitas intelligẽdũ fuerit:aut unã quidẽ eandẽq; cũ priori:ut stephano uideri diximus sed cõtributã Halicarnasso:proptereaq; repetitam. Ex eodem.xxix.

Telmessos

Duos ſinus ceraunicũ & iaſiũ).Scribo Ceramicũ:nõ Ceraunicum:ex Plinio ſequẽtibus:In Ceramico ĩquit ſinu Priapõneſos.Ptolomæus quoqꝫ urbem in Gnidia Cherſoneſo a qua nomen ſinus habet.Ceramum uocat.& infra Plinius haud multo poſt quanq̃ & gemina poteſt Ceramus fuiſſe:ĩ Mediterraneo:de qua Plinius:in Ora:de qua Ptolomæus. Ex eodem .xxix.

Caryanda
Palus & inſula
Locus Inſignis Delphini fœdere cum puero
Polyanthia

Arianda).Hecatæus & Strabo Caryanda his uerbis.Bargylia inqt ciuitas & in medio Caryanda palus & inſula cognominis.Plinius quoqꝫ inter inſulas Aſiæ caryanda inquit cum oppido.cæterũ iaſſius & oppidum iaſſos de quibus hic agitur per geminũ.s.a græcis parte plurima:nõ ſemp tamẽ ſcribũtur.Inſignis locus Delphini fœdere cum puero:ut uolumĩe dicturi ſumus nono. Nam & Myndus & Palæmyndus & Bargylia per.y.ex Strabone Ptolomæo cæteris. Ex eodem .xxix.

Othruſa).Vetus lectio Ptolomæus Strabo Plinius ultimo uolumĩe Orthoſia.Eſt & ĩ ſyria ciuitas hoc nomĩe ut p̃diximus.& infra. Niſa euanthia).Scribẽdũ Nyſa & Euanthia ex Stephano a floribus polyanthia quoqꝫ dicta:ſicut a munitione loci Erymne atqꝫ charax. Ex eodem xxix.

Troezene

Miſon alabanda).Scribendũ Amyzon Alabanda ex ueteri lectione Ptolomæo ac Strabone.qui poſt Alabanda ſtatim ſubiungit Amyzon Heraclea Euromos.& infra. Stratonice alibra).Scribẽdum Alinda nõ alibra ex Strabone Ptolomæoqꝫ poſt ſtratonicen ꝓtinus Alinda nominante.Stephanus alidra.& infra. Throcene).Vetus lectio Trœzene:nam & Halicarnaſum in Caria Trœzenii qdã inhabitaſſe perhibentur duce anthe:ut Challimachus & Apollonius teſtant̃.Et Plinius libro decimo.Fama ĩqt Crateri Monocerotis cognomine in Trœzena Aſiæ regiõe coruoꝝ opera uenãtis.

Ex eodem.xxix.

Xyſtis

Xyſtrani).Vetus lectio Xyſtiani:ſed & Stephanus ab urbe cariæ quæ Xyſtis appellat̃.Et ĩfra Hydienſes).Ptolomæus Hydiſſenſes ab Hydiſſa oppido quod & Hydiſſos ut ſupiore capite notauimus appellatur:niſi quis Hydenſes ab urbe Lydorum Hyde Scribẽdum putet:in qua Omphale iordani filia regnauerit:Hyle ut arbitrant̃ aliqui ab Homero dicta illo uerſu qui de ſutore Tychio ẽ σκυτοτομορ οχαριϛοσ υλη ερι οικιαραιωρ ex Stephano ſed pleriqꝫ ut paulo poſt dicemus Hyden pro Sardibus accipiunt.

Omphala
Iordani filia

Ex eodem.xxix.

Coſinus).Scribendum Coſcinus ex uetuſtis codicibus & Strabone.Loca.ĩquit relatu digna Mæãdro circumiacent Orthoſia & Coſcinia. Ex odem . xxix

Sardes Lydie Caput

Lyde myde uocitata).Lego Hyde uocitata:ut uerbum e duobus alterum temere inculcatum ſit & utrunqꝫ deprauatũ.Confirmat & uetus lectio:itemqꝫ Strabo.Euſtathius:Sardes inquit Lydiæ terræ caput & Regia.Hydam ab Homero dictam exiſtimãt:Aſtipulat̃ & Leander nicator:qui de Nomẽclaturis oppidorum ſcripſit. Ex eodem.xxix.

Latmius

Hircalleticos cãpos).Vetus lectio Bargylieticos.Põponius Ptalomæus Strabo Plinius & ipſi Bargyliam in Caria conſtituunt:a Bellorophontis comite Bargylo quem pegaſus occiderit.Andanum a Caribus uocatam auctore Stephano.& infra. Mons latinus).Scribendũ Latmius ex Strabone Ptolomæo pauſania Põponio:quẽ Homerus φθιρωρ οροσ uocauerit:ut Hecatæo placet:ubi Endymionis tota fabuloſitas poetis utriuſqꝫ linguæ.apud nos quidem etiam Catullo.nam Ouidius.Et ſubeãt animo latmia ſaxa:tuo quãq̃ ĩ eo uerſu Lamia corrupte legebat̃. Fuit ibi & Latmus oppidum:nam & Latmus inſula Thucydidi libro tertio.Quod autẽ ſequitur Heraclea montis eius cognominis Cariæ hunc ſenſum habet.Heracleam fuiſſe ibi cognomento Latmiã.quia ut inquit Strabo ſita eſſet ſub eo monte Homerus quoqꝫ id ipſum confirmat Heracleam ad Latmum appellando & Cariæ cõtributã dicendo.& infra ſtatim. Minus).Laudo qui Myus legunt ex Pauſania ptolomæo cæteris.Strabo. Cydrelus inquit Athenienſis Codri filius opppidum Mynuda condidit.

Myus

Ex eodem.xxix.

Trogela).Strabo Trogilia ubi & Trogilios quoqꝫ uocaretur inſula:quam Plinius Trogilias appellat producitur in eo uerbo prima.Nomen ut Ptolomæus auctor eſt a promontorio Trogilio.in.Sicilia quoqꝫ regio Trogilos fuit Thucydidi iuxta Megaras ad amnem Pantagiam.Fuit & in Macedonia locus hoc nomine Stephano:quanq̃ Tragila ibi potius q̃ Trogila:unde Aſclepiades:qui Tragodumena uoluminibus ſex conſcripſit ad Cherſoneſum Thraciæ locata.

Tragodumena ſcripſit Aſclepiades

Ex eodem . xxix

Phygela).Strabo & Stephanus Pygella:nec a fugitiuis:ſed a morbi genere cognominatã uideri uolunt:Agamemnone ibi ſocios pygallias uocatos:qui ſequi non poterant relinquere Põponius tamẽ & Dioſcorides Phygelã.unde Phygelites quoqꝫ unum dicatur.

Ex eodem.xxix.

Deraſidas inſulas ſecum abſtulit mare).Scribendũ Mari:non Mare:ut ſit ſenſus:eas quõdã inſulas fuiſſe:quas Magneſia urbs littori appoſita ſecum abſtulerit mari:opere Mæandri fluuit terrã adaggerãtis:Plinius ſecũdo libro Natura inquit abſtulit inſulas mari.Iunxitqꝫ terris Syriten Epheſſus ĩ mediterranea habet.Deraſidas & Sophoniã uicinã ei Magneſia.Scribẽdũ.n.Vicina.nõ uicinã. Abeſt enĩ ab Epheſo Magneſia:ut hic ait Plinius.xv . M.p.Quod autem ſequitur. Trallibus abeſſe Magneſiam

Magneſia

eo amplius·ccc·M·Impudentissimũ est erratũ:ꝓpterea ꝗ admodũ ꝓpinqua Trallibus Magnesia statuit Straboni Ptolomæo cæteris. Proĩde sunt codices in qbus ita legit. Trallibus eo ãplius trecẽtos: hoc ẽ passus. Desyrite paulopost & hoc loco Plinius:sed. Syrien).non syriten uocat Mediisq; iã cãpis syrien inqt ĩsulã adiecit:ut uel hoc uel secũdo libro mẽda sit. Ex eodem·xxix.

Trallis
Magnesia

In ora autem matium). Et paulopost. Mathium aliud). Scribẽdũ arbitror Manteum:ita.n.oraculis dicata loca græci nominãt ut cõstat. Vtitur & Cicero uoce illa in libro de finibus secũdo:ut quasi de Manteo inquit promãt medicamenta illa epicurea:dolor si grauis:breuis:si longus leuis Stephanus σουρα φησι μαρτειον λυκιασ . hoc attuli:ut hanc consuetudinẽ sermonis apud alios quoq; notaremus fuisse. Ex eodem·xxix.

Thracia & hemonion & ptele Stephanus Thrichia samorniõ Ptelea. Eustathius nõ Trichiam:sed tracheam samornion uero ab una Amazonũ samorna:ptelea Dionysius.quoniã ex ulmo Amazões Dianæ altaria fecissent.& infra. Castro amne). Legendũ Caystro ex Strabone:post egressum inquit Caystri amnis lacus est selenusius cognomĩe:in alterum statim lacũ influens. Hoc illud est qđ Plinius hoc loco. E diuersis inquit Regionibus duo selenuntes. Caystrũ uero dictũ putãt ἀπο του καιεσθαι hoc est Amburi:quoniam propinquus sit Catacecaumenæ:quæ pars est Ephesiæ pretorrida & Deustæ similis:nulla præter uitem arbore sed uino ꝓstãtissimo:quod Vitruuius & Plinius Catacecaumeniten ex hac origine denominant. Alius est a caystro in eadẽ regione Cenchrius Ortygiũ nemus irrigans:in quo Latonam lauerit a partu nutrix Ortygia.sed quid in re cõfessa tundimus? & infra Dorion). Scribe Dorion. Tria porro hæc pteleon:Helos: Doriõ:ab iis quæ in pelopõneso sunt uidentur orta:in quo & Homeri uersum pretexui και πτελεον και ελοσ καὶ δωριον parua oĩno res:sed quæ delectet:& collatione parium:quæ nihil alud est ꝗ obseruatio & eruditio:cõmonere possit lectorem uel oscitantem. Ex eodem·xxix.

Cayster
Vnde
Cayster
Cenchrius
Vbi Latonã lauit a partu nutrix

Promontorium cyreneon). Legendũ forte Corycæon. Strabo quoq; mõtẽ Corycõ Mimanti ꝓximum facit:& corycæos inde populos Adagio ueteri ut diximus famosos. post Teon ĩqt Strabo corycus mons & portus corycæorum casystes:inde Mimas. Põponius tamẽ hinc ĩquit teos:illinc clazomene in ipsa uero pẽinsula est coryna.sed dici potest de corynæo infra paulo mẽtionẽ futurã·in quo tamen sciendum carynã a Stephão uocari eam.non corynam:unde carynæorũ tribus una de quinq; apud Ephessum. Ex eodem·xxix.

Coricus
Mons
Teos
Caryna

Epiothephoria). Vetus lectio Hippi chytophoria. Strabo Erythræ urbs ioniæ portum habet & quatuor adiacẽtes ĩsulas Hippos appellatas. At unde chytophoria? ex argumẽto illo:quod Ephorus & Strabo clazomenios tradunt in ea cõtinenti locum habitasse qui chyton appellaretur in Strabone tamen chytron siue chytrion pro chyto scriptum uidetur:sed Stephanus cum Ephoro.

Erithræ
Chytus

Ex eodẽ.xxix.

Ante tanealis) Lege tantalis:solinus:caput inqt Meoniæ sipylus tantalis antea dictus:& in illã uocabuli memoriã orbitatibus datus niobes. Id ipsum & Marcianus & cæteris.& infra. Inde abest.xii.M.p·& reliqua.iungãtur cũ uerbo præcedẽte hoc modo:Regrediẽtibus inde abest·xii·M.p.ab Amazone cõdita:& quæ sequuntur.supra quoq; paulo. Inde illicolpe & hinc libade). Vetus lectio:inde illi colpe & huic Lebade:ut uerbũ substituta repetatur. Nec illud utilitati:nõ famæ consulens præteriero uerba illa quæ supius habentur. Stagnum salochithæ & tharceopolis substituta syphilo). partim ex uetustis codicibus:partim ex cõiectura cõmodius ita legi.stagnũ sale.ob id & Archæopolis siue archopolis substituta sipylo.ita enim & cum præcedentibus & cum sequẽtibus egregie quadrauerit.cũ enĩ Meoniæ caput esset sipylus:nec extare amplius uel terræ motu euersa ut inqt:Strabo:uel hiatu deuorata:ut secũdo libro Plinius Ob hoc inqt substituta ei Archæopolis siue Archopolis quasi:caput alterũ aut capitis uicaria Plinii aũt uerba hæc sunt uolumine secundo:Ipsa inquit se condens terra deuorauit Sipylum in Magnesia & prius eodem loco clarissimã urbem quæ Tantalis uocabatur.

Sipylus
Tantalis
Vrbem

Ex eodem.xxix.

Iuxta adorilaũ). Scribe iuxta Dorylauũ:ut prædiximus ex Strabone Ptolomæo Cicerone Solinus Hermos inquit ortus a Dorylao Phrygiæ Phrygiã scindit a Caria Marcianus. Hermos inquit ortus Dorylao Phrygiã Cariãq; dispertit.& infra· Cesseopoli). Legendum puto cheseopolis producta prima ex Appollodoro chesiũ inquit ioniæ oppidũ est:Horus uero chesius ĩqt in ionia terra locus ẽ.

Chesium
Oppidum

Ex eodem·xxix.

Asipylo uero ephesum). Vetus lectio uerbum Asipyllo præcedẽtibus adiũgit hoc modo Magnetes a Sipylo.deinde sequitur:Ephesum uero alterum lumen Asiæ remotiores conueniunt.etenĩ Magnesia duplex est:ad meandrum una:ad sipylum altera:Strabone Ptolomæo cæteris.de priore supra hoc ipso capite:nũc de illa quæ ad Sipylum:siue quod:idẽ est a Sipylo uocatur: quemadmodũ Apoloniã in Troade paulopost reddendam:alii ad Rhyndacum amnem cognominant:Plinius a Rhyndaco.& infra. Mysi macedones). Rectius est ut iunctim mysomacedones legantur:quemadmodũ Mysotmolitæ:de quibus in Lydia. Ex eodem.xxix.

Mysomacedones

Rheam Lydi Appellant Man
Bacchus Massaris a Lydis

Metaurēses).Strabo Mastaurēses:itemq; Stephāus:quā Chrysorhoas amnis mediā secet:a Rhea dictam:quā Lydi Man appellant immloantes eī taurum :siue a Pedissequa Rheæ Ma: & Marte quē græci uocant Area:propterea ꝙ liberū patrem quem Iupiter alendum ei dederat cœlaricq; uoluerat: interrogata respondisset·Martis esse filium: Eadem ratione a Lydis Bacchum Massarin indigitari perhibent.In Comanis quoq; oppido Cappadocū dea colitur Attonite Ma cognomine:sed quam Enyo non Rheam interpretentur.

Ex eodem.xxix.

Dascylium

Bruilitæ dioserite).Scribēdū Brullitæ Dioshieritæ ab oppido Brullio siue quod idē est Bryllio & Dioshiero:quod iouis delubrū significat.De Brullio Ephorus:qui & Bryllianos populos & regionē Bryllida inde appellat:in qua Dascyilum spectetur oppidulum:nā & in Caria & in ionia & in Aeolide atq; Phrygia:sed & in Bithynia quoq; Dascylium est:auctore Stephāo.De Dioshiero Ptolomæus Hanc phlegon inter Lebedum & Colophona mediam putauit.

Ex eodem.xxix.

Hypæpa
Ouidius

Hibepeni).Scribendū Hypæpeni ex Strabone·Hypæpa īquit urbs occurrit descēdētibus a Tmolo monte:ad Caystri campestria·Nomen ei ut inquit Stephanus Hypæpa :quoniā sub Aepos montē sita est Veneri dicata·ideo ꝙ pulcherrimæ ibi fœmine uisanť.Ouidius de Arachne: Orta domo parua paruis habitabat hypæpis.Idem libro undecimo:Tmolus in ascensu cliuoq; extensus utroq; Sardibus hinc:illinc paruis finitur hypæpis.In Ptolomæo corrupte aliquando legitur Hippopa.

Ex capite.xxx.

Phocæa

Phoecea).Scribendū Phocæa:ex Polybio Strabone Ptolomæo cæteris:āte omnes Herodoto dicta ꝙ uituli marini magno numero comparuissent urbē condentibus.Habet & Caria suam Phocæā monti Mycalæ appositam utrunq; locum depopulata classis ueneta est intra hosce annos bello Turchico:Ab hac Phocaenses ut a græcorum Phocide Phocēses ab utraq; Phocaicus. Et infra.

Bellum Turchicum
Cyma

Cyme mirina).Distinguendum Cyme Myrine·Liuius belli Macedonici libro septimo Phocæā inqt & Cymam & Elæam:Strabo Ptolomæus cæteri.nam & in propinqua Lesbo urbes duæ sunt hoc nomine. Cymam ex Amazonum una dictam uolunt & Amazonium quandoq; uocitatam.

Ex eodem·xxix.

Aegea Italiæ).Scribendū Aegæ Attalia. Aegas:Polybius atq; Strabo in Aeolide cōmemorāt. Attaliam Strabo Ptolomæus Eustathius in Troade Stephanus in Lydia:Agroiram siue Alloiram prius appellatam:Inuenio & Attalydam in Lydia nomine a duobus imposito:ab Attie patre:ac Lydo eius filio.Noui & in Cilicia quoq; Demetrio aut Pamphylia Straboni Attaliam monstrari ab Attalo Philadelpho conditam:traslatis postea colonis in uicinam ei Corycum:Barbaris modo Sattaliam uocātibus:quā cum Coryco & Iconio & Seleucia Venetus ætate nostra initio cū parthis fœdere deripuit.

Ex eodem .xxx.

Possidea
Neō Tichos

Possidea).Videtur quidem a Neptuno id nomen deductū.& ita dici multa loca inuenias sane. Cæterū fere sentio:ut nō Possidea legendū sit.sed post Adæ.nam Possidiū Possideanne hoc situ nō cōperi.Artemidorus.& Strabo κυμη αποκυμησ εςιν αδαι hoc est Cyme post Adæ Signamus locū:nō linimus.Et infra. Neanticos).Scribe Neon Tichos:ex Strabone:id uocabulum noua mœnia significat.

Ex eodem .xxx.

Elæa

Grinia nunc tantum portus solis).Scribendum Grynia nunc tātum portus soli:hoc est sine urbibus & meri dūtaxat portus.Et paulo post. Elea:Item pytaue).Scribēdum Elæa unde sinus Elaites & Pitane Pomponio Strabone Ptolomæo.pitanen & in Laconico haberi constat alteram:ut indicatum est:alteram æolidis celebratam:& ꝙ ibi lat e res ī aqua fluitant:& ciue archesila :ut melæ uerbis utari:academiæ nihil affirmantis clarissimo antistite.

Ex eodem . xxx

Pitane
Canna urbs

Pitane canaius am).Scribendum arbitrarer Cetius amnis.ex Strabone:haud procul pitane a quo Ceti Homero populi uersu illo κητιοι κτειμοντο γυναιων ουνεκα δωρων.Sed quoniam torrens esse traditur.& in Caicum non in mare fluere:commodius uidetur ut Canaius siue Caneus amnis dicať ab Cana urbe quam intercidisse dicit hoc littore.alluit pitanē ut ait Strabo & Euenus amnis sed post reddendus:quemadmodum & Cetius:

Ex eodem xxx.

Aex promōtorium
Asclepium

Canelysi macea atarnea).Legendū puto cane Lysimacea atarnea.De cana siue canis Strabo.ubi nunc Aegates ut ait Stephanus ab artemidoro dictus Aex·promōtorium æolidis Straboni.Pomponius.Tum in promontorio inquit est canna oppidū quod præteruectos sinus excipit nō paruus:usq; ad ima montis idæ:De atarnea Herodotus:quæ atarneus quoq; dicitur Straboni.De Lysimachia nō plane cōstat quidem:sed ita.congruunt littetæ ut nulla earum desit.Strabo certe in hisce locis ferme conditum a Lysimacho tradit asclepium.Ouidius: Aeoliam pitanen a leua parte reliquit.Factaq; de saxo longi simulachra draconis.

Ex eodem.xxx.

Palæscepsis

Cistene cylla palecepsis).Scribēdum cisthene cilla palæscepsis.ex Strabone Homero cæteris.Fuerūt autem duæ Scepsies:uetus de qua hoc loco:& noua:unde Metrodorus:de qua paulo post . Verbū

Scamander

autem. Cocylle). Vetus lectio habet Cocylum Strabo Cotylum in ida monte locum uocari tradit unde Scamandri & Granici & Aesepi fluminum origo.xv.M.p.a Scepsi:& inde nomen Cotylo quasi conceptaculum & accetabulum significet. Quia tamen in mediterraneo fere id ponit: haud plane statuo quid sentiam:alioquin sæpicule notaueris oppidorum mutari loca nõ uocabula:ut quæ in mediterraneo fuere admoueantur oræ aut cõtra. Sed & in huius sinus ora montis idæ sunt ima:ut ex Põponio docuimus. Ex eodem .xxxi.

Vbi nata Sibylla Hellespontiaca

Gergetha(. Scribendum gergis siue Gergithos:ex Strabone cæterisq;. Lactantius sibyllam inquit Hellespõtiacam in agro Troiano natam uico Marinesso circa oppidum Gergithium. stephanus gergithiam sibyllam ex eo nominari tradit hanc. Verbum autem Marinesso corruptum est pro Marpesso:ut Pausanias in Troade ita uocans sibyllæ domicilium. Vel pro Mermasso ut stephanus: μερμασσοσ φησι πολισ τρωικη αφησ η ερυτραια σιβυλλα. ηνγάρ και η πολισ αυτησ ερυθρα τω χρωματι. nam Marpessus in Paro insula montis nomẽ fuit eodẽ auctore. Ex eodem .xxx.

Noendros). Legendum Neandros ex Strabone. Charax. Neandriam: Theopompus Neandrium Sunt qui perperam Cleandron & Leandron:ut notauit stephanus.& infra. Coriphas). scribe Coryphas. strabo Coryphantis.& infra. Adramiteos). Antepenultima per.y.scribat.sed aliqui p duplex.t.aliqui per simplex.si per duplex Adramittiũ pronuntiare oportet.si per simplex. Adramyteũ ut in penultima sit diphthondus.ει.auctor stephanus.qui & initium quoq; modo per.t.modo per.d. recte scribi posse tradit. Ex eodem.xxx.

Polypidacos Ida

Exida). separandum est:ut intelligatur ex monte ida quippe quem Homerus Polypidacon ab amnium frequentia cognominet. Ouidius: Celleberrima fontibus ida. Ex eodem.xxx.

Cymerissos) scribẽdum Cimeris & Assos:ut duo sint oppida:ex uetustis codicibus & Aristotele qui ait Antandron prius dictam a Thracibus colonis Edonida: post a Cimeriis cẽtum annos occupatam & appellatã Cimerida. De Asso Troadis Plinius hoc opere non semel:itemq; Ptolomæus atq; Strabo. Pomponius: post Antandrum sequens inquit tractus tangit Gargara Asson Aetolorum colonias. strabo: Gargara inquit condidere Assii. Ex eodem.xxx.

Larissa

Intus colonia intercidit). Scribi potest colone. strabo. Erant inquit Achæo cõtiguæ Larissa & Colone. supra Lamsacũ quoq; in mediterraneo fuisse tradit aliam Colonen extra Hellespontum ab illo xvii.M.p.quæ & Batiea diceretur:unde Cygnus fuerit. Quod autem sequitur. Deportás). Scribo Deportatam ex uetustis codicibus. hoc sensu: Colonas intercidisse nundinis & mercatu celebres:sed deportata ad Adramyteũ negocia fuisse:a quo & Adramyteus sinus dicatur:qui cũ idæo ut Strabõi placet idem est. Potest & Colonia defendi:ut ad Larissam uerbum interdicit accommodes.

Ex eodem. xxx.

Apolloniate arhindaco amne eresi milepolitæ). Vetus lectio apolloniate a Rhyndaco amne Eressii Miletopolitæ. De apollonia urbe ad Rhyndacum Strabo & cæteri. Plinius libro sexto: apollonia ĩquit supra Rhyndacum & alibi. Eressios uero Põponius hoc loco nominat ab Eressa oppido. etiamsi Cressa in eo ut arbitror mendose legitur. Fuit & in Lesbo Eressa.xii.M.p.a sigeo Troadis: ut fieri potuerit hinc illuc contraue migratũ fuisse: tam propinquo tractu. De miletopoli & Strabo. ĩfra quoq;

Abrettene

Polycnei & mysani abreteni Strabo polychnæi a polychna urbe non procul Palæscepsi. item nõ Mysani: Abreteni: sed in Mysia Abretteni: ex ãtiquis exẽplaribus: ac Strabone qui ait Mysiam uocari aliam Morenen aliam Abrettenen per duplex.t. quoniam a nympha Brettia dicantur.

Ex eodem .xxx.

Amaxicus). Scribendum Amaxitus. Thucydides: Prætereũt inquit lectum & larissam & amaxitũ inde in rhœtæum ueniũt Meminit & Strabo: unde Amaxitenses: Apollodorus Amaxitenos Fuit & inter ioniã & Cariam hoc nomine Plinio superius. Et infra. Crebenia). Herodianus ac Didymus Cebrenia uel a Cebreno amne uel a Cebrenio Priami filio. Fuit & Cebrena ibi oppidũ. Strabo Thracas fuisse Cebrenios existimat. papinius: In syluis uiduæ Cebrenidos arida luctu Flumina. Meminit & Ouidius: q̃q̃ & Crebenis pro Cebrenis uitiose apud ipsos quoq; luctum est.

Cebreni priami filius

Ex eodem.xxx

Heptaporus

Heptaphorus). Legendum Heptaporus ex Homero ρησσοσ θεπτάποροσ τε κάρησσοστε ροδιοστε. hoc est. Rhessus & Heptaporos Rhodius simul atq; Caressus. Videtur autẽ Heptaporos uocatus: quia septem locis uadari potest eadem uia: propter quod & polyporos ut Strabo inquit appellatus est.& infra. Alium immune) Scribo ilium: quia sequitur: unde omnis rerum claritas. Et ĩfra.

Epioniæ andera). Scribe Pioniæ: Theopõpus & Strabo. μετά δε σκηψιον πιονιάι και αν̓δειρα ut Andera neutro efferantur genere. Pausanias: pioniæ inquit in Myssia sunt oppidulũ super Caicũ amnem a Pione uocatæ uno ex Herculis nepotibus. Ex eodem.xxx.

Balcetiare). Distinguendum arbitror Balcea Tiare: ab illa Balceatæ: ab hac Tiareni. De prima Stephanus περι προποντιδά πολισ βαλκεια. De Tiarenis paulo post hoc capite. Et infra. Alyserne). Theopompus per.i.scribit Halisarnam.

Ex eodem . xxx

Crambre

Cambre).Domitius iuuenalis uersũ expositurus Occidit miseros cãbre repetita magistros:hunc Plinii locum citauit quasi & declamationis & oppidi nomen esset Cambre:quod quidem fieri quandoqꝫ solet.

Crambre ꝓ Brassica

Cæterũ Poeta dictissimus nõ cambren sed crambren dixit pro Brassica prouerbio græco usus quo iteratum olus id:mortem afferre dicit̃.inuentioné hanc Politiano acceptam referimus.hoc autem loco nõ cambre sed Tymbre legerim libẽtius:quã & zymbram uocabant:iteꝫ Dymbram ut Hellãicus:unde cognomẽ Apollini.Fuit & Thymbrara:unde thymbrarẽses & thymb raræi apud Xenophõtẽ sed pactolo appositi.Erat uero thymbra usqꝫ adeo celebris in Troade:ut mẽtio eius nec dissimulari posset nec excidere:Conditam quidẽ ferũt a Dardano:sed nomẽ accepisse a thymbræo Dardani comite.Fuit eo loco & amnis thymbrius auctore Stephano. Ex eodem xxx.

Ticius ꝓfusus pindaso mõte).Vetus oĩs lectio nõ Ticius sed cetius:de quo supra ex Homero Straboneqꝫ desserui.& infra. Thiatereni)Scribo Thyatireni ex Strabone Ptolomæo cæteris.Thyatira enim dicunt̃ quã prius Semiramida & Myssorũ Escaten uocabant iteꝫ Pelopiam in Lydia terra sitã & infra.Hieroconite).polybius.Hierocomitæ:ab hiera come q̄q̄ ipse ĩ caria cõstituit.Et infra. Hiropolienses & hermatopolitæ).Scribẽdũ uidet̃ Hydropolienses & Harmatopolitæ ab hydra & harmatunte promontoriis quæ ut Strabo inquit sinum faciũt Elaiticũ ab Elæa urbe dictum.de qua paulo ante Plinius:Haud procul inquit Elæa quã in littore diximus pergamena uocat̃ eius iurisdictio &

Elea

reliqua thucydides octauo:Harmatuntẽ inquit uenerũt quæ est regione urbis Methymnæ . Scio & Hieropolin inter Phrygiam atqꝫ Lydiã cõstitui ueteribus Plinio Straboni Ptolomæo Stephano:aliã ab ea quã Ptolomæus idẽ Hierocesareã appellat nõ longe Pergamo.Proinde locũ demonstro ut liberũ sit quod cuiqꝫ libeat:admittere:aut refellere.ĩuenio & in thessalia iron urbem fuisse Lycophroni: hoc est ιρομ πολιμ iteqꝫ in Lesbo alteram:& Maliensi agro tertiam.E thessalia irote nominant̃.Maliensium irienses:E Lesbo unde in Continentem hanc migrasse credi posset iropolienses fortasse.

In honorus

Ex eodem. xxx.

In honore ciuitates).Scribendum inhonore ciuitates hoc est ignobiles:sumptum a græcis qui eas ατιμουσ uocant.& infra. Isidorus arineos).Legendũ puto Arimeos siue arimos ex Strabone qui eos negat in cõfesso esse ubi fuerint.ipse tamẽ Syros oẽs ita nominatos ab Homero suspicatur.Sunt qui eos in Lydia ubi fabula de Typhoeo & Vippera.ut Hesiodus.Sunt qui in Cilicia cõstituãt:ut pin

Pithecusa

darus:ubi & anus Pempelos obruta sit lapidibus.Sunt qui in Pithecusa insula quam poeta dixerit inarimen:ut tertio libro Plinius iosepho de arimis idem uidetur quod Straboni. Ex capite.xxxi.

Tuba coriis facta).Vetus lectio melior.tubo coriis facto Quid tubus sit & tubulus ex Plinio sequẽtibus libris & uitruuio cognoscitur.utitur & Martialis uerbo eo. Itẽ amathysã).Scribo amathusiã ab Amathunte.Strabo Ptolomæus cæteri.& infra Macaran).Scribo macariam ab oppido Macaria Ptolomæus.& infra. Astynomus criptam).Scribo Crypton ex ipsomet Astynomo cuius uerba hæc inuenimus κρυπτομ κεκλησθαι δια το κρυπτεσθαι πολλακισ υπο τησ θαλασσισ id est Crypton appellatam:quia sepe fluctibus occulit̃.illud obiter sciendum & Spheceam & Meionida uocatã quãdoqꝫ Cyprũ:ut inquit Stephanus.itẽ Citieam:ut Cirillus ab urbe Citio:unde zeno.Itẽ Cerastin siue cerastiada:quoniam promontoriis multis quasi cornibus infestis assurgat.

Exeodem .xxxi.

Lapathos

Lamphetos).Scribo Lapetos producta media.Alexander Ephesius βηλου λαυ κιτιομτε και ι μεροεσσα λαπηθοσ. Strabo Lapathos:itemqꝫ Ptolomæus ab amne Lapatho:q̄q̄ & Lapethos quoque scribitur apud ipsum.

Ex eodem. xxxi.

Soloe amasus).Scribe aut Amamassus ex Dionysio ĩ Bassaricis. τεμβρομ ερυσθειαμτε καὶ ειραλιημ αμαμασσομ:quibus locis apollinis Hylatæ uigebat religio.Aut tamasus ex Strabone Ptolomæo Polybio qui temesiam. Quod autem Homerus dixit εσ ταμάσημ μετά χαλκομ. De italica

Temese

temesa siue tẽpla rectius intelligũt:etiam si ærariæ utroqꝫ loco celebrantur.Papinius:Aera domat temese.Ouidius:Hippotadæqꝫ domus regis temeseqꝫ metalla.Sole uero a Strabone Solus dicit̃:a Ptolomæo tamen & cæteris Soli.Sunt & in Cilicia Soli:a quibus Solenses. in Cypro autẽ nõ solẽses sed solii dicuntur Eustathio.Vtcunqꝫ antiqua ratio scribendi custodienda est soloe pro soli:ut Dioscuroe

Canephoros

pro Dioscuri apud Ciceronem libro de natura deorũ tertio:& Canephoroe pro Canephori actione in Verrem septima;ut sit fœminino genere singulari numero Canephoros:non ut quidã rentur Canephora.Plinius quoqꝫ li.iiii.insullæ inquit Paxoe.Omnia hæc a græcorũ in scribendo more accepta σολοι.διοσκουροι.καμηφοροι.παξοι.

Ex eodem.xxxi.

Epidarum citri arsinoe).Ptolomæus & Strabo Pedalium prope Arsinoen salaminaqꝫ cõstituunt Xenagoras chytri nõ citri nũero plurali.Ptolõæus singulari chytrus a chytro acamãtide aledri filio.

Ex eodem.xxxi.

Cynidia).scribo Cinyria ex Dionysio·ιδοποσοι κιμυριομ ηδαι πειμημ καρπασειαμ. De Cinyreis in Cypro sacerdotibus & religionis eius origine Tacitus cornelius.& infra. Carphasiũ colee).Scribo Carpasium Golgoe:idest γολγοι ex Stephão:qui & Golgion uocari urbem eam tradit. Sicyonorum coloniam duce Golgo:unde Venus quoq; poetis Golgica.Sed & uetus lectio non Colee sed Golgoe·De Carpasio Hellanicus Strabo Ptolomæus cæteri:Pygmalionis opus id reddentes.

Venus Golgica

Ex eodem·xxxi.

Malæum).Vetus lectio Marium.Stephanus quoq;.Marium:inquit in Cypro fuit oppidũ Arsinoe postea uocatum a Marieo conditore:Nam duas Arsinoes in ea insula fuisse cõstat ex Strabone Et infra. Ab eumurio caliciæ).Scribendum ab Anemurio Ciliciæ.Strabo.Anemurium inquit ꝓmontorium asperæ Ciliciæ aduersum est promõtorio Cyprioꝝ Crommyo·Plinius quoq; supra hoc libro Anemuriũ inquit & Coracesium finisq; antiquus Ciliciæ.Meminit & Ptolomæus contra Cyprũ collocans inter Nephelin & Orimagdum amnem.& infra. Eleusa).Scribendum Elæussa:ut syllabbas quaternas habeat:quod & in Cilicia monstrauimus.& infra. Clydes.Scribendum clides : Ita enim uocantur insulæ iuxta cyprum ex aduerso syriæ Straboni.Sunt & ꝓmontoria ibi hoc nomine Ptolomæo.

Clydes Insulæ

Ex eodem.xxxi.

Contra neamphaum hierie & cephia).Scribe cõtra Neampaphum Hierocepia:ex uetustis codicibus.Strabo quoq;.Paulo inquit a mari sunt Hierocepis & Paphos.alio loco: Hierocepis inquit ad lutus occidẽtale posita est in quo & Paphus.alibi nõnullos ait tradere quos & improbat ab Hirocepia ad clidas longitudinem cypri esse:quasi a septẽtrionẽ in meridiem.ut tamẽ sciamus Hierocepida Plinio insulam uideri:cõtinentis oppidum Straboni·in ea uoce significatur sacer hortus.Quod autẽ sequtur. Contra salaminam).Græci & nostri quoq; ueteres Salamina casu illo ꝓnunciabãt a nomĩatiuo,Salamis.Vt autem propterea nihil muto:ita illud testor Salamina in Cypro esse ut ait Stephanus quæ nũc cõstãtia dicatᷣ ubi & nomẽ amnis cõstãtia:pestifer & æstuosus. Ex eodem.xxxi.

Hieroeepia

In sigæo autem mari illyris).Vetusti codices non in Sygæo mari sed in Lycio:nã & cyprus & ad ciliciũ & ad pamphilium & ad Lyciũ mare pertinet.& infra. Telẽdos).Inter insulas Europæ sporadas Telandron posuimus:ubi legebatᷣ Letandros:nõ tã ꝙ ita sentiremus q̃ ut excitarentur ad castigationem legentes.Et fieri põt ut & hic Telandros scribendũ sit utcunq; nomen datũ uideᷣ ab oppido Lyciæ Telandria.Quod·n.paulo post dicetᷣ:In qua oppidum interiit. Telandria).Vetus omnis lectio Cellandria ut fere suspicer non Telandria sed cyllandia scribendum fuisse ab oppido Cyllandi quod Hecatæus in Caria locauit.& infra. Attæ lebosa):Scribendũ coniũctim Attelebussa.ex Ptolomæo inter insulas Pãphyliæ.& infra. Contra tauri ꝓmontoriũ pestifere nauigãtibus chelidoniæ totidem).Verbum Totidem:sequẽtibus iungẽdũ.Quando si ad Chelidonias referres:tris eas statuere non duas oporteret:quod negat Stephanus ex Fauorino:Cheledoniæ inquit duæ sunt.quaꝝ una dicitᷣ Corydela.Menalipea uero altera.Item. Pactia).Scribendũ pactyæ plurali numero : ad hunc sensum.Totidem hoc est duas cũ oppido Leucola Pactyas haberi:atq; ita uetus lectio est . Nã Leucola per simplex.l.strabo nominat:ut sit Dactylus in Cypro nomen portus cõstitués.Plinius in Pãphylia quoq; ꝓmontoriũ hoc nomine ex aduerso cypri collocat:de quo & in Gagate lapide mentionem facit sexto & trigesimo uolumine. Ex eodem.xxxi.

Telandros

Pactiæ

Gates Lapis

Contra chiemeram dolichiste).scribendum chimeram:qui Lyciæ mons est Plinio straboni Ptolomæo reliquis.Cæterum dolichistam callimachus Dolichen uocauit auctore stephano.& infra Crã bis aroge).scribendum crambussa Rhoge.Primũ ex strabone Ptolomæo cæteris circa seleuciã isauriæ:Alterum ex stephano ρωγηφησι λυκιασ ρησοσ.

Ex eodem.xxxi.

Dædaleon duo cypron tres).scribendum forte sit Dædaleon duæ: cyrieõ tres græcorum more. δαιδαλεωμ δυωκυριεωμ τρεισ. idest Dædalensiũ duæ:cyriensium tres.sunt autem Dædala & cyria ut ait Plinius in Lyciæ & cariæ confinio:oppidũ inquit Dædala & cyria fugitiuoꝝ:quanq̃ ibi monuimus:in Ptolomæo caria nõ cyria legi.sed cũ in stephano crya urbẽ Lyciæ inueniã:a qua cryeon idest cryensium inquit insulæ dicanᷣ.carisis & Alina:fere credi põt in Plinio quoq; non cyria sed crya scribi oportere in Lycia:itemq; hic cryeon non cyrieon aut cypron:& infra. Claueũq; uersus amnẽ). Scribo Glaucum non Claueum.Plinius in Lycia ꝓmontoriũ inquit Pedalium amnis Glaucus : a quo sinus quoq; Glaucus:ut arbitror straboni.& supra. Strogile ac sidima).scribo strongyle & sidyma neutro genere ac multitudinis uocabulo:ut diximus in Lycia.& infra. Lacusa helbos cope.item cunorhodosa).Quid si legatur Lagusa Helbo scope cynorhodussa? Auctoré ad hec omnia non habeo præter Herodotum:a quo insula hæc non Helbos sed Helbo dicitur:ut Manto calypso Dido: nã Lagusa uagum nomen est a uenatu dicta leporum.scope a specula quo nomine in Mæoti lacu strabo scopas clazomeniorum uocari tradit aliquot.

Strongyle

Ex eodem.xxxi.

zaliso):scribendum ialyso ex Homeri uersu λιμδομ ι ηλυσομτε και αργιμοεμτα καμιρομ.

ité Lyndus nō. Lyndus a Lindo Cercaphi Elei & Cydippes Orchini filiæ.& ĩfra. Asteria edria). Vetus lectio Asteria Aethrea:Itemq; Stephanus.Erant & alia Rhodo nomĩa ut Straboni placet Telchinia:& Stadia:& infra. Combira petoese atabiria). Vetus lectio Corymbĩa Pœesse Atabyria:a monte scilicet Atabyri ex Strabone.Pœessa quoq; nomen fuit urbis in Ceo insula:ut diximus libro quarto.

Ex eodem .xxxi.

Scyros. Vetus lectio Syros nam Syros Thraciæ asscripta est longe ab Gnido atq; Rhodo ex Strabone Ptolomæo Plinio.Syros uero ut inquit Stephanus ionica est insula & Asiæ apposita·Accedit q; Didymæ uocate de quibus paulo ante mentio facta est ꝓpinquæ Syro non Scyro describunt. Stephanus διδυμαι νησια εςι προσ τη συρω. Et infra. Sime).Scribendum Syme per.y.quæ prius Aegele uocaret atq; Metapōtus a Syma ialysi filia.Strabo. συμηειτα γριδοσ. Memenit & Thucydides.

Ex eodem .xxxi.

Cordylarũ piscatis

Cordylus adiabethe).Scribe Cordylusa Diabetæ. Stephanus:Diabetæ inquit insulæ circa symē sunt Est & diabete ut ait nostri maris insula occidentalior q̃ sardinia & Corsica Cæterũ cordylusa in uetustis legit codicibus:uel a cordulaꝝ piscatiōe dicta uel a Cordylo Pāphyliæ cuius meminit Hecatæus oppido.& infra: Hymoschalce).Ab urbibus Cariæ duabus uideri possunt uocatæ Amos & Chalce aut Chalcæa.de quibus ex Alexandro Stephanus.De chalce insula.viii. libro Thucydides.

Ex eodem.xxxi

Calydnæ

Galigne cum tribus oppidis). Vetus lectio Calydnæ de qua inter insulas Europæ dictũ est.Calydnæ inquit in qua oppida.iii.etiamsi nō oppida. iii.legebat sed oppidam:ac deinde oppidũ:quia quid esset oppidam nescirent librarii.Alioquin Calydna continentis urbs haud procul Cauno gētis Rhodiorum subiectæ nominatur Herodoto Straboni Plinio:ut supra monui.unde nomen fortasse.item supra. Caros ac neclimnia).Scribendum Casos ac duæ Calymnæ.De caso præter Stratonē uetus quoq; lectio.De calymnis item duabus uolumine quarto diximus:quo & remittimus legentes.

Ex eodem. xxxi.

Marconesso oppidum ceranyus).Scribendũ.putamus in Arcōneso oppidũ Ceramus:cũ ex uetustis codicibus:tum q; in continenti quoq; oppidum fuit Ceramus a quo & sinus Ceramicus ex Plinio mox. Arcōnesus uero insula ut inquit Strabo præiacet Halicarnasso.& ĩfra. Hieros).Lectio ātiqua Leros:quā Strabo quoq; Sporadibus annumerat sitam prope co.De Arcōneso alia uel hac ipsa iteq; de Lero etiam libro quarto diximus.

Ex eodem .xxxi.

Caria

Merope uocata chea ut staphylus meropis ut Dionysius). Antiqua lectio & diuersa & æque mēdosa est.Stephanus insulam hanc quandoq; Cariam & carida scribit appellatam.Meropin uero a Merope terrigena Triope filio.deinde con a co Meropis filia:ut possit quidē & coa dici:quod & Strabo interim usurpat:chea uero nusq̃ legitur.Audaculus fortasse fuero daturusq; mox pœnas si male ceciderit.sed lectio potuit esse uel talis.Meropis uocata dein cos a filia Meropis ut Dionysius. Vel talis:Merope uocata·Cœa ut staphylus Meropis ut Dionysius ex Ouidiano uersu·Eurypyliq; urbē qua cœæ cornua matres Gesserunt.Etiamsi coæ malim q̃ cœæ.Homerus και κωμ ευρυπυλοιο πολιμ. illud notauero Thucydidem octauo libro & Strabouem quoq; non tam con q̃ iunctim con meropidē uocare solitos hanc insulam.

Locus apud Ouidium

Ex eodem.xxxi.

Nysiro).Scribe Nisyron:ut nomen insulæ intelligas abruptæ mōti qui Prion dicit in Co·Media in Nisyro producitur:Homerus οι λαρα μισυρομ τειχομ natam e iaculo Neptuni fabulātur frustra misso in Polyboten unum e gigantibus natantem.& infra. Psere).Lego Psyra neutro genere plurali numero ex Strabone.Homerus psyrien νησου επι ψυρινσ. ignobilis uero ĩsula cessit in prouerbium:ut quæ parum magnifice ac præparce fierent psyra hoc est psyrice facta dicerentur. Cratinus ψυρα τομ διομυσομ αγομτεσ καὶ ψυρα την σπαρτην αγεισ.

Quo puerbio psyrice facta dicant

Ex eodem xxxi.

Lampsa emin dus).Scribendũ forte Lapsemandus.ab oppido cariæ Lapsemanda·cuius mētionē facit carterus in sophismatis ex Stephano.& infra. Sephiusa melanũ(.Vetus lectio sepiussa Melano.i.σηπιουσσα μελαμω:quod & uero propius est:ut alteram a Sepiis:alteram ab atrore dictam ĩtelligamus.itē. Discumelitas mileros lucinas). Vetus lectio duas camelidas Mileto uicias.Strabo: præiacet inquit Mileto insula quæ Lade nominatur & aliæ iuxta circũ Trageas appellatas pyratarũ statiunculæ.De Lada thucydides & Plinius hoc capite.

Sepiæ

Ex eodem .xxxi

Parthemiam.& infra.Adrisan).Lege partheniam & Dryusan.Stephanus:Vocabatur inqt prius Parthenia:& Dryusa & anthemusa & Melamphyllos.Strabo partheniada. & infra. Mons gergecius).Scribendũ arbitror cercecius siue cercetieus:hoc est κερκετιευσ. quē Strabo ampelon uocari tradat:cōfussione orta.q; insula icaro mons aduersus samo contra montem eius ampelon cercetieus dicatur.Est inquit Strabo promontorium in samo ampelus ex aduerso Drepani montis icarii.sed & iuga omnia quæ.totam samum faciunt montosam eodem nomine uocātur ampelos.& alibi :cercetius inquit mons icari celebrior est ampelo:cui samiorũ oppidũ subiacet.& infra. Rhipara.) Scribēdũ Rhypara.

Ampelos

Ex eodem.xxxi.

Achillea par claritate). Distinguẽdũ est ut uerba illa par claritate: nõ ad Achilleam sed ad Chium sequentem pertineant. Quod autem uocari eam legis. Pythiussam). Scribe Pityulam ex Strabõe: a Pinetis uidelicet. & infra. Pillineum). Nõ tam ut pellenæũ scribatur ex Strabone moneo q̃ ut memineris Pellenæum montẽ in altera Chio nõ insula sed Cariæ cõtinentis oppido fuisse: ut Dionysius ante Stephanũ affirmat. Itaq̃ uel auctores: qđ fieri solet: halluc inati sunt: uel qđ modestius est credere: utrunq̃ nomẽ insulæ cõmunicatũ est. Ex eodem. xxxi.

Hallene). Scribendũ puto Halone. Plinius secundo libro. Enata inquit proditur inter Lebedum & Teon Halone De Teo statim fere dicetur. Scio & in Ponto alteram hoc nomine ut liquebit.

Ex eodem. xxxi.

Oenare

Thellusa & Dapnusa). Vetus lectio Daphnusa quasi a lauro: ut Thallusã quoq̃ scribi fortasse oporteat: quæ uox uirentẽ florentemq̃ significat. & infra. Quæ pisistrati uocãt atine). Codices antiqui Quæ pisistrati uocantur Anthinæ. & ĩfra. Enaresidus apele(. An scribi potest oenare: Sidusa Pela ut littera. a. sit præcedentis uerbi finis. unde Pelenses. i. πηλειο Stephano. Thucydides Sidusam nõ ꝓcul Chio statuit & Oenussis. Item pelam ut probabitur sequentibus. Plinius trigesimo secũdo: Ad Pelen inquit insulam & Clazomenas amarissimos esse pisces. nam & ibi Apele scriptũ ex fide ueterũ exemplariorum dispunximus. Et supra. Oenus). Scribo Oenussæ: cũ ex Põponio: tũ ex Hecatæo & Thucydide ita ꝓximã Chio appellantibus ut li. iiii. monui. Ab hac Oenussæi: nam Oeniadæ in Acarnania urbs est Erysiche olim dicta ꝓpe Acheloum: Sunt & ad Oetam Oeniadæ Stephano: ab iis diuersos reddente qui dicantur Aenienses: ut in Aetolia demonstratum est.

Aenienses

Ex eodem. xxxi.

Cromyonesos Ceparũ fertilis

Dremusa). Scribo Drymusa. Thucydides octauo libro: Naues inqt ceteræ tenuerunt ĩsulas Clazomenis obiectas Marathusam Pelã Drimusam. & infra. Phyle perirheausa). Vetus lectio cõmodior Psile Perirheusa & ĩfra. Theos & cõmyonesos). Legendũ Teos: unde Anacreon & Crõmyonesos ex Strabone: quasi fertilis Ceparũ insula. & infra. Argeminise & leucophrus). Scribẽdũ Argenussæ & Leucophrys ex Strabone. Argennon uero Troadis ꝓmontorium est cui præiacent Argenusæ auctor Stephanus. Ex capite. xxxii.

Locus Valerii Flacci

Pyttiusa). Scribẽdum Pityusa ex strabone. sunt qui ab Homero dictam rentur Pityeam οι πιτυειαρ εχορ και τυρειησ οσοσ αιπυ. Laomedontiam ab Epaphrodito. Demostenes a Priapo Veneris & Bacchi filio conditam existimat. Alii Pityam siue Pityeam nõ pro Lampsaco accipiunt: sed inter Parium & Priapũ collocant: ut ait stephanus. Hos secutus est Valerius Flaccus: iam iuga pcotes pariunq̃ infame fragosis Exuperant pityamq̃ uadis. Etiamsi nõ pitya ĩ eo uersu legebatur sed Phya: quæ ibi nulla est. In Achaia certe phia traditur Eleo tractu auctor Thucydides post Homerũ ꝓducta prima quæ item Phea dicitur correpta. & infra. Paruũ colonia). scribe Parium Colonia ex Plinio multis locis hoc opere: Itẽ strabone Ptolomæo cæteris a pario iasonis.

Ex eodem. xxxii.

Cyzicus

Amnis Absepus). Legẽdũ uel Apesus uel Aesepus. de priore Homerus: qui & urbẽ fluuio cognominem intelligit οι δαδρα ζειαρτειχορ και δημορ απαισου. Dicebatur & Pæsos οσρερι παισω ραιεπολυ τημωρ ωσ αρχταρρη Strabo quoq̃ inter Lãpsacũ inqt & pariũ Apæsus amnis & oppidũ Sed & Aesepũ flumẽ ab eodẽ Homero celebrat̃ ad urbẽ zeliã. Itẽ strabone Ptolomæoq̃ cuius uerba hæc: Cyzicus: Aesepi amnis hostia: Parium Colonia: Granii amnis hostia.

Ex eodem. xxxii.

Hephestia Venus

Vbi raptus ẽ Gannymedes

Artage portus). Aatiqua lectio Artace: itẽq̃ Ptolomæus & Stephanus ex Sophocle Demetrio demosthene: ubi Venus aiunt colitur Hephestia. Alii mõtẽ in Cyzico & insulã per se Milesiorũ in Phrygia colonia uocari dicũt Artacen. ut Timosthenes atq̃ strabo & Plinius calce libri huius: Nisi quis Arpage scribendũ putet: non Artage. Strabo: Supra flumen inqt Granicũ ciuitas est Sidene: in confinio aũt Cyzicenorum & Priapensium Harpagia: q̃ ibi Ganymeden raptũ fuerant: plurali numero. Thucydides octauo libro: Athenienses inqt conspicati ad Harpagium & Priapum naues octo e Byzantio profectas aggrediuntur. & infra. Vltra insulam). Scribẽdum Vltra insula recto casu. Et paulopost.

Cyzieum). Lege Cyzicum ex Strabone Ptolomæo cæteris. Erat aũt cõtinẽti iuncta Cyzicus nõ aggestu terræ sed pontibus ut inquit Strabo. Ex eodem. xxxii.

Arctos

Archonnesos & dolionis & didymis). Scribendũ Arctonnesos & Dolionis & Dindymis ex Strabone: ut ab arconneso distet insula: etiã si arcos & Arctos idẽ animal hoc est ursum græcis significet: nomen ei a monte cui subiacet αρκτωρ idest ursorũ uocato: sicut a Dindymo quoq̃ altero eius monte Dindymis. Stephanus: Arcton inquit insula diuisim hoc est ursorum & iunctim Arctonnesos appellatur Cyzicus. Dolionis uero dicta quoniam Doliones quos Hecatæus δολιεασ uocat cyzicum incolebant. Ex eodem. xxxii.

Scylace

Cylace). scribendum Scylace. Hecatæus: Scylace inquit urbs circa Cyzicum. Herodotus. Placiam inquit & Scylacen cum pelasgi ad Hellespontum habitarent. Pomponius: Placia & Scylace paruæ

Valerius Flaccus

Pelasgorum coloniæ. Valerius Flaccus: Et te iá medio spumanté Rhyndace ponto: Spumosumq; legunt fracta scylaceon ab unda: & infra. In stagno artinia). Scribendum Artynia: quod & Aphnitis auctore Stephano uocatur: etiá si Strabo Aphnitin lacum tradit: non hunc qui ad Miletopolin sit: sed alterum in uicino qui ad Dascyliú dicať: ab Aphnio ciuitate iuxta Miletopolin & Cizicum códitoris habente nomé: uel a nympha ut quidá malunt aphnaide. Homerus οι λεξελειαμ εμαιομ υπαι ποδα μειατομιλησ αφμειοι πιμομτεσ υλωρμελαμ αισηποιο.

Ex eodem. xxxii.

Vicus Gordii

Mageston. Vetus lectio Maceston. Strabo item Maceston: Rhyndacus inqt amnis cum alios secú trahens tú Meceston e Mysia in propontidem erumpit. & infra. Gordiocone). Vetus lectio Gordiu Come: hoc est Gordii uicus q Midæ regis pater fuerit. hæc & Gordion & Gordieon uocari solet Strabo: Vbi Phryges inqt Reges habitauerant antiquitus Midas & Gordius: ne uestigia quidem oppidorú seruantur: sed uici paulo cæteris maiores uisuntur ut Gordiú. Et alibi: Cleon inquit ex gordiu Come fuerat: quá postea cum auxisset cognominauit Iuliopolin De gordio tamen Plinius haud multo post: ut uel hoc ipsum quod in Bithynnia est: uel alterú quod in Galatia Phrygiaue sit: ostédat: Galatia inqt agros Phrygiæ maiori ex parte tenet: caputq; quondam eius Gordium.

Ex eodem. xxxii.

Dastylos). Scribo Dascylos: quod & Dascylion quoq; dicit multis locis ex Stephano Strabóe mela Ptolomæo. & ífra. Brialion). Scribendú supra monui Bryliion haud ꝑcul Dascylio ut Ephorus q & Cion dici eá credidit: quæ alia est ut mox patebit.

Ex eodem. xxxii.

Prouerbium de his q obaudiunt

Hylas & chios). Scribendú Cios nó Chios ex Strabone Mela cæteris: a Cio Herculis comite: a q̃ Ciani. Prusias deinde a Prusio Zelata rege Bithynnoꝝ. diuersum ab hoc Prusa oppidum ut post dicemus. Raptum Hylæ Dionysius ꝑ hæc loca cecinit: unde ꝓuerbium de iis qui obaudiunt Hylan uocat Alii Cium non prusiada sed supra ipsam fuisse referunt ex Eustathio.

Ex eodem. xxxii.

Vnde Apamea

Apamea quæ nunc myria). Scribendum Myrlea ex Strabone cæterisq;. Stephanus: Myrlea íqt bithynniæ oppidum est quod Apamea dicitur a Myrlo Colophonioꝝ duce. Nicomedes aút Epiphanes cognomine Prusii regis filius de matris Apames nomine Apameá uocari uoluit. Quidá ab Amazone Myrlea. Proinde uerbú hac parte Colophoniorum sequentibus abiungendum erit.

Ex eodem. xxxii.

Ancyra Sinodus Ancyritana

Mangyra). Vetus lectio Ancyra: ité Apollonius Strabo Ptolomæus cæteri ab anchoris nauiú captaꝝ a Mitridate: quas Ptolomæus Aegypti rex Suppetias Gallogræcis miserat. duæ uero sút Ancyræ Plinio Straboni, Ptolomæo: altera Phrygiæ: altera galatiæ. hinc Synodus Ancyritana tá multis locis in iure pontificio citata. & ífra. Cotton & mydium): Scribo Cotieon & Mideon siue Cotiaion & Midaion: unde Cotiaenses & Midaenses ex Ptolomæo Strabóeq;. De Midæis populis: ná & sic dicuntur: supra quoq; disputatú est. Cotieon pót & Cotiæon scribi: quidam & Cosiæon ut ait Stephanus. Ex hoc oppido grámaticus Alexander fuit Asclepiadæ filius: qui de uaria historia siue materia uigintiquattuor scripsit uolumina: peritissimus ætatis suæ uir. Ex eodem. xxxii.

Tolostobagi). Eratosthenes & Strabo Tolistobogi ꝓducta penultima. Stephanus Tolistobii. Et infra. Trogine. Strabo Trogni. Sed cú paulopost legamus. Troginos). Scribendú crediderim Trogmos: atq; ita certe Ptolomæus & Stephanus appellát: qui & Trogmeni quoq; nominanť. Quod auté protinus subiungit: Prætendiť inquit Cappadocia a septentrione & solis ortu: principium est sequentis clausulæ. Ex eodem. xxxii.

Sex uerba errata

Tectogasum anquira troginorú tauinú tolostobagorú pisimus). Sex uerba sex errata. Scribe: Tectogasum: Ancyra: Trogmorú: Tauium: Tolistobogoꝝ: Pessinus: ex Strabone Ptolomæo cæteris. De Ancyra siue anquyra galatiæ paulo ante diximus. De Tauio cú alii tum uetusti codices & Stephanus: Mitridates inqt & Ariobarzanes superato Ptolomæo tria condidere oppida: Ancyrá: Taiam & Pessinuntem. Antoninus Tauiá & Tabiam quoq; appellat. Pessinus uel a códitore dicta: unde mater deú Romá translata: uel aut Ammianus inquit απο του πεσειμ figméto deæ cœlitus lapso. In Strabone Vion corrupte ꝑ Tauion scriptú est. De uerbo Tectosagum. Meminisse oportet singulari numero duobus modis efferri nomé id a græcis: Tectosax & tectosages: ut Cappadox & cappadoces: auctor Stephanus. Ex eodem. xxxii.

Adaden

Cremnéses

Attalenses alasenses comenses). Scribendú arbitror nó Alasenses sed arasenses. Strabo Pisidiæ cótributas ait quondá fuisse Adaden arasum Cremnam. Ptolomæus quoq; arasum in Pamphyliæ carbalia cóstituit: quá ut Plinius testatur attingunt galatæ. Dicat aliqs quáobrem nó tota lectio in hunc modú mutetur Adadenses Arassenses Cremnéses: Népe quoniá Attalenses quoq; Cicero iis locis in actióe cótra Rullú Tr. pl. secúda nominat. Comeses aút siue quod idé est Comanos Strabo Ptolomæus in Pisidia Comanéses quosdá uocauit: ut in galatia Dictienses ab Dicti urbe: quos Plinius fortasse.

Didyenses).ſed hoc non iudico ſed indico:ut ſit non anſa maleuolis:ſed offa ſtudioſis.

Anſa nõ ē dã da maleuolis

Ex eodem.xxxii.

Lyſtrene).ſcribo Lyſirene a Lyſira quam Ptolomæus in montanis Iſauriæ ſitã Galatiæ aſcripſit. & infra. Thebiſeni).Dictum eſt ſupius quãobrem Tarbaſeni ſcribendũ eſſe uideretur ex Strabone.Stephanus tamen locum eum in Piſidia tabas uocat:unde tabaſeni.

Ex eodem.xxxii.

Attingit galatiam & pamphiliam gabaliam & mylias qui circa barin ſunt).Lego attingit Galatia & Pamphylie Carbaliam & Milyas qui circa Barin ſunt.partĩ ex uetuſtis codicibus:partim ex Ptolomæo atq3 Plinio ſupius in Pamphylia ubi & regio Carbalia & Milyæ monſtrantur Herodoto Straboni cæteris.De Bari quoq3 Ptolomæus in Piſidica Pamphyliæ præfectura.Significat uero id nomẽ græcis domiciliorum & habitationũ frequentiam:uſurpantq3 id ſacræ interdum litteræ pro ædibus eburneis:nã & elephantes Poetæ Barros uocant.

Barri

Ex eodem.xxxii.

Sorbotæ qui octonum cubitorum).Vetus lectio Syrbotæ.item Plinius sequenti libro: Aetiopas inquit octona cubita excedere:Syrbotas uocari gentem secundum flumẽ astapum ad septemtrionẽ uergentem.

Ex eodem.xxx.

A meroe oppidũ tolen).Ptolomæus Coloen.& ista. Esar ægyptiorũ oppidũ quo psammeticũ fugerẽt).Scribẽdũ Esar siue ut Ptolomæus Eser ægyptiorũ oppidũ quo psãmetichũ fugerũt.De psã

meticho Aegypti rege Plinius in mentione Labyrintorũ:& Herodotus & Diodorus qui ducẽta hominũ milia ex Aegypto in Aethiopiam regis eius sæuitia profugisse tradunt. Strabo. Tenessis inquit regio uocatur quam qui Psammetichum fugerunt:obtinent:& Sebritæ nominantur hoc est aduenæ. Psammetichum Aelianus in animalium historia iustũ sanctumq; regem credidit:cuius inqt filias crocodili rapuere:ob id iuisi Apollonopolitis. Idem Strabo:Supra Meroen inqt alia sedet insula in quã se profugi quos diximus in Aegypto receperunt. Hos fere Põponius ad significat cũ scribit Aethiopum alios uocari a uitæ spacio Macrobios Alios quia ex ægypto aduenere automolas: ita.n.græci p fugas appellant.

Sebritæ

Macrobii

Ex eodem.xxx.

In arabico latere diaron).Ptolomæus Daron quasi patrio casu:hoc est λαρωμ haud procul Esar. & infra. Phaliges).Ptolomæus phalangin montem hoc situ ponit:unde populi Phalãges potius q̃ Phaliges dicãtur.& infra. Aschæ).Vetus lectio asachæ.Plinius octauo.asachæi uocant̃ inqt æthiopes apud quos maxime nascant̃ dracones.Et infra. Nubei).Ptolomæus nubi.Strabo Nubæ.in Silio Mibæ legit̃ forteq; pro Nubæ.Claudianus:Venerat & paruis redimitus nuba sagittis.Stephanus tamen & Nubæos & Nubidas uocari solitos affirmat.

Claudianus Nube

Ex eodem.xxx.

Nilo impositum tenupsi).Vetusti codices Tenupsis.Strabo Tennesis regionem ita uocari tradẽs quã Sebritæ incolunt ut diximus.& infra. Ptoembati ptoemphoæ).Ptolomæus ptoemphanæ:& infra. Aliud asara alterius oppidum danden).Scribendũ uidetur aliud asar alterius oppidũ Daron uel Daroen:repetit enim ex Bionis historia quæ paulo ante ex aliorum sentẽtia retulerat. de utroq; Ptolomæus ut prædixi.antiqua item lectio non danden sed Dardon quasi Daron habet.

Ex eodem.xxx.

Sebritæ

Sebarritarum sub regina).Ptolomæus Sebritæ: itẽ Strabo:Sebritæ inqt sub Regina sunt:de hac ipsa regione atq; insula Meroe uicina.ii aliquando & Sembritæ nominantur cũ Plinio tum Straboni.& infra. Asembobiti).Distinguendũ est ut duo uerba sint a sembobiti:hoc est post sembobitin insulam:de qua paulo ante dixerat.& infra. Perusios.item sperorci).scribendũ puto pharusios & perorsos:ex Plinio Ptolomæo Põponio:ut superiore libro demonstratum est. Nunc illud addimus. petorsos a Stephão uocari nõ perorsos iis uerbis: πετορσοι λιβυησ εθμοσ μεγα και πολυαμθρωπομ: itẽ. Ab cocalicibus & ĩfra Nigroæ).Vetus lectio ab Oecalicibus & Nigroe.idest μιγροι.Plinius libro quinto:Nigris inquit amnis oritur inter Thalæos æthiopas & Oecalicas.

Ex capite.xxxi.

Ex aduerso autolagum).scribo autolalum.ut quinto uolumine ostendimus.

Ex capite.xxxii.

Nigaria

Ninguariam).Solinus & Martianus capella Niuariam:a niue.alioquin & Ningariã uocare cui placeat a ningendo.

Ex capite.xxxiiii.

Arabiã citeriorẽ iudæã).Distinguẽdũ est ut nõ arabiã:sed iudæã citeriorẽ audias. Nõ enim arabia in citeriorẽ & ulteriorẽ diuiditur:sed ĩ partes tris.petræã.Desertã.Beatã. iudæa uero altera citerior: altera ulterior:ut quinto indicatũ est uolumine.

Ex eodem.xxxiiii.

Timauo p̃ximus).Scribendũ imao:qui mons auctore Plinio Strabone Ptolomæo pars est Caucasi.& ĩfra. Pãphyliã syden).scribẽdũ pãphyliæ siden:& ĩfra. Lyciã patharam).scribẽdũ Lyciæ pataram.& infra. Doriadũ).Vetus lectio Dorida Chiũ:Sed cũ de Chio inferius agatur:fortasse altero loco ios:altero Chios legendum uideri posset.ipse tamen Chium Dorida hic defendo. Erat.n. Chius oppidũ in Doride iuxta Gnidũ ut ait Stephanus iis uerbis:Chios inqt quatrigemina est:prima Chios insula:secũda Cariæ urbs sub mõte Pellenæo.tertia in Euboea:quarta in Cherroneso Rhodiorũ iuxta Triopiã:de qua nũc loqmur.Plinius qnto libro.Est inqt in p̃montorio Gnidos Libera:Triopia deinde Pegusa est Stadia appellata:ab ea Doris incipit.Itẽ. Cithiũ).Scribo Gythium siue quod idẽ est Gytheũ:ut in Pelopõneso diximus.

Chios

Ex eodem.xxxiiii.

Messeniam pelopõnesum).Vetus lectio Messeniã Pelopõnesi:quod & rectius est.& ĩfra. Gnomonis cunctæ umbrã.lxxvii.unciarũ faciunt).Antiqua exemplaria commodius:Gnomonis cẽtũ unciæ umbrã.lxxvii.unciarum faciunt.Error magnus:sed errandi uia facilis:cunctæ scribentium pro eo quod erat.c.unciæ.& infra. Ab altero latere timaui).Legendũ ut monuimus imai. ultra quẽ uidelicet sunt Scytharũ gentes.

Error magnus

Ex eodem.xxxiiii.

Gardus smyrna sipolus):Scribo ex uetustis codicibus sardis Smyrna Sipylus. De iis supiore libro dictũ in Lydia:& infra: Tmolus mons lydia).scribo Lydiæ.hic & Tymolus dicitur cum fluuio ut alibi docuimus.

Ex eodem.xxxiiii.

Patara istmos).Scribo Patræ isthmos:nota ratio.Et infra. Thraciã medicã poeoniã).scribendum ut testati sumus alibi Mædicam per.æ. diphthongum:ut a Medis qui sunt in asia distinguas.& infra. Stomos).Legendũ Tomos exilio poetæ nobilissimi clarissima.

Castigationes plinianæ eiusdem Hermolai Barbari ex libro.vii.

Ex prologo libri Septimi.

Liena alienis uelat opibus).Quidam ex antiquis codicibus legũt sine uerbo Aliena
a mihi locutio nõ displicet:ut sit Aliena hoc ẽ natura casu recto.Simile huic sequẽti ca
pite.Tãta inqt loquẽdi uarietas ut externus alieno fere nõ sit hominis uice.Cæterũ i
transcursu patrocinari libet naturæ:nõ ideo nudũ ꝑcreantis hominẽ ut eum deteri
ore loco q̃ cæteras animantes habeat.sed cõtra potius.Aristoteles de generatiõe ani
maliũ secundo ita quæstionẽ fuit:Homo inqt nudo maxime oĩum & intecto corpore nascitur: quo
niã minimũ in eo est terreni recrementi:quæ causa facit ut ungues quoq; minimos proportione sor
Locus in Tuscu. Ci. tiatur.& infra. Excogitare.scribendũ Excogitatæ. Ex eodẽ prologo.
Vt q̃ ocissime aboleri.scribendũ Aut q̃ ocissime aboleri. De hoc & Cicero in Tusculanarũ prima:
Abiit uero hæc sententia græcis in ꝓuerbium: unde senarius το μη γενεσθαι μεν κρατιςον εσται
επαν δε γενηται ωσταχιστεχειν τελοσ. Theognis ĩ Angeltico αρχην μεν μηφυναι επιχθονιοι
σιν αριςον φυνταδοπωσ ωκιςα πυλασ αι δαο περησαι. Ex eodẽ prologo.
Vni sepulturæ cura atq; etiã post sedefutura). scribendum fortasse non defutura : sed De futuro.
Plinius hoc libro:Habere inquit sensum uictus generationis atq; operis & de futuro etiam curam.

Ex capite.ii.

Timaui montis regio).Legendum Imai:ut superiore libro docui.& ĩfra. Pro baltelibus).Anti
qua lectio Pro Mantelibus aut pro Mantellis:ita enim penulæ genus apellatur Plauto:quã græci:Mã
dyam quoq; uocant:quo se ut lorica muniunt:ob id & suidas ait μανδυασ ειδοσ ι ματιου οπερ κα
λειται λωρικιον. etiamsi Mantelia & Mantilia pro mappis quasi a manibus tergendis summuntur.
Nam Balteum scimus omnes:Baltelia q sciat nõ comperi. Et ĩfra. Maclias): Herodotus Maclyas
potest & Macryas ex stephano:qui tamen tam per.i.q̃ per.y.ueteribus usurpatum id nomen tradit.

Ex eodem.ii.

Quæ uocant̃ uitiæ).Solinus Bithyæ.stephanus quoq; Bithyas in Thracia gẽtẽ cõmemorat.quoꝝ
Tibii auctor Bithys fuerit Martis & Setæ sororis Rhesi filius.& infra. Tiborũ).Legẽdũ Thibioꝝ.Didy
mus Thibioꝝ ĩqt gens effascimatrix atq; pestilens halitu solo pimit:eorũq; in mari corpora nõ mer
gunt̃.Locus in Põto ubi sũt Thibais ab una dictus Amazonũ:quas occidit.Hercules: Ferũt enĩ ex his
maxime ĩsignes fuisse Trallã.isocratiã.Pallã.Coeam.Coelian:& Thiban: & ĩfra. Sciopidas).Legẽ
Sciopode dũ Sciopodas hoc est uerbũ de uerbo Vmbripedes. Ex eodem.ii.
Choromãdarum).Ctesias Choramnæos uocari dicit genus hominum siluestre in persia tantæ p
nicitatis ut ceruos cursu comprehendant.& infra. Scyritas).Legendũ Syrictas siue a foraminibus
& fistulis quas nasi loco præferunt de qbus & Strabo meminit:siue a fistulis & calamis auernarũ.So
Syringe linus:alii concretum inquit os habent modico tantum foramine quo calamis auenarum cibos hauri
unt:Syringas.n.græci fistulas appellant. Ex eodem.ii.
Cirnos indorum genus).Legendum putant Lycus athenæus.Stephanus Cyrnios qui longissimo
æuo utant̃:sed ab insula Cyrno idest Corsica.Ridiculũ uero quod addit̃.Eo diuturnam iis uitam esse
Mel corsicũ quia plurimum uescant̃ melle:cũ sciamus nullũ fere mel deterius haberi corsico: si poetis credimus.
& infra. Pandoræ).Stephanus Panæuræ ab oppido iuxta flumẽ Indum.Ptolomæus in ĩdia Pãdio
nas.extimandum proponimus. Ex eodem.ii.
Colinguis).Scribe Calingis auctore Plinio Ptolomæoq; in ĩdia:sunt & calĩgii sed in arabia ut supi
ore libro cõstat.& ĩfra. Soritas).scribendũ Oritas.item paulopost. Arabis).scribẽdum arabis
ex Plinio Strabone Ptolomæo cæteris.& infra. Flumen astagum).Strabo Astapũ.& ĩfra.Menys
minorum).Plinius uolumine priori Medimnorum qui hoc lacte uictitent:ut in alterutro menda sit.

Ex capite.iii.

Eutychis Eutice a.xx.liberis).Vetus lectio & græci nominis origo Eutychis. Solinus. Gn. inquit Põpeium
legimus Eutychidẽ fœminã & reliqua.Verbum autem. Hermaphroditas). scribẽdũ Hermaphro
ditos.Porro aliud est Androgynus:aliud Arsenothelys.primum omnes intelligunt:secundo utit̃ Ari
stoteles animalia hæc intelligens:quæ ipsa se ineunt:ut inter pisces Trochus.ob id ficto nomĩe theo
dorus Masculo fœminos conuertit fidelius q̃ fœlicius. Ex capite.ix.
Qui primus Cæsar Africanus prior natus primusq; cæsar a cæso matris utero dictus).si hoc ad africanum referas cõ
tradicunt historiæ:ꝑpterea ꝙ ante bellum Samnitum Claudius quidam Cæsar appellabatur.idq; in
tabula quadam antiquissima hodie ostendit̃ Romæ ambusta iis uerbis: Cæsar Claudius.C.F.Ap.N.
cæcus.C.Plautius.C.F.C.N.qui in hoc. Dxxv.honore Venox appellatus est. de Venoce satyrus illo
uersu:Turba Venocẽ trudit:hoc est nobilem:Quanq̃ &.L.Plautius.L.F.L.N.Vennocens in eadẽ ta
bula legitur.Indicauit hoc ante oẽs mihi Pompõius Lætus.De hoc ipso marmore dicemus & tertio
decimo uolumine in libris Numæ Pompilii.& infra. Manilius qui cartaginem). Scribendũ Man
lius ex omnibus historicis. Ex capite.xi.
Quarto partu dacorum originis nota in brachio).Legendũ forte non dacorum:sed aliquorũ ex

Ariſtotele de animaliũ hiſtoriis :unde ad uerbum fere ſumpta ſunt hæc.idem auctor de animaliũ generatione primo libro:Chalcedone ĩquit cum pater brachio eſſet compuncto:filius idem retulit.cõfuſa tamẽ nota & minus explanata. Trogus in familia Seleucorum Ancoram ſcribit naturalem generis fuiſſe notam in femore.De his multa plutarchus.

Ex capite.xii.

Magno Pomponio uibius).Iunium Valerius maximus uocatum eum tradit non Vibiũ.ĩ utro ſit uitium:obſeruatores uiderint.& infra. Scipioni in Seruo ſerapione uictimarii).Et reliqua.Fabius.Quintilianus Sciriationem uocatum eum tradit nõ Serapionem ut protinus liquebit.Plinius alio loco:ſcipio inquit Suario cognominabaẽ propter ſimilitudinẽ Suarii cuiuſdam negociatoris:Mendoſum & id puto:forteq̃ in hunc modum reſtituas:ſcipio Sciriatio cognominabaẽ ꝓpter ſimilitudinẽ ſerui cuiuſdam negociatoris.atq̃ ita congruent cum illis hæc.

Locus in Valerie

Ex eodem.xii.

Spinter ſecundanus retiariuſq̃ pamphylius). Scribendum quibuſdam uidetur ſecutor non ſecundanus:ut ſenſum talem habeat.Conſulibus duobus eodẽ tẽpore gladiatores duos ſimiles fuiſſe. ſpinterem qui ſecutor erat lentulo:pamphilum:qui retiarius Metello.Fabius libro ſexto:in his inqt maxime ualet ſimilitudo:ſi tamen ad aliquid inferius leuiuſq̃ referatur:quæ iam ueteres illi iocabanẽ qui Lentulum ſpinterem & Scipionem Sciriationẽ eſſe dixerũt.de retiariis & ſecutoribus iuuenalis Trãquillus cæteri.Sed quid ſi & ſecundanus poſſit ſeruari:Fabius in quinto:Naſcunẽ inquit ex iis quæ cõtradictioni oppoſuimus aliæ cõtraditiones:euntq̃ ĩterim longius ut gladiatorũ manus quæ ſecundæ uocanẽ.Proinde uetus lectio non ſolum habet ſecundanus:ſed Retiarii loco Tertianus.ut enim ſecundæ manus ita & tertiæ & quartæ gladiatorũ uocari poſſunt.quoties uidelicet feſſis alii aliis ſuccederent:unde Martialis illud:Hermes ſuppoſititius ſibi ipſi libro.v.

Ex eodem.xii.

Scipioni poſt.gn.cognomẽ ſaluntominus dedit).Legendum Salutio Minus:nõ ſaluntominus:ex plutarcho in cæſare:Aut Saluitio ex Tranquillo:Plinius li.xxxv. Saluntonẽ uocat eum.ſed & ea librariorum culpa fuerit.ſunt & codices qui non poſt Gneum:ſed poſt eũ ſcribant: ideſt poſt Sciriationẽ:de quo diximus.

Ex capite.xv.

Aliquanto aluo citatior).Scribendũ aliquando.& infra. Scyron).Scribendum ſcirron Ita.n.duritiæ a medicis uocanẽ.unde ſcirromata.Nam de mola fœminarũ quæ a græcis Myla diciẽ cũ alii tũ Plutarchus in eo cõmẽtario πωσ αρτισ υπεχθρωμ ωφελοιτο.& Plinius li.x.& ante oẽs hos Ariſtoteles quarto de generatione aĩalium uolumine: Cũ ex humore inquit crudo cõceptus ſtetit tũc mola gigniẽ idq̃ in mulieribus merito aut ſolis aut maxime.&;infra. Sterileſcunt lacte fruges).Legẽdũ Tactæ:nõ Lactæ.ſolinus:Cõtactæ inquit iis fruges non germinant.& infra. Ferrũ rubigo ꝓtinus corrumpit).Dic corripit.ſolinus.Ferrum ĩquit rubigo corripiet.& infra. Geſtatas fruges).Scribẽdum Guſtatas.

Mola fœminarum

Cum ex honore crudo conceptus ſtetit tunc mola gigniẽ

Ex eodem.xv.

Germinis e maribus).Scribendũ ſemine e maribus:quoniam ſequatur: Coaguli modo hoc in ſeſe glomerãte ad ipſum & Hippocrates libro de natura partus & uteri docet.& de hominis opificio lactantius:& ad uerbum Ariſtoteles de generatione animaliũ ſecundo:ubi:Semen inquit e maribus ita ſe ad menſtruorum naturam habet.ut coagulum ad lac:contrahit.& conſtituit materiam excrementũq̃ præbitum a fœmina.ob id anima e maribus prouẽit:corpus e fœminis.Medici tamen ſunt q̃ et uim quandam efficientem ineſſe fœminis in conceptu uoluerunt.ſed hæc alterius inſtituti ſunt.

Hippocrate libro de natura partus

Aĩa e maribus ꝓuenit Corpus uero a fœminis

Ex capite. xvi.

Iunctis medicamine oculis ſaluam infici).Legendum ſaliuam.Non deſunt qui non oculis:ſed locis hoc eſt naturalibus & uulua ſcribi poſſe iudicent:quoniam de hoc Medici quoq̃ prodant ſimilia: ubi ſterilitatis cauſas enumerant.ſed oculis tamen legi ſatius: quandoquidem auctor ſit Hippocrates oculos cum uulua ſympathiam habere quandam.Et hoc ipſum dicat Ariſtoteles de generatione aĩalium ſecundo.ſedes inquit oculornm maxime omniũ locorum capitis ſpermatica eſt:proptereaq̃ mulierũ probatur ſuffitu fœcunditas:ſi odores inquit uterum ſubeuntes efferantur & halitũ afficiãt:ſed & illi tu quoq̃ ſi colores oculis impoſiti ſaliuam inficiant. ſin minus argumento eſt meatus corporis cõfuſos obſeptos & occæcatos eſſe.& infra. Salaminæ).In quibuſdã codicibus ſolini ſalamiã inuenias ut ſit nomẽ uiri ſiue pueri eius de quo hic agiẽ.& infra. Nomĩe conopas).Vetus lectio Copas nõ Conopas.ſunt qui conops ꝙ ea uox culicẽ ſignificet:ĩ deliciis uero quare tales haberenẽ.plutarchus in Antonino.ipſe ſcopas legi poſſe uideo.Athenæus αμτρωπαρια μεκρα και τουσσκοπαιουσωσ φησιμ οτιμωμ τουσ καλουμεμουσ παρατισι σιλπωμασ hoc eſt homulos paruos qui a Timone ſcopæi nominantur & ab aliquibus ſtilpones.

Loci ꝑ naturalibus & uulua

Conops idẽ eſt q̃ & culex

Homuli ſcopæi nominantur

Ex eodem. xvi.

Ectapelos).ſcribendũ aut Ectrapelos quaſi horrentes & auerſatos cõmunẽ & uſitatũ naturæ modũ.cuius uocis uel frequẽs uſus eſt apud græcos:unde Ariſtophanes in Comœdia uerbum τριβολεκτραπελοσ cõpoſuit.aut Euapelos ex photiõe grãmatico:q̃ ſtolidos & amẽtes ita dictos refert:quos & ευηθησ græci appellãt.aut Hectapales απο των εξ παλαιςωμ ideſt a ſex Palæſtis.ſunt autem Palæſtæ ſex quãdoq̃:uidelicet quoties pro ſpithama capiunẽ.Dodrãtes ſeni:hoc eſt palma ſex. ii autẽ ſunt

Spithama

Eutrapeli

tria cubita:ĩ quã magnitudiné adolescere triẽnio Tales dictum est supra. Sipõtinus Eutrapelos scribe
bat quasi lepidos & elegãtes. nec tricubitos sed cũ priore Plinii sñia cõfundés: sexquipede altos & ĩ tri

Sexquipe-
dales

matu uitæ cursũ ĩplentes: quo nihil ab eo fingi poterat absurdius: nihil æque Plinio ueritatiq̃ cõtrariũ
Sexqpedales pro tricubitis: uenustos & urbanos pro tardis & hebetibus reddẽdo. idé fere Domitio
uisum est illo Martialis epigrãmate Eutrapelus tonsor dũm circuit ora Luperci: & reliqua.

Ex capite. xx.

Corpore uescos esse). Aliqui scribẽdũ putãt corpe uesco fuisse: quoniã ptinus sequat̃: Sed eximiis
uiribus Tritanũ. põt & defendi Corpore uescos esse: ut subaudias quosdã. Verbũ auté Tritanũ cum se

Vescum

quentibus iungat̃. De hoc uiro Lucillius & in finiũ præfatione Cicero: & in uita Cõmodi Lãpridius
Herculé rusticũ appellans: Vescũ aũt Nonius interprætat̃ obscurũ minutũq;. idé Virgili. idé Ouidius
Et quoniã pticula Ve: modo remittit: modo ĩntendit: efficit̃ ut uaria sit eius uerbi nõ una significatio
auctor Gelius: Nam Seruius qui frondes salicis uescas pro teneris & arentibus exposuit: iure ĩcessit:
nisi p gracilibus & male habitis acceperit: fere. n. quæcũq; maciléta & male curata sunt: uidemus hæc
tum sicca esse. tum tenera: idest aũt iniuriis obnoxia frangiq; atq; pati mollia.

Ex eodem. xx.

Prodigiosa
uirũ relatio

Varro prodigiosa uirium elatione). Solinus hæc ipsa mutuatus legebat: Varro in prodigiosa uirũ
relatione: q̃q̃ Plinius hoc capite athanatũ inquit prodigiosæ ostentationis. & infra. C. Milonem).
Scribendũ Crotoniatam Milonem: ex pausanias: Huic inquit malum punicũ tenẽti digitũ nemo sub
rigere: ĩsistenté uestigio educere nemo poterat. Diotimi filiũ fuisse Olympia sexies: pythia septies ui
ctoré statuã eius Olympiæ ostẽdi: Dameæ Crotõiatæ opus ĩ septo quod Altin uocãt. Ex eodé. xx.
M.c. lx. stadia). Solinus. M.cc. xl. Et sane mẽsura hæc ab athenis Lacedæmoné ueritati propior ui
det̃ ex Ptolomæo. & infra. Canistius cursor). Solinus anistiũ nõ Canistiũ appellat. & infra. V no
die. M.ccc. ii. stadia). Solinus. M.cc. stadia. Plinius uolumine secũdo: Philonides inquit ex Sicyone ad

Locus apud
Martiale

Elin. M.cc. stadia noué diei confecit horis. Quod aũt paulo post de puero cursore dicit̃: q Fonteio &
Vipsano Cõsulibus fuit: nouem annos genitũ: Solinus octo. Sunt qui a Martiale ĩtelligi eũ uelĩt. scrib
te: Siue leué cursu uincere quæris Atham: sed auctoré desidero: quẽadmodũ etiam in illo q putãt ma
chionem & Linũ ab eodé poeta nominatos libro. v. esse hos qui hoc capite Saluius & Athanatus dici
tur: Vaticinia mera sunt: & sine usu aliquo periculosa. Ex capite. xxi.

Mermecides). Legendũ Myrmecides ex Aeliano: ité Cicerone in Academicis: Vt etiã ĩter deos i
quit myrmecides minutorũ opusculorũ fabricator fuisse uideat̃. Plinius Theodoro quoq; tribuit hãc
laudem quarto & trigesimo uolumĩe: at sexto supra trigesimũ Callicrati & myrimecidæ. in Varronis
libro de Latina lingua tertio: mendosissime ita legit̃: Etenim facilius obscuram operã Hyrmecidé ex
ebore oculi uideãt extrinsecus admoneãt nigras setas. Scribendũ puto: Vt enim facilius obscura opa

Locus apud
uarronem de
latĩa lingua

Myrmecidis ex ebore oculi uideant: extrinsecus admouent nigras setas. idé lib. v. ĩ quibus inquit assu
mi solet aliquid: quo facilius reliqua dicant̃ uti munecidis operibus minutis. Legendũ: ut in myrmeci
dis operibus minutis. Ex capite. xxiii.

Anaxarchides). Cicero nõ Anaxarchides: sed anaxarchus. de zenone id Plutarchus non Valerius
apud nos ut aliqui somniantes scripsere. ité In tyrannos). Lego: in tyranni os: iisdem auctoribus.

Ex capite. xxiiii.

Simonidos
medicus nõ
medicus

Carmadas). Forte Charmidas: Etenim usitata hæc nomenclatura græcis. Fuit uero quidam Glau
conis filius ætate Socratis hoc noĩe Platoni: Fuit & Magus alter Appuleio. & infra. Simonide medi
co). Scribẽdũ melico: ut Domitius ante nos indicauit. Dicunt̃ aũt poetæ quidã melici: ut ait. M. Tul
lius de optimo genere dicendi: Sed & Stephanus & Censorinns & Ausonius & Gelius. Additũ uero
Simonidi maxime cognomẽtũ Melicus existimo ut ab Simonide iãbico poeta distingueret̃. melicus
e Cea fuit: ut auctorem Theocritus ει μη Δειρος αοιΔοσ ο κηιοσ αιολα φωρεωμ. iambicus ex amor
go ĩsula. Eustathius: Simonides ĩqt melopœos & melocertes appellatus est. longas hic ĩqt & duplices

Qui octauã
chordam ad
didit Lyræ

litteras & memoriæ arté & Lyræ tertiũ sonũ cõpit: at Plinius octauã ĩqt cordã addidit. ob id Theocri
tus βαρβιτομ εισ πολυχορδομ εμ αμΔρασι θηκομομαςοσ. Ex capite. xxv.

Quinquagies dimicauit). Solinus Quinquagies & bis dimicauit. Ex capite. xxvi.

Quare Pom
peio magnus
dictus

Magniq; noĩe spoliũ inde capto). Scribendũ Spolio. Trãqllus nõ tã ex aphrica q̃ ex Põto retulisse
id cognominis Pompeium indicat. Plutarchus a Sulla Dictatore datum ei e Sicilia reuerso: alios ex
aphrica reportasse id Pompeium putare. Ex capite. xxviii.

Duodena castra hostium non gallia). Scribẽdum in Gallia: notius est q̃ ut probationem desideret.

Ex capite. xxix.

Aristotelis philosophi patriã cõdidit). Vetusti codices: Aristotelis philosophi patriã suã credidit
nõ q nõ cõdiderit seu potius restituerit euersam a philippo patre: ut Aeliãus ĩqt: sed q pter fidé anti
quæ lectionis Emphaticoteron uidet̃ dictũ: suã credidit quã cõdidit. Ex capite. xxx.

Calamitati testis ingés factus inimici). Vetus lectio pbior: nõ calamitati: sed ĩ calamitate magnũ

est ab inimico laudari:maius a misero.& infra. Rerum conditoré reuocauerunt).Vetus lectio tragædiarum conditorem:falsum & hoc.sed gradus ad uerum.Proinde scribendum censos:Rerum gestarum conditorem:hoc intelligens quo eum græci absolute uocant τορ συγγραφεα.& infra. Possidonii sapientiæ professione clare).Scribendū Clari.Aelianus etiam ad Cratippum uentitare solitū scribit Pompeium ut cæsaré ad aristoné.& infra Sed quo &.t.m.tulli piaculo taceam).Legendum: Sed quo & te.m.tulli piaculo taceam?& infra Operibus electus).Vetus lectio constantior:Operibus electis.Friuola hæc & his aliquot similia:sed expetita multis.Alioquin minuta hæc & leuicula īterim uel morant̄ occupatos uel offendīt delicatos:& quorundam tanta peruersitas: ut si prætereant̄ ignorata mihi non contempta prædicaturi sint.& infra. Notatasq; se sedes).Verbū Se : detrahendum est.De Agraria lege plutarchus in Ciceróe.de Rosio Macrobius.De proscriptorum liberis Fabius libro.xi.

Magnum est ab inimico laudari maius a misero

Excapite . xxxiiii.

Comitem æris alieni atq; litis esse sponsioné).Vetus qdé oīs lectio: non Sponsioné habet.sed miseriam.idq; probat Merula:qui & græcum prouerbium prætexuit.Fœlicem esse qui nihil debeat.ꝓinde ut miseꝝ esse qui debeat necesse sit.Martialis Ah miser & demens uiginti litigat annos.Quisq̄: cui uinci gargiliane licet.Cattullus.Furi uillula nostra non ad austri Flatus opposita est:nec ad Fauoni:Sed ad milia quindecim trecenta O uentum.horribilem atq; pestilétem:Non enim præciū id aut sumptum uideri sed æris alieni summam:qua futuꝝ esset ut nominibus dissoluendis uilla diuéderet̄ & quasi licitaturis opponeret̄.Cæterum & sponsionem tueri licet:ut si quod Græce dicitur εγγυнλε παρατн:hoc est sponsionem iacturas & damna comitari.plato in Charmide consecrata esse tria hæc in Delphici templo memorat.Nosse se quenq;:Nihil nimis :Sponsionibus adiūcta esse incommoda. Meminit hoꝝ trium & plutarchus eodem ordine.Sidonius Apolinaris Thales Mileto genitus uadimonia culpat.& alibi.Mileto quod certe thales uadimonia damnas.Ouidius ad Aurorá:Atq; eadem sponsū consulti ante atria mittis.Vnius ut uerbi grandia damna ferat.Actionis porro genus eé Spōsionem cū alii tū Fabius insinuat quarto & septimo uolumine:haud ita multo distans ab eo quod græci παραкαταθнкнр Athenis uocabant.Caper grāmaticus:Religione inquit santitur fœdus:at sponsio pœna.

Prouerbium est apud græcos fœlicem esse qui nihil debeat

Sponsionem iacturæ & dāna comitatur

Caper grammaticus Sponsio sancitur pœna

Ex capite .xxxvii.

Dinocrates).Vitruuius quidem & alio loco Plinius item Solinus Dinocraté omnino hunc appellant.Strabo & Aelianus Chirocratem architectum Alexandriæ.item. Chthesibius).Scribe Ctesius:idest кτнσιβιοσ.

Ex capite .xxxix.

Libidinis nō formæ).Legédū Libidinis nō fortūæ.& īfra. Sutorio prisco).Scribendū A Sutorio prisco:ut Seianū uidelicet ab hoc Sutorio siue Sertorio mercatū ītelligas.

Ex capite.xl.

More thraciæ gentis).Hunc moré Cretensibus asscribit Horatius:Cressa ne careat puella nota: idcirco sunt qui Thressa nō Cressa in eo legant.Alioquin & Crestone Lycophroni Tracia dicitur ab uno terræ eius oppido Crestona:ut quarto libro indicatum est. Sed porphyrio tamen & probus in persii poetæ Satyra Cretensium eam fuisse consuetudiné.affirmāt.Ideoq; nec Horatii uersum mutauerim.nec Plinium arguerim.

Ex capite.xliii.

Berenice quæ filia soror mater olympionicarum).Scribo pherenice.pausanias ī Eliacis ita uocat eam:quæ ab aliis Callipatira inquit dicatur:ea filium pisirhodum in certamé Olympicum profecuta uirili habitu quasi pugil cum uictorem agnouisset:superato aggere: quo Gymnici cludebantur:nudauit se.Ad pœnam quæsita ꝙ Alpheū amnem transisset:id illis diebus capitale fœminis erat absoluta est datumq; id patris & fratris & filii uerecundiæ:qui omnes Olympionicæ fuerunt.ex eo tempore īstitutum est ut nudi adessent qui ad ludicrum id certaturi conuenirent.fugisset me iocus iste.nisi conniuenti mihi transilientiq; sum mōstrasset homo lectionis multæ Didymus zenoteles Fertinus:quo & a secretis utor propter fidem:& anagnoste ꝑpter diligétiam. Ne uero dubitari posset pherenicen eius mulieris nomé fuisse cōfirmat Aelianus de uaria historia libro decimo iis uerbis fere . Duxit ad Olympicū certamé filiū suū Pherenice fœmina : ꝓhibétibus eá spectare q̄ præsidebāt: licere id sibi ꝑsuasit quæ patré & fratres tris haberet Olympiōicas:spectauit:& uictoré filiū reduxit.Dissētit qdé ab Aeliano pausanias ī quadá tenus:sed ad id quod uoluminis satis est.

Didymus zenoteles homo lectionis multæ

Ex capite.xliii.

Suffarraneum).Codices Romani.Frumétariū. Quidam sufforaneum ab eodem Etymo:quo circumforaneum nōnulli sub Affranio.Ciceronem ubi hoc dicat nundum legi.qui legerit inueniet:sed certe id a farre quemadmodum confrarratio deductum uideri potest:ut eū significet qui far in castra conuehat.sed modicum alienūue:nō iusto cōmeatu aliquo:sed crebris & uilibus institorum uecturis. Admonent uero me uerba hæc ut cōmemoré quod & in præfatiōe leuiter attigimus.huiusmodi uocabula fere in castris orta esse Suffarraneum Conterraneum Militaneum Consecraneū.iulius Capitolinus in concione quadam Maximini cæsaris Commilitones inquit sacrati immo uero cōsecranei Alio loco idem auctor:nullam ciuitatem æque militaneum esse dixit.Nam consectaneus pro eo qui ī eadem hæresi est.capitur Sidonio in epistolis:qui & superforaneum quasi pro superuacaneo usurpat Sextus Ruffus Limitaneos:Reparato īquit de limitaneis Daciæ exercitu.

Suffarraneus Conterraneus Consectaneus q ī eadé hæresi est

Ex eodem. xliii.

L.Sulla locus apud Iuuenalem

De iure uirgarum in eum iudicem in exilium missus). Vetus lectio de iure uirgarū in iudicū cōsiliū missus. nota est historia ex Ciceronis oratiōe pro Balbo meminit & Plinius quinti libri qnto capite: ubi quædam pluscula notauimus. & infra. Et quibusdā fœlicitatis inductus argumentis). Legēdū nō Quibusdam sed quibusnā: ut sit pcunctatio cui sic respondeat: An quia proscribere tot milia ciuiū & trucidare potuisset? Verbum aūt. Asseruauit). Superius positum: scribo Asseruit: & īfra. Somno eius ciui immortuus quodāmodo est). Scribendū cui: nō ciui. De. L. Sullæ somno multa illo uersu iuuenalis: Dormiret ut altum. quæ uolens prætereo

Ex capite. xliiii.

Vitatus qui diceret apud Veteres

Et hoc dicebat iam balearicis & creticis diadematis iam macedonicus ipse). Quidam legunt Diadematus nō Diadematis in hūc sensum: Cum illa de Scipione uerba diceret: iam liberos habebat Balearicos & Creticos quorū splendore Diadematus & insignitus uideri poterat. Lucius Florus: Metelli īquit Macedonici domus bellicis nominibus assuerat: altero ex liberis eius Cretico facto: mora nō fuit quin alier quoq; Balearicus appellaretur. Alii nō Diadematus nec diadematis hac parte scribunt sed Dalmaticis: quoniam pedianus in actione contra Verrē tertia ubi Cicero de manubiis. L. Metelli mentionē habet: ita dicat. L. inquit metellus subactis dalmatis dalmaticus est appellatus. Ego diadematis casu dandi & penultima producta lego ad hunc modum & hoc dicebat iam Balearicis & Creticis & diadematis iam macedonicus ipse. Moueor cū q nulla est antiqua lectio cōtraria: tum uero maxime q in metellorum gente diadematos fuisse quosdam testis est Cicero in cōcione p reditu suo iis uerbis: nō ut pro. Q. Metello clarissimo uiro iā spectata ætate filius: nō. L. diadematus cōsularis summa auctoritate uir non. Q. Metellus Censorius: non eorum liberi. non. Q. Metellus nepos qui tū Cōsulatū petebat. iā nec satis cōstat ecqd. L. Metellus q Dalmatas uicit Macedonicus Macedonii Metelli filius fuerit: aut si Dalmaticus quoq; aliquis eorum dictus est nunquid prohibet eundē & Diademati cognomentū habuisse? Plutarchus in Martii Coriolani uita ī Metellorum ait familia fuisse qui Vitatus quoq; nomīaretur: ab usu uittæ qua ulceris tegendi causa procedebat in publicum obligata frōte. Qui autem putant ipsum Macedonicum & a Plinio hic & a Cicerone Diadematum uocari: decipiuntur. Primū q Macedonicus nō Lucii sed Quinti prænomen habuit. Deinde q. Q. Metellus & q pro ipso reducendo suplicabat. L. Metellus Diadematus: Macedonico posteriore fuere. Valerius maximus id cōprobat. Metellus inquit Numidicus populari factione patria pulsus in Asiam secessit. Numidicus uero dictus q iugurtham Numidiæ regē Cōsul attriuerat. Nota est ex Liuio Salustio Floro & Sexto quoq; Ruffo historia. Verbum autem. Recepto). supra positū: uetus lectio nō habet: sed eius loco Referente: Nam & commodius sit reperto q̄ recepto.

Ex capite. xlv.

Locus apud Tranquillus

Hæredæ hostis suæ filio excessit. Omnes uetusti codices habēt Hærede nō suo filio excessit: Alioquin Hostis sui potius q̄ suæ filio idest Tiberio scribēdū fuerit: cuius patrem ciuili bello. M. Antonii partes secutum nemo dubitat. Nam de matre liuia intelligi uix potest: cuius in amplexu & ut Tranquillus ait osculis extremum spiritū augustus efflauerit: quanq̄ Dion ueneno in ficu dato a Liuia sublatū augustum scribit: quod & Tranquillus innuit fere: quibus auctoribus omnia quæ hoc capite habētur ex Solino quoq; percipias.

Ex capite. xlvi.

Aglaū prophodium). Valerius de hoc ipso meminit: sed Aglaum Sophidiū appellat. Scribo psophidium ex psophide Arcadiæ: ut libro quarto docui. Stephanus psophis īquit psophitem debuerat Analogiæ ratiōe: sed a genitiuo peperit psophidium ut ab arcade arcadius & ab aulide aulidius & ab insula Thynniade Thynniadius.

Ex capite. xlvii.

Adagium iis qui sordidos & iniustos quæstus faciunt

Eutimus poeta semp olympiæ uictor) Vetus lectio Pycta non poeta: Sed & Euthymus scribēdū est: Pausanias in Eliacis τα δε εισ ευθυμον τον πυκτην ου με εικοσ υπερβαινειν. Quæ inquit de Euthymo pycta idest pugili dicunt: præterire fas non est. is in locris italiæ qui epizephyrii cognominātur ortus astycleo patre: uel ut indigenis persuasum est Cæcino amne genitus q locros a Reginis diuidit: hunc semel a Thasio Theagene uictum tradit. non iusto quidem illum certamine: sed circūuentum dolo: unde nec Theageni decretus honor: īsuper damnatus ut Mulctæ nomine talentū Euthymo repræsentaret. Demum Euthymus in italiā reuersus post octauam & septuagesimam fere Olympiadē Temesam uenit. Genium loci: quem Vlixis comitē fuisse: ab oppidanisq; quia uirginem cōstuprasset interemptum ferebant. ob id uagari laruas eius & nisi placarentur quotannis oblata uirgine crassari solitas & perniciem afferre omni ætati ac sexui compescuit: liberata: quam deuouerāt puela ī matrimoniūq; ducta: uixisse perq̄ diu alioq; q̄ cæteri mortales solent modo: humanis excessisse. De hoc ipso inquit multa Callimachum dixisse: per hæc uerbis Plinii quæ hoc toto capite habentur. nō solum omnis adimitur obscuritas: sed maxima etiam lux affertur: Addatur iis & æliāus uariæ historiæ octauo libro. Euthymus īqt locrus ex italia Pyctes īclitus & robore insigni fuit lapidē gestabat ingēti magnitudine qui Locris ostendit & Temesæum heroa quod cuiq; per uim abstulerat reddere coegit etiam cum fœnore: ut inde natum sit adagiū iis qui sordidos & iniustos quæstus faciūt affore Temesæ:

um Genium:Hic inquit Euthymus ad amnem Cæcinum oculis hominum apparere desiit.

Ex capite.xlviii.

Macroæões

Anacreon poeta argantonio). Hoc ipsum quidem & Valerius quoq; maximus:sed Strabo Argathonium Tartessiis ait imperasse:quos in Bætica Macræonas hoc est longæuos quoq; appellát.Anacreontis autem uerba hæc sunt: εγο ουταμαλθειασ βουλοιμην κερασ ουδε τα πευτηκονταν και εκατον ταρτησσου βασιλευσαι Nomen ergo regis non expræssit ip e sed Herodotus ut auctor est idem Strabo.Silius:argathoniacos armat Carteia nepotes.etiam si Argantoniacos fere scriptum est.In Hispania quidem S arganthana fuisse tradit.Stephanus.sed de hoc ipso an de alio senserit:nõ cõstat.in Mysia quoq; mõs ubi raptus Hylas iuxta Cium Prusiada uocatam.Argathona dicebatur ab argathona Rhesi cõiuge cui & Argathon ut monti quoq; nomé fuit:unde possessiuum αργαθωνειοσ ut a Cithærone κιθαιρωνειοσ:auctor Stephanus.Meminit & Strabo.quemadmodum uero ab argathon argathonium:ita ab Argathona Argathonium deducat necesse est.Diuertimus ĩ hæc propter uersum Propertii:de quo multa multi:bene pauci.

Siluis

Ex eodem.xlviii.

Versus proptii a paucis intellectus

Locus castigandus in Valerio

In ætolia epiorũ gentis).Diximus libro quarto ex Homeri & Halioꝝ testimonio Ephyros ĩ ætolia fuisse:ob id non desunt qui hoc loco nõ Epiorum sed Ephyrorũ lectitent:ipse pro Epiis siue quod idem est Epiis sto:quos in Aetoliam ex Elide aut contra migrasse prodit Ephorus:Hoc ipsum ĩ Valerio quoq; maximo castigandum est:Hinc fortasse illud Stephani:Epuia ĩquit urbs quæ nunc Ambracia olim paralia.Item. Vt parcementitus est).Verbum Valerio Est:superfluit.

Ex eodẽ.xlviii.

Gorgiã siculum.c.viii).Pausanias:Cétum quinq;.πευτε φασιν επι τοισ εκατον βιωναι τον γοργιαν. Cicero & Valerius Maximus centum septem.& infra. Vtrisq; saltaribus ludis).Scribendũ Sæcularibus:cum ex aliis plerisq;:tum ex Tacito iisdem inquit consulibus ludi sæculares octingentesimo post Romam conditam:quarto & sexagesimo q̃ Augustus ediderat spectati sunt Claudio principe.Domitianus quoq; tales edidit:quibus & ipse inquit interfui.

Ludi seculares

Ex capite .xix.de Climactere.

Sed quantum primum tribuat incertum).Codices antiqui:Sed quãtum plurimũ tribuat incertũ.item. Momentis horaꝝ insignibus lunæ dierumue septem & uigĩtiquatuor). Vetus lectio Septé & quindecim:hoc est septimã & quinquagesimam quanq; nõ solum horam sed & diem lunæ metuẽdam esse:Verum expositio hæc parum lucis affert sequentibus. Proinde:quanq̃ non ignoro lunam in geniturıs & tertiam & septimam & quadragesimam obseruari consueuisse: Vettio ualenti:Stephano:Critodemo:cæteris ut Meteruum prætercam.Magis tamen cõuenit ut septé & nouem momenta:q̃ septem & quindecim scribantur:cũ ex trito illo ex. Augusti epistolis apud Tranquillum loco:tũ ex iulio Materno:qui ait propterea sexagesimum tertium ætatis annũ maxime periculosum eé:quoniam numerus uterq;.vii.&.ix.qui decretorii maleficiq; sunt:& ad uitã succidendam pollentes:ĩ unũ quasi confluunt:nouies enim septem & nouem septies sexagintatres efficiũt. Et ob id Climactericus hoc est gradarius & scansilis præcipue annus is uocatur:quoniam a septimo ĩcipiens uitam hominis quasi per gradus quosdam agat.ita & quinquagesimus quartus & alii minores Climacterici dicuntur quotiés aut per septem aut per noué consurgunt. Sed si sexagesimus ætatis annus qnquagesimo quarto deterior est:ut fere inter omnes constat:quamobrem nominauit leuiorem Plinius grauiore pterito:Nempe ut ostéderet:si quinquagesimum quartum pauci excedunt:pauciores futuros qui maioré illum & multo sæuiorem numerum attingerent.Potest & illud dici:aliis quinquagesimumquartũ sexagesimo tertio pestilentiorem uideri:quemadmodum alii fuere:ut Censorinus in libello de natali die meminit.qui quadragesimumnonum malitia insignem prætulere cæteris.Aliam rationé legis climactericæ multo subtiliorem explicat Vettius Valens Antiochenus in libris quos inscripsit Antilogias:Traditam inquit prius a Petosiri & Necepso regibus:hoc titulo περικλιμακτηρων εβδομαδικησ και εννεαδικησ αγωγησ:idest de Climacteribus septenariæ nonariæq; inductionis: quæ nihil sane aliud est q̃ quod hoc loco Plinius intelligendum nobis reliquit.Ea est ut quambreuissime colligatur:huiusmodi.Ab exortu caniculæ aut lunæ coitu exortum antecedente numeretur inquit tépus usq; ad dié genituræ:tum deinde summa diuidatur per.lii.& septimã diei unius.tot enim sunt cuiusq; anni septimanæ:quia septies quinquaginta duo dies cum unius parte septima: efficiunt.ccclxv. idest integrum uertentem annum.Post hæc diuiso ita numero multiplicare quod reliquum est oportet:tã multis uicibus q̃ multis illa quinquagintaduo cum septima detraxeras ex solido:ut si uerbi gratia quater eum numerũ eliseris:tunc eum qui relinquitur etiam quater multiplices.Sunt igitur a lunæ coitu qui caniculæ ortũ præcessit(melius enim est ita q̃ ab ipso syderis emersu ĩcipere)dies.ccc.xx.ab hoc eximantur quotiens possunt.lii.cum septima: relinquentur.xi.cum tribus septimis.hic quater ĩ se ductus efficit.xiv.paulo plus ergo numerus.xlv.quia per septimanas actus est:hebdomaicos idest septianus appellatur:& Climactericum uitæ annum significat ita genito præsertim si aut cũ annis uitæ cõcidat a Chronocratore promissis:aut cũ nonario ut facit:nam quinquies nouem colligunt.xlv. Hæc de septimano climactere.Nonariũ quoq; suo modo inueniendum præcipiunt:ut quemadmodum il-

In geniturıs tertia & septima &.XL. luna obseruatur

Quadragesimus tertius annus ætatis piculosus est Climactericus

De annis hoi infœlicibns

Annus uertens

Numerus hebdomaicus

Enneades nonane dicūtur

le per septimanas.lii.ita hic p Enneadas idest nonanas.xl.cū minutis aliquot regaꝰ. Sunt aūt minuta ea ex diebus quinq; cum quadrante.ultra enim.ccc.&.xl.dies:hoc est nonanas.xl.superant ex anno solido quinq; dies & quarta unius pars.iubent uero ut Septimanus:qué Marti dicatum putant:obseruetur ī nocturnis thematibus.alter uero in diurnis quoniam Saturno cōsecratus sit. qđ quidé & Plinius breuissime hoc loco attigit dicendo:Quæ nocte ac die inquit obseruanꝰ. Sunt & signa ī cœlo Climacterica numeri septenarii:Aries:Libra:Cācer: Capricornus.Nonarii:Taurus leo:Scorpius.Aquarius:

Quæ signa dicantur climaterica ī cœlo & q̃ nonariaq; Translatina siue ꝓmiscua

Translatica siue promiscua:Gemini:Sagittarius:Virgo:Piscis.idé auctor Vettitus libro tertio: Sunt inquit Climacteres & horaꝝ & dierum & mensium ad trigesimam lunæ cōputātibus:sunt & partium quas græci Cleros uocant ut dæmonis & fortunæ sui climacteres Quæ omnia longū esset & multis fortasse tedio:persequi.

Ex capite.l.

Phalereus iam tum deploratus).Cicero de natura deorum tertio Pheræum nō phalereū uocauit hunc:ut in alteurtro sit uitium.Legi de hoc & apud græcos:sed locus nō supetit:nam & Themistius in auscultatione naturali meminit:sed suppresso militis nomine.Relatū id & apud Maximū Valeriū scio.& infra. Xenophilum musicum.ccv. annis uixisse).Lectio antiqua Centū-quinq;.ité Valerius: Biénio inquit minor q̃ Gorgias:qui centum & septé uixit annis Xenophilus Chalcidensis pythagoricus:sed fœlicitate non inferior.Siquidem ut ait Aristoxenus musicus omnis incōmodi humani expsi summo præfectissimæ doctrinæ splédore inquit extinctus est.

Ex capite.li.

A somno moriétium neglectū).Vetus lectio:a somno mouentiū neglectū.Est auté id īter signa mortis Galeno Paulo Aetio καταφορα και αραισθησια.idest ī somnum collabi nec sentire uelicantes.item.Peregrandis humoris e corpore effluuium).antiqua exemplaria profundi humoris e corpore effluuium.potest & pergrandis legi.& infra.Antipater sidonius poeta omnibus bonis). Legendum Annis nō bonis Meminit & Valerius.hic aūt Antipater nobili epigrāmate in Sappho decimā inter Musas eam cooptat.

Ex capite.lii.

Verbum inuectitium

Ne forte morti quidem debeat credi.Verbū forte inuectitium est:proindeq; detrahédum : aut aliquid loco eius quod nō subsultet:inferédum.item. Quæ magna queriꝰ fabulositate).Vetus lectio Magna quæ sequitur fabulositate:hoc est de Gnosio Epimenide:cuius mētioné habet Plato ī legibus primo & tertio:ité Appuleius & hoc ipso libro Plinius:ut diuini uatis & īclyti fatiloqui: sicut Aristei Herodotus libro quarto.Sunt codices in quibus ita scriptum est:Magna equidem fabulositate ut uel ad superiora de Aristeo uel ad Epimenidem referri possit.

Diuinus uates & fatiloquus

Ex eodem.lii.

Interim ei qui uidebatur extinctus plaudendo concinuisse mysterium).Scribendum est nō Ei sed Eum.Mysteria uero idest arcana quædā sacra & ut Festus uocat seclusa cecinit applosis manibus: ea uidelicet quæ intermortuus audiuerat aut uiderat.nam & per somnū id potest contingere.unde illa Sophistarum apta declamationibus materia ειπωτιμι ορατα μυστηρια ιδειν συμβαινει. Sunt codices in quibus non Mysteria concinuisse:Sed ministeria conciuisse legitur:hoc est famulitium & ministros.Prior lectio magis publica.

Ex capite .liii.

In primis autem uisa miraculo sunt atq; frequentia mortis repētinæ).Vetus lectio in primis auté miraculo sunt atq; frequenter mortes repentinæ minus hæc offendit q̃ prior.Quid si ad hunc modū scribatur? imprimis auté miraculo sunt atq; frequēti iam:mortes repentinæ.Aut sic:imprimis auté miraculo sunt atqui frequētes iam mortes repentinæ.hoc est q̃q̃ frequētes iā & ꝓmiscuæ sunt mortes repentinæ:nondum tamen desinunt esse miraculo.

Ex eodem.liiii.

Corruptus ꝓ suborna to īuitato & illecto ponitꝰ Locus apud Iuuenalem de Rusiato

Aduersis studiis copia odorum corruptum criminantibus). Quidam Correptum legunt nō Corruptum:falso:quādoquidem corruptus hoc loco subornatum inuitatum & illectum significat: studia porro aduersa factiones erant Albata Veneta prasina: quæ factum Russati maligne interp̄tando cauillabantur quasi nō officio aut in gloriam fœlicis defuncti se cremasset: sed unguentis captus quæ in rogum missa fuerant.Potestq; hic non tam Russei q̃ Russi aut Russati scriptū fuisse.iuuenalis : Parte alia solum russati pone lacertæ.id & antiquissima Romæ ac præneste lapidum monumenta comprobant:in quibus uel sæpissime Rusati nominanꝰ.Libenter huc diuerti q; audio uersum illum poetæ facilem & apertum a grammaticis multipliciter cōueli atq; turpiter.& infra. Quem euenti anxietati diximus mortuum).Lego anxietate:hoc est uxoris repudio:ut supra hoc libro.M.inquit Lepidus puleiæ uxoris caritate post repudium obiit.

Ex capitis.lv.inscriptione.

Gentiles Iudei appellāt qui de deo secus q̃ ipsi sentiunt

Verba gentiliū inania).Scribendū puto Genitiū nō Gentiliū:& hic & libro primo in indice.Etenim iudæoꝝ tantū cōsuetudo illa fuerit Gentiles appellare:qui secus de deo q̃ ipsi sentirent.Fieri etiā potest ut uerba hæc ab aliquo lectore superstitioso īserta fuerint:quoniam ea quæ hoc capite dicunꝰ contra religionem esse uidebantur:quasi uero aut Plinii de deo & īmortalitate aīoꝝ auctoritas tāta

esset ut omniũ gentium sæculorumq̧ cõsensum posset conuellere:aut nõ Plato non Socrates non academicorum & Stoicorum familiæ opponi possent:aut rationes eius hac parte tantum pollerent:ut refellere non esset:aut aliud omnino diceret:q̃ quod Epicurus & prodicus & Diagoras & Bias ante dixerant.

E eodem.lv.

Ceu ullo modo spirando ratio).Vetus lectio:Ceu uero ullo modo spirandi ratio.& infra. Maliq̧ ipsa dementia est iterari uitã mortemq̧).Antiqua exemplaria.Quæ malum ista demẽtia est iterari uitam morte?Hic autem loquẽdi mos per interrogationẽ & honestus & u tatus Plinio Cicero niq̧:apud hunc in epistolis ad atticum etiam qui mali:dicitur ĩ eundem sensum. potest & morti hoc est iterari uitam ut moriare denuo.

Ex capite.lvi.

Quæ cuiusq̧ scientia a quocunq̧ inuenta sunt).Scribendum a quoq̧:nõ a quocunq̧:uel quemadmodum uetus lectio præfert.Quæ cuiusq̧ scientia inuenta sunt.Et paulo infra. Simonide medicum).Dic Melicum:ut iam ostendi:

Simonides Melicus nõ medicus

Ex eodem.lvi.

Palamedem adiecisse.θ.ξ.φ.χ:Simonidem uero mellicum).υ.ζ.κ.ω.Philostratus litteram.υ.non a Simonide sed a palamide inuentam scribit.Martialis quoq̧ turbabis uersus nec littera tota uolabit Vnam perdideris si Palamedis auẽ.ut Lucanus:Et turbata perit dispersis littera pennis.Nam persius dicendo Et tibi quæ Samios deduxit littera ramos:non tam inuentionẽ q̃ interprætationem eius Samio Pythagoræ tribuerit.Sed ne ipsum.κ.repertum a Simonide uidetur !Eustathius.Litteras inquit lõgas:idest.η.&.ω.itemq̧ duplices cuiusmodi sunt.ζ.ξ.ψ.primus intulit Simonides.Propterea nõ.υ.nec.κ.hoc loco.sed.ψ.&.η. scribendum arbitror.nam:ξ.prius fortasse cognoscebatur.Inter illas uero quatuor Palamedi asscriptas:ponendum.υ.quod quidem & uetus fere lectio conseruat.Monendum & illud puto:ubi paulo infra dicitur:decem & octo priscas litteras fuisse:in his explicandis dupliciter erratum uideri.Primum.ꝙ non decem & octo sed decẽ & septem tantum redduntur.ideoq̧ adiiciẽdum illis putamus.ρ.litteram.Secundo:ꝙ ultima earum.χ.temere uidetur addita: quoniam sequat̃.duas ab Epicharmo adiunctas.θ.χ.Propterea uel.φ.uel.ψ.scribendum erit eo loco:aut alia omnino littera q̃.χ.Signauit partem hanc ante me Georgius Merula:utiq̧ quod ad.υ.pertinet.

Ex eodem.lvi.

In fecere lanas sordibus lydi).Scribendum Sardibus:non sordibus:unde Muricem phocaicũ Ouidius ab oppido Phocæa non procul Sardibus:cum de arachne Lyda muliere Hypæpis nata loqueretur.& infra. In græciam Quæ uocabatur argidipsion).Legendum:In græciam qua uocabatur Argos Dipsion.Non enim tota Græcia:sed pars eius:Itemq̧ urbs in Argolidæ ita nominabatur ut inqt Strabo:omnis quoq̧ littoralis ora dicebatur Argos & ante Danaũ argiade hoc est Argiui:nec ipsum sed filias eius puteos mõstrasse referunt ex illo uersu αργοσ αμυδρομ εομ δαραάι θεσαμ αργομ εμυδρομ.Iam nec regionem ipsam caruisse aquis uolunt sed oppidum:ut errorem Homeri uersus creauerit κάι κεμ ελεγχιςοσ πολυδιψιομ άργοσικοιμημ Verbo enim illo πολυδιψιομ non siticulosam Argolidem sed desiderabilem significari uoluit.

Murex phocaicus

Ex eodem.lvi.

Cadmus thebis archeophrasius ĩ phoenice).Antiqua lectio Cadmus Thebis aut ut Theophrastus in Phœnice.& infra. Diospholin).Scribe Diospolin hoc est iouis oppidũ: in Aegypto Hecatõpylos quandoq̧ dictum.Sunt & aliæ locis aliis hoc nomine:in Aegypto quatuor præter hãc pusillæ ciuitates.item in Lydia:itẽ in Palestina.& infra. Phidon argiuus).Scribi posset Pheidon argiuus:a quo ut inquit Strabo μετράφειδωμια idest parca & auara:quasi αποτουφειδεσθαι.cæterum parua ĩ hoc uis esto.& ueteres modo per græcam diphthongum.ει.talia scribebant modo per.ε. modo per.ι. productas.Atq̧ ut uerũ fatear occasionem hanc arripui nõ Plinio suppetias laturus sed.M. Tullio.in cuius ultima Tusculanarum ita legebatur.Victum inquit Lecedæmoniorum in philaciis: cũ scribendũ esset:in phiditiis:ex plutarcho Athenæo cæteris.ita enim cœnationes suas illi nominabãt ꝓpter parsimoniam:ab eodem uerbo φειδεσθαι φειδιτια.

Diospols Ci.

Tollitur mẽda ex.M.Tullio & ultima Tusculana

Ex eodem.lvi.

Lithiocollam).Scribendum putant ichthyocollam:hoc est glutem ex piscibus de qua Plinius Galenus Dioscorides:sed & Lithocolla quoq̧ fit iisdem auctoribus ex lapide Pario aut marmore cũ taurino glutino.Est autem & nomen piscis ichthyocolla.Proinde Celsus quotiens uult glutinũ intelligi non piscem adiicere solet gluten.& infra. Auguria ex auibus caras).Græce Car non Caras dicitur Straboni & Stephano.item. Aepium ad troiam(.Legendum est Epeum:ut prima sit breuis:ꝓducatur altera.nihil notius.

Ichthyocolla & Lithocolla

Epeus

Ex eodem.lvi.

Prosam pherecides syrius historiã cadmus).At libro quinto Miletus inquit non fraudanda ciue Cadmo:qui Prosaicam orationem primus instituit.Appuleius quoq̧ in Floridis Pherecidi hanc nõ Cadmo ascripsit.iosephus primo contra Appionem uolumine:historiam a Cadmo inuentã credire fert omnia hæc & Strabonis libro primo uerba sunt:Sed & inuẽtionem Sphæræ Milesio Anaximã

Pherecides ꝓsani orationem inuenit

A quo inuenta est historia

Cui ascribit̃ Inuento Sphæræ

Cercuros nauis caudata prouerbium κορκοροσ ερ λαχαροισ cōtraeos q honoribus ĩhiãt sonat enim Corchorus inter olera

dro tribuit hoc capite Plinius secundo autem uolumine ut diximus Atlanti.& infra. Cerciram cypri). Sunt qui Certyrã scribendum putẽt:ita nauigii genus uocari apud græcos inuenientes: Strabo Cercuron quasi caudatam nauim. Est & prouerbium. κερκουροσ ερ λαχαροισ contra eos qui honoribus magnis inhiant:cum ipsi sint nihil. Verum id mendose apud græcos quoq; multos legitur:cũ dicendum sit κορχοροσ ερ λαχαροισ idest Corchorus ĩter olera. est enĩ uile olus Corchoros. Theophrasto ac Plinio:quidam pro pisciculo accipiunt.

Ex eodem.lvi.

Remum copæ latitudinem eius platæ). Legẽdum Plataeæ:oppidũ hoc Bœotiæ est quod Homerus numero singulari Platæam uocat. Quod autẽ Copenses & platæenses hæc inuenerĩt: Strabonis uerba coniecturam faciunt apertissimam. & infra. Hippagum salaminii). Scribunt græci nõ Hippagum sed Hypagum:nam Epagon epagontis aliud est:ut decimo uolumine Vitruuius ostendit:arte mo a nostris uocatus Trocleæq; id genus est quæ ĩ machinis tertia dicat. Quod autem seqtur. Aut ut pericles atheniẽsis). Vetus lectio:Aut pericles Atheniensis:non displicet:nã & paulo post:Inuenit inquit manus Pericles atheniensis.

Ex capite.lx.

Græcostasis

Argeorum Thesin). Antiqua exemplaria Græcostasin:de qua &.xxxiii.uolumine.ædiculam inqt æream fecit in Græcostasi quæ tunc erat supra Comitium. Varro:ante curiam inquit hostiliãr ostra sub dextra a Comitio locus substructus:ubi nationũ subsisterent legati:Græcostasis appellatus a parte ut multa. Senaculũ supra Græcostasin ubi ædis Concordiæ basilica opimia. Nihil autem ad remptinet q & argeorum sacra & loca multa Romæ forent:q; argei dicerentur ex uirgultis Scirpeis effigies qui Miluio idest Sublicio de ponte mitterentur:auctores Varro Dionysius Festus Gelius Macrobius Propertius Ouidius Plutarchus Lactãtius:Nam Liuius cum diceret multa Numam sacrificia & loca faciendis sacris argeos a pontificibus uocatos dedicasse: non de simulacris illis Scirpeis:ut quidam arbitrantur:intellexit:sed de sacrariis. Docet id &.M. Varro his uerbis: Reliqua inquit urbis loca olim discreta ut argeorum sacraria argeos dictos putant:a principibus qui cum Hercule argiuo romam uenerunt.

Argei imagines sũt ex uirgultis sirpeis

Finis Septimi Libri.

Castigationes Plinianæ eiusdem Hermolai barbari ex libro octauo.

Ex capite Secundo.

Locus apud Suetonium

Ex eodem.xxxvi

In eninge africæ).Legendũ in Meninge.Est autem meninx iuxta Syrtes insula cũ nominis eiusdẽ oppido:Plinius Strabo Ptolomæus:& infra. In getulo littore oceani in leonica europæ).Legendũ est in laconica Europæ:Ex Plinio alibi de purpurisso loquens:laconicũ iqt unde præciosissimæ purpuræ.item sequenti capite:in Tenarii maris ora collectum ut dicemus:Nam de purpura Getulica Plinius libro sexto:insulas inquit ex aduerso Autolalum a iuba repertas constat in quibus Getulicá purpuram tingere ĩstituerat:& infra. Idemq; pro maiestate in pueritia est)·Quid si legas nõ in pueritia:sed imperii:sequitur enim ratio:Distinguit ab equite curiam:

Ex eodem . xxxvi.

Alterum purpura uocatur caliculatim procurrente rostro & caliguli latere introrsus tabulato).legendum uidetur Cuniculatim:aut Clauiculatim:ex Aristotele qui scribit.κοκλιοειδοσ. supra quoq; Plinius uerbo Cuniculatim utitur capite.xxxiii.Habẽt hic & uetusta exéplaria Canaliculatim & Canaliculi.& infra. Præterea clauatum est ad turbinem usq;).Sunt qui legant Clauiculatum : hoc est: ελικοειδεσ ex Aristotele.Quod enim græci uocant Helicen:nos Clauiculam & Pampinum & Capreolum ut inuite dicimus. Cæterũ sequentia:Aculeis inquit in orbem septenis:demonstrant Clauatum legi oportere:hoc est aculeis clauorum modo prominentibus circundatum.nam & Clauatæ uestes hinc uocantur:quas nostrum uulgus a uerrucis clauo similibus uerucatas ut alibi quoq; monui: appellat.

Cuniculatim

Clauata uestis

Ex capite·xxxviii.

Teniense in tinei maris ora collectũ).Sunt codices uetusti in quibus Teniése in Tenarii maris ora: collectum scribatur:hoc est Laconici.De purpura autem laconica dictũ superiore statim capite.illud: tamen scire oportet in laconica urbem quoq; Tenon fuisse:idest τηνoν:unde mulier Poetria nomine: Herina:cuius mentionem facit hoc opere Plinius.Fuit in Achaia & urbs τηνειον idest Teneum:itẽq; uicus τενεα inter Mycenas Corinthumq; Stephano.nam de Teneo siue Tena cum Pomponius tum: Cicero ad Atticũ:Tene inquit & Aliphira & Trittia.Est & illa coniecturæ non historiæ alicuius expositio Tæniense a Tæniis fortasse dictum fuisse:hoc est diadematis atq; uittis quasi purpura e laconico: mari lecta coronati maxime lemniscatiq; idest uictores & sacerdotes uterentur.

Ex capite.xxxviii.

Vellus elitriatum).Plinius alibi hoc opere scribit uinum Elutriatũ a lutra uase quod græci μεταγγιζειν uocant.& infra. Rubeus color).Legendũ Rubens.Præterissem hoc ut leue nisi omnibus codicibus inoleuisset:uulgoq; imperiti barbariem suam in eo uerbo tueri laborarent.ité. Suppectu): Legendum Suspectu.

Ex capite.xli.

Rubens gramen).Quidam rentur Granum legi melius q̃ Gramen:cũ ex Plinii.xxii.tum q; græci Coccum uocant Granum.Hoc emerita lusitaniæ ac Bætica fere tota copiosum:unde puto cõsecutũ ut regio ea modo Granata nominetur pro Bætica.& infra. Simili luxuria duplex).Legendũ est Simulq; luxuria duplex.ité. Equari).Quidá legũt Aquari & ĩfra. Cocco quæ tinctũ tyrio tingere: ut fieret his byssinum)·Legendum bis byssinũ.& ĩfra. Virorũ luxa fœminarũq; forma).Vetus lectio Virorum iuxta fœminarũq; forma:qui modus loquẽdi Plinio & Tacito Cornelio perq̃familiaris est sane.

Vnde Granatæ urbi nomen sit

Ex capite·xlii.

Squilla

Suilla parua).Legendũ Squilla parua:hoc est Cancellus quem græci uocāt Caridion.subdit enim Aliubi inquit Cancer dapis affectator.item. Rana quæ in mari piscatrix).Theodorus in Aristotele Raia piscatrix.Sed codex librariorũ incuria mẽdosus est:nã & Aristoteles li.ix.βατραχομ αλιεαμ idest Ranam piscatricem uocauit & Cicero de natura deorum secundo.Raia uero ut dixi Batos & batis appellatur:nõ Batrachos in quo uerbo sæpicule inuenias erratum fuisse impressorum culpa.

Ex capite.xliii.

Glautius qui & Glanis uocatur auersus mordet hamũ nec deuorat).Aristoteles de Glani qđ hoc ipsum tradit libro nono:Silurũq; Theodorus interpretatur.Sed Glaucus tamen apud ipsum libro secundo & octauo alius piscis est.Propterea fit ut legi possit: Glanius qui & Glanis uocatur & reliqua. utroq; enim modo nominat Plinio Athenæo Stephão.Vel sic:Glaucus & qui Glanis uocatur:uti pisces duo nõ unus intelligãtur id facere.Silurum autem Plinio eundẽ uideri qui sit & Glanis ꝓbamus ad hunc modũ:Aristoteles libro sexto:Glanis ĩquit tardissimum habet incrementũ ex ouo: quãobrẽ mas sæpe uel quadraginta & quinquaginta diebus assidet ouorũ custos:ne absumantur a piscibus.Plinius hoc libro:Silurus ĩquit solus omnium ædita custodit oua:sæpe quinquagenis diebus ne absumãtur ab aliis.Sed cum hoc ipsum ut ait Aristoteles Cypriuus faciat:mirum unde Plinius Siluro tãtum tribuerit? An solus ideo non q solus oua custodiat:sed q solus quinquagenis diebus.

Silurus

Ex capite.xlv.

Contractos pisces).Legẽdũ Contactos hoc est ab urtica ipsa pisciculos.Fit enim ꝓtinus ut pruritum contacti sentiant:quem scalpere ad petram aliquam conantes aprimit urtica:& ĩfra. Spissum & mollius magis) Vetus lectio & Aristoteles Minus spissum & mollius Manos.hoc est uocat.ea uox rarum significat hoc est minus densum spissumue.item. Maxime fiunt mancæ).Scribendũ eodẽ auctore ut dixi nõ Mancæ:sed Manæ hoc est secundũ genus spongiarum quod Manõ appellatur.& infra. Optime in gurgitibus uiuentibus idemq; madentibus nigricans color).Distinguẽdũ est optimæ.in gurgitibus idest habent:deinde initiũ est sequentis clausulæ hoc modo: Viuentibus itẽq; madẽtibus nigricanis color:idest spõgiis color niger est dum uiuæ atq; illotæ adhuc sunt:auctor Aristoteles.item. Aplysiæ uocantur quia erui nõ possunt). Legendum nõ Erui:sed Elui:eodem teste. nã & uerbum Aplysiæ id significat.

Ex capite.xlvii.

Olothyris).Aristoteles Holothuria.Theodorus Tubera Vertibula Callos.Nã Holophuria græcis sunt iumenta.

Ex capite.li.

Mulli ter ut chalcis cyprinus exien).Legẽdũ mulli ter ut Chalcis:Cyprinus sexies: Nam & qnqes eos parere Oppiãus dixit.Aristoteles libro sexto & qnquies & sexies.Chalcis uero piscis est quẽ theodorus Aericam uocauit.& infra. Ex planis squatina sola autumno uirgiliarum occasu). Vetus lectio Explanis Squantina sola bis autumno & uirgiliarũ occasu.Aristoteles libro quinto:Ex Cartilagineis inquit Rhina idest Squatina sola bis parit incipiente autumno & circa uirgiliarum occasum.

Ex eodem.li.

Scorpænæ

Scorpiones bis ac sargi uere & autumno).Antiqua lectio non Scorpiões sed Scorpænæ. De Scorpæna etiã libro trigesimosecũdo Plinius.Alioqui Scorpiones quater nõ bis pariũt Oppião σκορπιοσ αυ τετορεσσι γεμοσ φερει ωδειμησι.nec ignoro tamen apud Aristotelem scriptum esse libro qnto Scorpionem bis & Sargum uere & autumno parere.inter ambigua & hoc relinquimus.

Ex eodem.li.

Squatinam & ranam ex quibus nascitur ranæ priori parte Similis).Scribendũ Squatinã & Raiã ex quibus nascitur Raiæ priori parte similis:ex Aristotele libro sexto qui cõpositum ex utroq; nomẽ reddit Rhinobatos:ad cuius æmulationem Theodorus uertit Squatraiã.& infra Cranos capitis). Legendum uidetur aut Cauo capitis:ut manu scripti codices:aut Crano:ut Aristoteles hoc loco.nam Cranos siue Cranium apud græcos capitis est caluaria:quod quidem & caper grãmaticus testat.item Ea quæ intra se parit oua).Scribẽdũ Eaq; intra se parit oua:Aristoteles.

Cranium caluaria capitis

Ex capite.lii.

Qui trochus appellatur a græcis ipse se inire).Falsum & ridiculũ id Aristoteles existimat Herodoto Heracleota:duo eum genitalia maris & fœminæ fortitum credente.

Ex capite.liii.

Paulisipum).Scribo Pausilypum:hoc est παυσιλυπομ ab amœnitate dictũ:atq; ita & uetusti habent codices:& in hodiernum quoq; seruatur appellatio Plinius libro tertio:Inter Pausilypũ inqt & Neapolin Megaris.Porro Megaris ea putatur insula:quæ nũc ab oui specie dictam arcem continet.

Megaris ea est Insula quæ ab oui specie arcẽ dictam habet

Ex capite.liiii.

Balineas).Scribitur quidẽ modo Balneas:sed antiqui Balineas & in lapidibus ueterũ monumẽtorum fere non aliter:Nam & græci βαλαμειομ uocãt.item. Postea uisum tãti est petere brũdusiũ ostreas ac uelitis sed inter duos sapores).& reliqua.Verbum. Ac uelitis).obscuritatẽ affert sensui. uereor ne principiũ id sit sequẽtis clausulæ:atq; ita legere oporteat:Ac ne lis esset inter duos sapores

Ostrea brundusina

& cætera:hoc intellectu:Ne controuersia inquit oriretur inter Ostreas Brundusio aduectas & Lucri
nas atq; ita sapores duo litigarent de primis partibus.Excogitata ratio est ut in lucrino ante satiaren
tur.Martialis de hoc & alii.Plinius libro trigesimosecũdo:Gaudent inqt peregrinatione transferriq;
in ignotas aquas Ostrea.Sic Brũdusina in auerno compasta & suũ retinere succum & a lucrino ado
ptare creduntur.item supra hoc capite:Orata inquit primus optimũ saporem lucrinis Ostreis adiudi
cauit:ut litem uidelicet inter sapores fuisse constet:quando iudice opus fuit.

Ex eodem.liiii.

Quadragita ipsius piscinæ a defuncto illo uenire pisces).Lego quadragita milibus ipsius piscinæ
a defuncto illo uenire pisces.Macrobius Marcum ait Catoné qui post Vticæ periit.cũ hæres testamẽ
to luculli esset relictus pisces de piscina ipsius quadraginta milibus uendidisse.

Ex capite.lvi.

Fuluius lupinus).Hunc uolumine octauo Plinius Fuluium Hirpinum uocauit:nõ lupinũ:ut ĩ alte
rutro sit erratum.

Ex capite.lvii.

Quicquid est hoc certe minus admirabilem facit talparum uitam).Elegãtior sensus est in q̃busdã
codicibus hoc modo:Quicquid est hoc certe minus admirabile facit Talparum uita.

Ex capite.lix.

Ab umbra nau s breui conatu abscens)Lego Abscedẽs.& supra de Chelidoniis. Quas asiæ sco
pulos diximus ante promontoriũ sitas).Scribendum puto ante Tauri promontorium sitas:ex libro
quinto:itẽ Strabone Ptolomæo cæteris.& infra. Maleficia uolũtate).Scribo malefica uoluntate.

Castigationes Plinianæ Eiusdem Hermolai Barbari Ex Libro.X.

Ex Capite Tertio.

Valeria aquila pygargus

e Ademq; in ualeria).Legendũ puto aut Valeria:quoniã uiribus præcipua sit hæc aqui
la:Aut Inularia.hoc est μεβροφορος ab Aristotele uocata q̃q̃ proprietatẽ hãc secun
do Aquilarum generi:hoc est Pygargo tribuit priorem:uero idest Pullam siue Mela
naeton:Leporariam appellat:hoc est λαγωφορον.item. Tertii morphos).Legẽdũ
Morphnos:quam Theodorus Gaza Neuiã interpretatur:a pennæ macula cognomẽto Nettophonõ
hoc est anatariam.Nam & parcnon siue percnon colorem eum significat.item. Plancum).Quidã
Placunta legunt quasi errantem:ipsi errantes:cum q; sine auctore pronunciãt:tum q; Aristoteles ĩ hi
storia sua Plancon uocauit:hoc est πλαγγον.Theodorus a clãgore Clangã interpretatur.Sed & ue
tusti codices Clangum non Plangum scribunt.

Ex eodem .iii.

Auitium

Aeties

Quarti generis est percepterus).Legendũ percopterus siue p̃cnopterus ex Aristotele.itẽ Cõ
sensit & Boetius).Scribẽdũ Boethus nõ boetius:ex indice qui Ornithogonia idest de Auitii natura
cõmentarios reliq̃t.itẽ. Aquila in deiectu abigente alia).Legendum Ala:ex Aristotele ἀπερυκου
σαι ταῖσ πτερυξιν. & infra. Medificatur nido lapis Aetites). Scribendum inædificatur nido la
pis Aetites.

Ex capite.vi.

Vulturẽ umbritius in nostro æuo peritissimus parere ait oua tredecim).Sunt qui non Tredecim
sed tria legant:quoniam Aristoteles bina dicat & binos excludi pullos:uolare aũt semper binos fere
constet:ceu tertium quo lustrant alia & abiicitur a parentibus:in cõputationem iure nõ uenerit.

Ex capite . viii.

Locus apud Ouidium

Esaloa græci uocant).Scribẽdũ Aesalona:ut sit genus accipitris aliud q̃ Buteo:ex Aristoteles libro
nono.De hoc & ĩfra Plinius:Aesalon ĩqt p̃ua auis oua Corui frãgens.Ouidus nõ Aesolana sed Aesa
lon uocauit:Nescius absumptis Priamus pater æsalon alis:& infra. In insula africæ cerno ĩ oceano
accipitres totius masiliæ humi fœtificant).Legẽdum quidam putat in insula africæ Cercinna accipi
tres totius Massiliæ humi fœtificãt.Est quidẽ inter insulas africæ Cercinna:sed in nostro mari. Pro
inde aliter & cũ auctore legimus hoc modo:In ĩsula africæ Cerne in Oceano accipitres totius Massy
liæ humi fœtificant.De hac insula Oceani:quam Cernẽt Barbari uocãt.Plinius libri sexti fine multa
Ptolomæus quoq; in atlantico eam mari statuens.Lycophrõ ĩ Oriente:Dionysius in austrina plaga
ἀυτωεπωκεανω πυματησπαρα τεμπεακερνησ.De Massylis autem siue massesylis plẽa sunt oĩa.
Habent & uetusti codices non Cerno sed Cernen hac parte.Strabo. κερνην ερατοσθενησ ονομαζει
και αλλουσ τοπουσ τουσ μηδαμη γινωσκομενουσ.

Ex eodem.viii.

Super amphipolin).Aristoteles Cedropolin.fuit tamẽ & amphipolis qua Thraciam Macedonia
cõtingit:multis nominibus:nã & Crademna & Anadremos & Eionia & Myricæ uocabaẽ:ut ait Ste
phanus.Thucydides Amphipolin ab Eione dirimit:appellatam ita:q; eam Strymo amnis circũfluat:
De cedropoli Theophrastus quoq; meminit in libello περι οσμων:Cuius inquit ordeum iumẽta nõ
attingunt.Hecatæus ĩ caria tradit oppidum Cedreas:aliud uidelicet q̃ Cedropolis.A Cedreis Cedre

atæ Cedræiq̃ a Cedropoli Cedropolitæ nominantur. Cæteꝝ Amphipolin inuenias & θολονμ dici Stephano ac Thucydidi. qđ quidam parum uidentes uertunt Thodoen. cum nouem uias ĩterpretari necesse sit. littera enim. θ. nomen significat. Thucydides libro quarto: Edonorum inquit oppidũ Amphipolis noué uiæ nuncupabantur: etiam si quãdoq̃ scriptum est: Decemuiæ. urbs hæc cum ab Atheniensibus defecisset. causa Thucydidis exilii fuisse tradit̃ a Marcellino auctore græco. & infra. Cymindis). Aristoteles Cybindis. Non muto: quandoquidé græcũ. β. in. m. apud nos quandoq̃ trãsit: ut Proboscis in Promuscidem.

Littera. θ. noué significat

β. græcum apud nos. ĩ. m. quandoq̃ transit

Ex capite. xii.

Mediæ hospites). Falluntur qui mediam hoc loco accipiũt pro terra media: cum id sit nomen uiri proprium qui Medias appellabat̃: ex Aristotele libro nono qui ait μηδειου ξεμοι: quos prope pharsala perisse tradit.

Ex capite. xvi.

De auguriis illapsas nomine). Sunt codices in quibus Hylas nõ illapsas: de quo & in indice.

Ex capite. xvii.

Collectæq̃ in arcum). Vetus lectio: collectæq̃ in arctum.

Ex capite. xviii. de Pico Martio.

De Pico Martio

Fellium modo). Aristoteles libro nono: Stellionũ modo: πορευεται δε επι τοισ δενδρεσι ταχεωσ παντα τροπον και υπτιοσ καθαπερ οι ασκαλαβωται. hoc est: incedit Picus Martius per arbores uelociter omni quidem modo: sed & supinus quoq̃ stellionũ more.

Ex capite. xx.

Adialitii cœna sacerdotii). Adiiciales cœnas Adipalesq̃ sacerdotũ uocatas nouimus: ex Festo Seneca Plinio. hic uicesimonono libro Catulinas inqt adiicialibus epulis celebres fuisse Plauti fabulæ testantur. Sunt qui nomen Adipalis cœnæ rideant: cũ tamen & Seneca mentioné faciat in epistolis: & alii. proinde ipsi Dapalem scribendũ putãt ex Varrone qui hoc nõ dicit ĩ Agricultura: cuius uerba ut Macrobius legebat nõ multo post subiiciã. Sed & Homerus & Dionysius & poetæ cæteri pingues & adiposos: idest λιπαρουσ καὶ πιονασ pro locupletibus & opulentis accipiũt: nõne & uulgus ipsum eos ita nominat̃ nõne in sacris quoq̃ litteris Adipum uocabulo diuitiæ continent̃? Adialitias auté cœnas legi nusq̃: nisi quis Dialicias a flamine Diali cognominãdas putet: Nam & Macrobius quo die Lentulus flamen Martialis inauguratus est: Cœnam paratam fuisse miro luxu & ĩpẽdio cõmemorat. Varro de Agricultura libro tertio: Primus inqt. Qu. Hortensius Pauones augurali adiiciali cœna posuisse dicitur. Suetonius ĩ Augusto ex antiqs cerimoniis paulatim abolita restituit ut salutis Auguriũ Diale flaminium: sacrum imperiale. De huius autem dignatione sacerdotii Liuius ĩ Numa Pompilio Plutarchus & Halicarnassæus Dionysius.

Adiiciales Adipalesq̃ cæne

Dialitiæ Epulæ

Primus. Qu. Hortensius augurali adiiciali cœna posuisse dicit̃

Ex capite. xxi.

Vt plane digni aliti). Scribẽdũ Dignæ. Quæ autem hoc capite de Tripudio Solistimo dicunt̃: ex Cicerone in diuinationum libris & de natura deoꝝ secũdo: iteq̃ Festo ac Liuii decimo percipies: & ĩfra. Optime uictimæ). Legendũ Opimæ De hac uictoria Bœotioꝝ & quare gallinacei matutinis canant: idem Cicero in diuinationibus. Quod autem Pergami spectaculũ quotãnis edi Plinius hoc loco tradit: Aelianus & Athenis quamobrem institutum sit: docet: a Themistocle superatis Persis.

Tripudium Solistimum

Ex capite. xxii.

Mirum in hac alite ex thurinis romã pedibus uenire). Antiqua lectio gemina est. alia talis: Miꝝ ĩ hac alite amor nisusq̃ Romã pedibus uenere. Alia fidelior: Mirũ ĩ hac alite a Morinis usq̃ Romã pedibus uenere: Thurini quidem Italiæ populi sunt: sed Morini Belgicæ: de quibus multis locis hoc ope Plinius: ultimos hominũ dicendo eos. Meminit & Ptolomæus & Strabo & Pompõius: & ita uocant̃ hodie. Adiuimus & nos eorum terras Quod autem paulo post Ganzas tradit appellari quosdã anseres. & hoc nobis compertiũ in Morrinis est: ita tamen ut omne genus anserũ Ganzas fere nominét.

Morini

Ex eodem. xxii.

Penolopes) Scribẽdũ Penelopes: cuius uerbi numero singulari nominatiuus Penelops: hoc est πηνελοψ ex Aristotele octauo libro. Ab iis auibus dictam Vlyxis coniugem græci cõminiscunt̃: cũ prius Arnæa uocaretur: quasi abiecta repudiataq̃. etenim ĩ mare proiectam ab Icaro Peribœaq̃ parẽtibus fabulantur educauisse Penelopes.

Arnæa

Ex eodem. xxii.

Lautiores Epulas nõ nouit britãnia chenalopeces). Vetus lectio lõge diuersa est. ubi. n. mõ Penelopes: ipsa Chenalopeces habuit. ubi aũt Chenolopeces modo scriptũ est: ipsa Ceramides præfert ad hunc modum: Et quibus lautiores epulas non nouit Britannia Ceramides. Significat autem Ceramides colorem Figlini: qualem in plumis quorũdam anserum aspicimus: unde nomé quoq̃ gémaꝝ uni Ceramites postremo uolumine.

Ex eodem. xxii.

Decet & erythrotaonas suus nitor). Politianus Tetraonas: ex suetonio ĩ Caligula q̃ ait: Phœnicopteri pauões Tetraones Numidicæ Meleagrides Phasianæ. Et hercule codices antiqui fere habẽt Tetragonas: quod & fortasse rectius est q̃ Tetraonas: quoniam græci eas ut coniicio Tetracas appellãt. Aristophanes in auibus οιδα πορφυριωνι και πελεκαντι και μελεκιππω και φλεξιδι καὶ τετρακι και ταωνι. Athenæus in Mœsia & Pæonia inquit nascuntur Tetraces Porphyrioni similes ma-

Locus in Suetonio in quo errauit Politianus

ximis gallinaceis maiores:criſtis ex utraqꝫ auricula pendentibus:uoce graui:forma conſpicua: Strutionis ſapore.Eſt & auiculæ inquit puſillæ nomen Tetrax Alexandro Myndio Epicharmoqꝫ. Ergo Tetraones ſiue Tetragones aut eædem ſunt quæ & Tetraces aut ualde ſimiles. Merula non diſſentit

Merulæ epiſtola

quidé penitus.ſed & Erythrotaõas quoqꝫ dici eas poſſe credit:ſcripta ad nos epiſtola his uerbis : Pera graui inquit fines patrios ſecus Aemiliam uiã oblatæ mihi ſunt paſcentes aues haud ita multo anſere maiores:quarum ceruix quatenus alas contingit:rubro perfundit̃:rubeſcunt item cilia.Rogati de nomine ruſtici:reſpondere Stardas appellari:& nidificare inter matureſcentes ſegetes . Præterea caudã in modum pauonis ſubrigere:quaꝝ carnes qui comedere nõ inſuaues aiunt eſſe.Eas cõtéderim Erythrotaonas Plinio uocari.tu quid ſentias quando ocium fuerit perſcribe.Reſpondi ad hunc modum De Erythrotaone:ſi quæris de nomíe:ſubdubito.cũ propter illa Suetonii uerba:qui Tetraonas aues in Gallicula appellat:tum ꝙ omnes Pliniani codices manu ſcripti Retragonas ſiue Tetragonas habẽt nullus Erythrotaonas:Sin de re:tecum ſum ut genus hoc intelligã quod ut ſcripſiſti Ligures Stardas

Reſponſio Hermolai

uocant.nam & Veronæ Aquileiæqꝫ modo Sterdas:modo Trapos eas nominãt.Hiſpani Tardas a tarditate dictas ut arbitror:quoniam ut inquit eodem loco Plinius:alterũ earum diſcrimen Vultuꝝ magnitudine coloreqꝫ conſpicit̃.Nec ulla inquit auis excepta Strucio camelo:maius corpore implet põdus in tantũ aucta ut in terra quoqꝫ ĩmobilis prehendat̃.deinde ſequit̃:Proxime inquit eis ſunt quas Hiſpania aues tardas appellat:græci Otidas:ut tria uideant̃ eius alitis faſtigia.Sed uulgus differentias & interſtitia tueri diu neſcit proĩdeqꝫ tria eaꝝ genera tanq̃ unum eodem uocabulo ſignificat : tardas appellando.Vale.Cõfer & athenæi uerba cum illis Plinii hoc loco: Gignunt eos inquit alpes & ſeptẽtrionalis regio.Nam mœſia & Pæonia:ut cõſtat:ad eam cœli partem ſpectat.Recẽtiores ĩ Germania genus anſeris haberi ſcribũt:capite Pauonis præter criſtam:colore dorſi aluiqꝫ ſubcinereo ad gibbũ nigrante:ex huius & domeſtici cõcubitu natam quãdoqꝫ ſobolem:ſed patris effigie: maioré dũtaxat.

Ex capite .xxiii.

Conſentiunt uolant).Vetus lectio Conſertim uolant.nihil muto.& ĩfra. Pithonis comé). Sũt qui puerſiſſime Phritionis cumen ſcribant ex Strabone in terra Aeolia nõ lõge a Cayſtro amne.Primũ in eo præcipites labunt̃:ꝙ Cumã eam nõ Phritionis:ſed Phriconidem appellare oportet.Strabo απο Δε του λοκρικου ορουσ την κυμην φρικωνιΔα καλουσιν. Deinde ꝙ iulii Solini uerba non uiderunt:Python inquit eſt in Aſia locus in cãpis patẽtibus ubi primo aduentus ſui tempore aduolant Ciconiæ.Porro in Aſia Pythopolis eſt pte eius quæ Myſia uocat̃:& altera Cariæ.in Bithynnia quoqꝫ Pythion locus eſt Aſtaceno ſinu:ut ſi temere quicq̃ in buccam uenit:effutiendũ eſt.ad unum aliquẽ ex

Soloeciſmũ intendere ali cui qui ſit

tribus quæ dixi locis referre ſit melius.q̃ Soloeciſmum Plinio intendere diuinandi libidine.

Ex eodem.xxiii.

Cẽchramus).Ariſtoteles octauo hiſtoriæ ſuæ libro hæc ipſa tradit:ſed Cichramũ appellat̃.Theodorus Cinchramum.

Ex eodem.xxiii.

Cicuta Sturno & coturnicibus Elleborum cibus eſt homini aũt uenena

Coturnicibus ueneni ſemẽ gratiſſimus cibus).Legi poteſt Veratri ſemẽ:hoc eſt Ellebori.Galenus in libro περι κρασεων Cicuta inquit Sturno & cõturnicibus Elleborum cibus eſt:homini autẽ uenena.Quem locum recentiores aliqui negligẽter interpretati:& Hyoſeyamum pro Cycuta:& Turdũ pro Sturno acceperunt.Solinus tamen Coturnices inquit cibos habent gratiſſimos ſemina uenenorum.Plinius decimo libro:Venenis inquit Capreæ & Coturnices ut diximus pingueſcũt.Lucretius Veratro ait eas ali.

Ex capite. xxiiii.

Nec bizecis in thracia propter ſcelera terei).Stephanus nõ Bizecis:ſed Bizenis.Βιζην πολισ θρακησ το των αςων βασιλειον.Plinius libro quarto Biziam uocauit.Bizia ĩquit a rx Regum Thraciæ a terei nephaſto crimine inuiſa hirundinibus.De hoc plura eodem uolumine in uerbo Daulide: ubi & Plinium a calũnia quorundam:& thucydidem a Strabonis allucinatione tutati ſumus:falſo inſimulantis auctorem grauiſſimũ ſcripſiſſe Megaris nõ Daulide Phocenſium regnaſſe Tereum.Nũc illud addendum eſt Domitium Straboni patrocinãtem putare deprauatam eſſe lectionem quæ dicat thucydides uero Megaris geſtam rem ſcribit:atqꝫ ita reſtituendã:ut uerbum thucydides ad ſupiorẽ clauſulam pertineat.in hunc modum:Quæ de Philomena Progneqꝫ dicũtur a Poetis in Daulide Patrata fabulantur:ut ait thucydides:alii Megaris id actum.ſcribũt.Sed cum uerba Strabonis græca hæc ſint και τά περι φιλομηλαν και προκνην εν Δαυλιδι μυθευουσι.θουκυδιΔησ Δε εν μεγαροισ φησι.nõ uideo qui ad eum ſenſum extorqueri poſſit oratio.

Ex capite. xxvi.

Gilberiæ aues

Meleagrides in bocetia africæ hoc'eſt gallinarum genus gibberum).Varro Gilberium: Gallinæ inquit Africanæ ſunt grandes uariæ gilberiæ meleagrides appellatæ:ut uel hic Gilberium a colore:uel apud Varronem Gibberæ ſcribendum ſit.Verbum autem Africæ:iungendũ ſequẽtibus hoc modo: Africæ datiuo caſu ideſt in africa:hoc gallinarum genus eſt & reliqua. De iis auibus nõ idem omnes dixere:ut in Corollario monſtrabimus.

Ex capite. xxvii.

Casini Montis incolæ).Scribo Casii nõ casini.Est autem is mons & in Aegypto ubi magni Põpeii tumulus:& in Syria Antiochene ubi Seleucia cognomento Pieria:quæ uocabulum dedit auibus:Sup Seleuciam inquit libro quarto Plinius mons est eodem quo alius nomine Casius.

Vbi magni Pompeii tumulus

Casus mons

Ex capite. xxxii.

Collo gracili ac procero).Aristoteles unde omnia de Halcycne sumũtur:nõ collo:sed rostro:ρυγχος υποχα ϖρομμεν μακρομ δε και λεπτομ. Ex capite.xxxiii.

Stadii uere unius spatio).Legẽdũ est Stadii fere unius spatio:& infra. Ingenere uiteripaꝝ est). Legendum:in genere item Ripariaꝝ est:ex Aristotele ad uerbũ.itẽ. Argathylis).Vetus lectio agatilis. Aristoteles acãthylin uocat hanc quæ lino intexit nidum.Sed ĩ græco eius codice uitiũ esse Theodorus existimauit:quãdoquidẽ ipse argathylin conuertit octauo libro.acanthylis uero ea est quæ & acanthis dicitur.Spinus & Ligurinus a Theodoro:alia omnino ab argatyli.Spinus quoq͵ distat a Carduele qui θραυπισ uocatᷣ Aristoteli eodẽ libro.& ĩfra. Cynnamulgus auis).Ab Aristotele Cynnamomus uocatur:nisi quis κυμμαμολγομ non κυμμάμωμομ in eo quoq͵ scribendum censeat.

Vitiũ notãt in libro Aristotelis Carduelis discat a Spino

Ex eodem.xxxiiii.

Plumbatis igitur eos & sagittis Decutiunt).Legẽdum Plumbatis igitᷣ eos sagittis decutiũt: ex Aristotele.& ĩfra. A domitis feros & nouos haud uictos).Scribendũ nõ Haud:sed Aut:ut paulo ĩfra. Victum inquit aiunt uenerem pati.Similis fere gallinaceoꝝ natura est:Victus inquit Plinius occultatᷣ silens & ægre seruitiũ patitᷣ.itẽ. Cum sit femina aucupe accedente).Legẽdũ:Cum sensit:ut fœmia casus ablatiui sit:hoc est accedente femina uenatrice:auctor Aristoteles. Ex capite.xxxv.

Reliquos ad quadraginta).Legendum aliquos ex Aristotele.

Ex capite.xxxvi.

Vt uictæ præbentur accipitri).Legi potest ut uinctæ.nam sequitur implicatis pennis.itẽ. Alioqn solito uolatu multũ ueIociorem).Legendum uidetur:Alioquin soluto uolatu in multũ uelociorẽ.nã supra uinctas quẽadmodũ raperẽt accipitres e docuit.nũc quẽadmodũ solutas & libero uolatu itercipiant.

Ex capite.xxxvii.

Tinnungulus).Antiqua fere lectio Tristunculus:quod & Theodorus quandoq͵ sequitᷣ.ex maiori uero parte Tinnũculus.græce Cenchris uocatur Aristoteli quasi miliaria.

Cenchris unde

Ex capite.xl.

Platæa nominatur).Cicero de natura deorum secũdo nõ Platæam sed Plataleam tradit hanc uocari:ut in ipso forte Ciceronis codice sit error.Aristoteles Pelecanẽ appellauit octauo de aĩalium historia uolumine.

Pelacanis

Ex capite.xlii.

Sitacem uocat india)Legendum uidetur Psitacen ex Aristotele:qui item nõ masculino sed fœminino genere pronũciat hãc alitem:Cæterum in indica historia:quam Arriano sunt qui tribuãt: Sittacen per.σ.non per.ψ.legimus initio uocatam.Est Aristoteli & auis Sitta nomine:sed omnino alia.

Psitace

Ex capite.xliii.

Trœcena asie regione).Vetus lectio nunc Cizycena nunc Troezena nunc Erizaca nunc Cazaca Cæterum tam Cizycus in Asia est minore q̃.Troezena regio ut in Caria monstrauimus. Sunt & in peloponneso Trœzenii.Cazaca uero siue Gazaca unde Gazaceni Cappadociæ pars est.

Ex capite.xlvii.

Hematopodi).Scio Hæmatopodas uideri nominatas aues has a colore pedũ sanguineo:quos rubere tradit ipsis Plinius.Cæterum multi codices tam in indice q̃ hoc loco imantopodas habent non Hæmatopodas ex argumento pedum:quasi Loripedes.Ait.n.crura iis præalta & ternis eas digitis insistere.Nam & populi Aethiopæ qui serpendo:idest ut Solinus interpretatur flexis crurum nisibus ĩgrediuntur:Imantopodes Pomponio Plinioq͵ uocantur.in disputationem reuoco:non decido rẽ.Accedit ꝙ in peruetusto græco codice qui & herbas & aues pictas continet:Imantopodes unum genus uolucrum describitur.item. Inferam in aluum ruminantis modo defert). Vetusti codices:in uerã aluum ruminantis more defert. Ex capite.xlviii.

Hematopodes

In disputationem reuocat rem non decidit

Megnatius caluinus).Scribo Egnatius Caluinus:aut.M.Egnatius Caluinus.

Ex capite.xlix.

Venere in italiã bodriacenses bellis ciuilibus trans padum).Bebriacẽses emẽdauit Merula rectissime.Cornelius Tacitus:Eo ĩquit die quo Bebriaci certabatᷣ auẽ inusitata facie apud Regiũ Lepidi celebri luco cõsedisse in colle ut memorãt:nec deinde cœtu hoĩum aut uolãtiũ alitũ territam:pulsamue donec Oto se ipse interficeret.De Bebriaco iter Cremonã & Verronã oppido ubi Vitellius cũ Otone conflixit:& Suetonius & Plutarchus. Ex capite. lii.

Emendatio Merulæ rectissima

Bebriacus cãpus ĩ agro Cremonensi

Generi nulla ex his supra quaterna edit oua).Codices manu scripti habẽt Generis.Ego Aristotelẽ secutus ita lego:Cenchris sola ex his supra quaterna edit oua.Est autẽ Cenchris idẽ quod Tinnẽculus quẽ Aristoteles affirmat initio libri sexti:solũ ex adũco genere quaterna & eo quoq͵ plura oua parere

Ex eodem.lii.

Perdices sali).Quidam legũt perdices soli:falso.Sũt enim sali auiculæ:quas Aristoteles Aegithos appellat:fœcunditatis magnæ:ut perdices Gallinæq;.item. Feminam edũt quæ rotũdiora gignuntur:reliqua maré).Aristoteles libro sexto cõtrariũ sentit.Fœminá edi ex ouis quæ oblonga sunt. marem e rotundis.ut fere scribi possit hoc loco sic:Fœminá edunt quæ oblongiora gignunt:reliqua marem.Aut fatendum ab Aristotele hoc est a ueritate dissentire Plinium.Et infra. Alia rubri coloris ut phasianis cencridis).Legendũ est Cenchridi:hoc est Tinnunculo. Ex capite.lv.

Cenchris idé est qui & Tinnũculus

Ouum in sinu fouendũ).Legitur fouendo.ité. Mox incertos concubitus sollicite conuocãtis). Vetus lectio:Mox incerti incubitus sollicite conuocantis. De hoc & Cicero de natura deo℞ secũdo: Anatum inquit oua gallinis sæpe supponimus:e quibus pulli orti primũ aluntur ab iis ut a matribus a quibus exclusi fotiq; sunt deinde eas relinquũt & effugiunt:sequétes cum primũ aquá quasi naturalé domum uidere potuerunt. Ex capite. lx.

Anatũ naturales domus est aqua

Melancoryphus supra uiginti parit semper numero impari inæqualia).Verbũ inæqualia:superuacaneum est:nec Aristoteles unde hoc sumptum est addit inæqualia.Est aũt Melãcoryphus:quæ Atricapilla dicitur a Theodoro eadem cum Ficedula. Ex capite. lxiii.

Ficedula

Coitus auersus elephantis:camelis).Aristoteles lib.quĩto Camelos negat auersos:idest πυγηδον coire:Cameli ĩqt sedente fœmina coeunt:nec auersi:sed complectéte mare ut cæteræ quadrupedes. & infra. Supradictorum plerumq; feminæ priores superueniũt).Vetus lectio Plerisq;:nõ plerũq; nam & sequentia id demonstrant:Reliquis inquit mares.Et infra de Taurorum coitu. Ingrediunt in conceptu).Theodorus ex Aristotele.Clunibus subsidere fœminá in cõceptu scribit:ipse Aristoteles uerbo utitur υπαγουσι hoc est incedunt gradiunturq;:ut ait Plinius:in coitu.meliusq; hoc sine dubio:q̃ illud.& infra. Achantis auis minima).Scribendũ.Acanthis.& infra. In urina attolere crus feræ semestres).Scribendum fere:non feræ:omnia ex Aristotele. Ex.lxiiii.capitis ĩscriptiõe.

De uaria generatione auiũ).Scribo animalium non Auium.& infra. Ex omnibus quæ pfectos uel tantos uel innumerosos edunt.item plures cõtra naturam solidipedum aut bisulco℞). Locus est omnino deprauatus:ut de suibus tamé intelligi posse uideatur quippe quas uicenos partus edere: itẽ Solidipedes & Bisulcos eé constet.Aut certe cõiungédus est cũ sequéti capite de Muribus hoc modo Ex omnibus quæ perfectos fœtus tantũ & numerosos edunt item plures contra naturá Solidipedũ aut Bisulco℞:supra cuncta est muriũ fœtus & reliqua. Non q; mures Solidipedes aut Bisulcos dicat: sed q; numerosi fœtus:Solidipedum aut Bisulcorum generi non conueniant.

Solidepeda animalia & bisulca

Ex capite. lxv.

Apud persas uero prægnantes ueneris patientis & utero pariétis repertas).Scribo:Apud psas uero prægnátes in utero parétis repertas.idq; uetusti fere affirmát codices.Quid q; Aristoteles lib.vi. Terræ inquit Persicæ parte quadam Muræ fœmina rescissa fœtus fœminini prægnátes cõperiunt.

Ex capite . lxx.

Polypus cunicula admota ab odore protinus resilit).Legédũ:Cunila admota:hoc est Conyza utiquit lib.iiii.Aristo.Hác herbam Theodorus Pulicarem conuertit:quia pulices necat.Dicitur & cumilago interdum Plinio:idq; nomen frequentius est. Ex capite.lxxii.

Pulicaris herba pulices necat etiam cunilagodon

Auibus deuoratis solidis cõtentiõe plurima & cætera ossa reuomunt) Vetus lectio nõ Cõtentiõe sed Cõtritiõe.ité nõ plurima:sed pluma:ut proinde scribédũ puté:auibus deuoratis solidis cõtritione plumas & cætera ossa reuomũt.Simile huic paulo supra hoc capite: Spectáda quidé inquit draconum arte:aut.n.solida hauriũt si iá fauces capiũt quæ deíde ĩ semet cõuoluti frangũt intus atq; ita putamia excutiunt. Ex capite . lxxii.

Spõgionum & satyrorum genus).Lego sphingiorum & satyro℞.Sũt autem Sphingia siue Sphinges atq; Satyri Simiarũ generis.inter Simias inquit Solinus habentur & Sphinges uillosæ comis:mámis pminentibus:dociles ad feritatis obliuionem.Sunt & quas uocant inquit Satyros facie admodũ grata gesticulatis inquietæ motibus.Scio & satyriũ animal esse quadrupes:iteq; Satherona:sed utrũq; ambiguum:in humore pariter & ĩ sicco uiuens:apud Aristotelem.De hac Sphinge Plinius quoq; meminit:fusco eas pilo & mámis in pectore geminis describés. de sphingiis & libro sexto.

Sphinges atq; Satyri simiarum generis

Ex capite . lxxiiii.

Coruus & cloreus).Aristoteles libro nono. χλωριωυ idest Chlorio:qui latine Vireo dicatur Plinio uolumine decimooctauo:Est & Cloris auicula:quam Theodorus luteum & luteolam conuertit.

Cloris auicula est

Ex eodem. xxiiii.

Ichneumones & uespæ phalanges & aranei) Legédũ est ichneumones Vespæ & phaláges aranei. cũ dicat Aristoteles ichneumonem dissidere cũ phalange.Plinius quoq; libro undecimo: Vespæ inqt quæ ichneumones uocant.Sunt aũt minores q̃ aliæ.unũ genus ex araneis pimũt phalangiũ appellatũ quæ uerba ex Aristotele item sumunt.Phalangiũ quádoq; phaláx ab Aristotele dicit: cuius originé ĩ corollario monstrauimus:ut qui mutandá hac parte lectionem putarũt:errauerint:etiam si frequentius phalágiũ q̃ phalangis uocabulo ueteres utant.Sũt aũt & aspidũ & crocodilo℞ pestis ichneuomo

nes:ut inqt Plinius:quos etiã ichneutas quãdoq̃ uocat Nicãder:Viuerræ paruæ ſimiles: ut mirari ſit enarratorẽ eius poetæ genus aquilæ ſacrũ Herculi dixiſſe. Sũt qui murẽ indicũ uocari modo ſentiãt.

Viuerre

Ex eodem.lxxiiii.

Aegithum uero in tantum ut ſanguinẽ eorum non credant coire).Scribi poteſt: Aegithum uero Anthus intantum ut ſanguinem eorum non credant coire.Ariſtoteles libro nono:Aegithus ideſt Salus cum antho ideſt floro diſſidet:Proinde ſanguinem ægithi & Anthi negant inquit miſceri poſſe.de hoc antho Plinius quoq̃ ſupra hoc libro imitari eũ referens equorũ hinnitus.quod & Ariſtoteles cõfirmat.

Ex capite.lxxv.

Somniat ſtatim infans).Negat hoc Ariſtoteles libro quarto de animaliũ hiſtoria:Nuper inquit in lucem editi & infantes ante quartũ aut quintum ætatis annum fere non ſomniant.Sed cur pauore ex pergiſcuntur & fuctum imitantur:Reſpondet de animaliũ generatione quinto libro: infantes inquit dum uigilant non rident:cũ dormiunt & rident & flent quandoq̃.Nunquid ergo ſomniare dici poſſunt:qui ea dormientes faciunt quæ nunq̃ fecere uigilantes?Igit̃ ſomnia inquit nõ ſunt quæcũq̃ dormiendo aguntur:ſed præter ſomnia:ut iis qui dormientes reſurgunt ambulãt & loquũtur: uidetq̃ inquit eodem modo quo qui uigilant:accidunt hæc & obſeruantur quidem penitus:ſed non ut ſomnia: Idem tamen auctor libro ſeptimo:infantes inquit ſomniant:ſed ſero meminiſſe poſſunt imaginũ. qd igitur contradicit ipſe ſibi Ariſtoteles? Minime.ſed hoc ſentit:q̃ ĩfantes ſi minus proprie loquẽdũ ſit ſomniant:ſi proprie:non ſomniant.Sed hæc aliubi fuſius ediſſerenda ſunt.

Ante quartũ aut qntũ etatis annũ ĩfantes fere non ſomniant

Caſtigationes Plinianæ Eiuſdem Hermolai Barbari Ex Libro.xi.

Ex capite Secundo.

d Iſpoſuit ieiunam cauam.(Vetus lectio Caueam nõ Cauã. proinde ſequitur: Vti aluũ: hoc eſt Caueã in iis dicendã eſſe non aluum:ſed quaſi aluum & quadã ſimilitudine ꝓportioneq̃ reſpondentẽ aluo.

Ex capite.iii

Inter ſe ſimilem qdem).Legẽdũ eſt Verum ſimile quiddam: ex Ariſtotele: qui hoc quod ſanguinis loco atq̃ inſtar eſt analogon ſanguinis appellat:quaſi ꝓportionale.item. Vt ſepiæ in mari ſanguinis uires atramentum). Scribo Vices:non Vires:hoc eſt illud analogon.de quo dixi.

Analogõ dedicatur

Ex capite.vii.

Metyn).Omnia exẽplaria manu ſcripta & impreſſa quoq̃ aliqua: non Metyn: ſed Comoſin: ceu a Gummi dictã:quod græce Cõmi appellatur.Qua uoce utitur & Ariſtoteles in apibus. idem auctor pro eadem re nõ Metyn ſed Mityn dixit:quod uerbum modo Comoſis:modo excremẽtũ ceræ uertitur a Theodoro.Habetur & Mytis per.y.in prima ἀπο του μύζειν. quod ille interpretat̃ mutire ꝓ eo quod eſt mutin facere.id in ſepiis & omnino mollibus aſpicit̃ alio nomine papauer appellatũ: per quod ipſa gula tẽdit.in teſtaceis quoq̃ materia quædã uacans & retrimẽtitia Mutis & papauer dicit̃. Quid ſi nõ Comoſin ſed coniſin quod tectoriũ ſignificat:legat̃?Prior lectio magis proba.itẽ. Mitys cruſta eſt prima).Dixit mox.primũ id eſſe fundamentũ:ut repeti nõ debeat. proĩde hoc loco forte melius eſt ut legamus Nigra:q̃ prima:ex Ariſtotele.

Tectorium

Ex eodem.vii.

Ceræ initiũ populorũq̃ mitiore gumi propolis).Legendum Ceræ initium populorũq̃ e mitiore Gumi Propolis.Plinius libro uigeſimoquarto:populi inqt ferunt in foliis guttã ex qua apes propolin faciunt.

Propolis fit ab apibus

Ex eodem.vii.

Conuehet̃ rhithace).Ariſtoteles Erithace:quanq̃ & Rhithacem quãdoq̃ habẽt codices. Alioq uere naſcitur quod ἔαρ dicitur.Theodorus Ceraginem conuertit hanc: quoniã & Cerinthus quoq̃ dicitur:& a Diſcoride Ceranthemis:uulgo eã uocare ſolent Carbinã in Etruria & Liguria.credo quia flatu Africi naſcat̃:quẽ ut inquit Vitruuius Carbam:noſtri nautæ Carbinum cognomiãt.ſit quidem & nigrior ab uentis:ſed agri eorum obnoxii ſunt Africo:quẽ Lybicum hodieq̃ uel rura uocant.

Carbinus uẽtus a nautis nũcupatur

Ex capite.ix.

Hyliſcum uero thaſium).index Philiſtum Thaſium non Hyliſcum habet.Exiſtimatio ſua cuiq̃ ſit.

Ex capite.x.

Quæ flores cõportant prioribus pedibus fœmina onerant).legẽdum eſt ſine diphthongo Femina:hoc eſt blæſa poſteriorum pedũ:ut inquit Ariſtoteles.item. Concameratione alui).legendum Aluei.itẽ. Circa ſingulos actus).ſcribẽdũ arcus:hoc ẽ fornices.

Concameratio

Ex capite.xi.

Fucus ademptis alis in alueũ traiectus ipſe cæteris adimit). Theodorus in Ariſtotelis libro qnto: Si fucum inqt ademptis pennis in alueum traiicias ipſæ reliquorum pennas erodunt:quaſi non fucus is cui ademptæ ſint alæ:ſed apes ipſæ cæteris fucis alas uellant.Quod ſi uerum eſt: in Plinio legendũ eſſet:Fuco ademptis alis in alueũ traiecto ipſæ cæteris adimunt. Cõſulẽdi ſunt græci codices in qbus æquæ uarietas eſt parte plurima.

Ex capite.xiiii.

Non alia ſuauitatis).Legendũ Suauitas.ui arcus cæleſtis & ſiderum exortus in melle:quinto hiſtoriæ ſuæ libro Ariſtoteles.

Ex capite.xv.

Sedimētũ in uino uulgo Lectus appellatur

Appellaturq́ꝫ tacitum).Omnes antiqui codices habent Acœton:hoc eſt ſine retriméto ſedimétoue:quod hodie quoq́ꝫ ruſtici lectum ſtratum ue ac cubile in uino appellant.

Ex capite.xvi.

Plurimi ſideriten).Lego plurima ſit Erice:ut cũ ſuperiore dicto iungas hoc modo.Et quoniam inquit ab æquinoctio ad uergiliarum occaſum diebus.xlviii.plurima ſit Erice.atq́ꝫ ita fere habet omnis antiqua lectio.Quod autem ſequitur. Tetradicen & ſiſarum). Theophraſtus quendam fruticem appellat Tetralicen nõ tetradicen æſtate germinãté.Floret enim bis anno Erice prima & ultima ſylueſtrium:ut in Dioſcoridis editione oſtendimus. ité Siſaram Varro non Siſarũ. Porro Ericen apud noſtros Tamaricen ſiue Amaricen uocari nemo dubitat:ex Columella Palladioq́ꝫ.Ericæum mel celebratur & a Nicandro λαζεο λαμθαμοεσσαμ αφαρταμυφυλλομ ερει κημ ημτε μελισσαιος περιβοσκεται ουλαμοσ ερπομ.

Ex eodem.xvi.

De ortu apũ uaria ſententia eſt

Album mel nõ fit quod bithymũ eſt).Ariſtoteles.album mel non fit quod e mero Thymo é: το δε λευκομ ουκ εκ θυμου ει λικρι μουσ.item. Plures exiſtimauere oportere confici eloribus cõpoſitis).Ariſtoteles duobus locis non Oportere:ſed Apportari.De ortu apum inquit libro.v. uaria ſententia eſt.alii eos parere & coire negant:ſed deportare fœturá exiſtimant.hoc ipſum libro de animalium generatione tertio.Item. Reges plures incoantur nec deſunt).Scribo Ne deſint:ex eodé Ariſtotele qnto libro.Perit inquit ipſum examé niſi ducũ ſatis habeatur:hoc eſt ſi defuerint: ideo inquit plures in eodem examine creantur duces.ité. Teterrimos negant).Scribendum puto Deterrimos necãt.ité. Duo auté genera eorum melior niger.uariuſq́ꝫ).Ariſtoteles libro nono:Duo autem genera ducũ ſunt:melior ruffus q̃ niger uariuſq́ꝫ.

Plures in eodem examine creantur duces

Ex capite.xvii.

Si qua laſſata deficit aut aberrauit odore ꝓſequuntur).Scribédum Laſſatus:hoc eſt Rex ipſe.Ariſtoteles libro nono:Si rex inquit ipſe aberrarit omnes inquirere odoratuq́ꝫ ſagaci donec inueniãt eũ ꝓſequi.ité.Potiuſq́ꝫ naſcentium domos dirimunt).Ariſtoteles Diruunt:non Dirimunt.

Ex capite.xviii.

Adrepenteſq́ꝫ floribus opertas ſufflant).Ariſtoteles non floribus ſed Foribus libro nono:Subiés inqt Rubeta aditus Alui afflat & obſeruans rapit euolantes.ité. Rege ac peſte conſumpto).Scribe non ac:ſed Hac.

Ex capite.xx.

Exercitationé tamé ſolẽnem habét).Ariſtoteles libro nono:Exercitationé tum ſolennem habét. ſed hoc tamen non apibus ſed fucis ipſe tribuit.

Ex capite.xxi.

Cætera auté cortice araneis fœtus & ipſe inæqualis ut Barbarus.alius euolat alius infantia é).Legédũ:Cætera autem cortice & arena:fœtus & ipſe inæqualis & barbarus alius euolat & alius in nympha eſt:ex Ariſtotele qnto libro ad uerbum fere:ac iulio Polluce.Habent & exemplaria manuſcripta non in ĩfantia:ſed in nympha.nam & apes aliæ in uermiculo:aliæ in nympha eſſe peribentur. Inuermiculo ſunt cum primum ab incubatu excluduntur:excepto rege:qui non uermiculus ſed ſtatĩ penniger exiſtit.cætera turba cũ formam capere cœpit:nymphæ nominantur ait Plinius.in uerbo aũt Barbarus:horridum ferumq́ꝫ intuitu accipimus:ut de quodam myrrhæ genere Plinius:Troglodytica inquit myrrha aſpectu aridior eſt ſordidaq́ꝫ ac barbara.

Ex capite.xxii.

Nidos luto fingũt ſalis ſpecie).Theodorus in Ariſtotele nõ ſalis ſed Vitri.legit enĩ υαλοσ non οι αλεσ.utra lectio ſincerior:non extimo nunc:ité. Ea grandiore uermiculo). Legendũ E grãdiore uermiculo:ité. Inco mulier pamphile).Scribédũ:in Ceo.Plinius libro quarto.Ex ceo inqt inſula ꝑfectã delectationi feminaꝶ ueſtem auctor eſt Varro.ité. Pãphila platis filia. Ariſtoteles paſaphile Latoi filia:ideſt πασαφιλη λάτωου.Theodorus tamé Pliniani codicis fidé ſecutus eſt. illud meminiſſe oportet in exéplaribus quoq́ꝫ Ariſtotelicis non in Ceo:ſed in Co ſcriptũ uideri.cæteꝶ ut prædiximus Varrõis auctoritas & Plinii facit ut dubitari nõ debeat.alioqn facile fero ut q cõtrariũ ſcripſere cõfugiũ hoc habeãt.q̃ſi & Ariſtoteles de co inſula nõ de Ceo ſentiat.q̃ſi & Varro ab Ariſtotele diuerſa ꝓdiderit:aut in utraq́ꝫ ĩſula id genus ueſtis celebratũ fuerit:ut ſequẽti capite legat̃ nõ ĩ Ceo ſed ĩ co ĩſula cupreſſis Terebinthis Fraxinis Quercubus Depecti Bõbicina. Veꝶ ut ita ſe tueri poſſint: teſtari tamé debeãt in Ceo nõ in Co ueſtis eius originé a pleriſq́ꝫ tradi.

Co inſula

Ex capite.xxiii.

Humore lenteſcere).Vetus lectio poſt uerba hæc habet & illa:More ceræ.

Ex capite.xxiiii

Ad ſaltũ ingrediétium).Vetus lectio aſſultim.ité. Prioribus cruribus lõgiſſimis). Theodorus in Ariſtotelis nono:prioribus cruribus nigris.quaſi nõ μεγαλοισ ſed μελάσι legiſſet. ipſe cũ Plinio ſentiendum puto:quoniam de colore aranei huius nigro iam dixerat & Ariſtoteles & Plinius.

Ex eodem.xxiiii.

Luporũ modo minimi non texunt).Scribo Luporum nomine minimi non texunt:ex Ariſtotele ut aliud genus lupos:aliud Phalangia intelligas:ité q̃. Non ad hoc uidetur pertinere crebra tapexitas telæ.Scribendum forte Cribrata pexitas telæ:aut plexitas:ex Feſto:plexa inquit colligata ſunt ex græco:cui nos etiam præpoſitionem adiicimus in uerbo perplexa.dicũtur aũt Pexa & quæ concinna

sunt:ut depexa quæ lacera. Terentius:Depexum dabo. Sed & Pexæ uestes a Plinio referunt̃ octauo libro. & Martialis:Pexatum pulchre qui pexis uestibus utat̃. Nã ubi Persius dixit pexumq; togaq; recẽti. Probus:Barba inquit tonsuræ genus est quo iuuenes sic tonsi Pexibarbi appellantur.

Pexatus pulchre q sit Pexibarbus

Ex eodem.xxiiii.

Pariunt autem omnia in telas expansa). Legendũ pariunt autẽ oua ea in telas expansa item. Ad iuuat enim ĩcubare). Aristoteles: Adiuuat enĩ incubatu.hoc est fœminã mas Araneus.itẽ. Pariũt autem & tericenos). legendum Trecentos:ex eodem.itẽ. Cõsumuntur aranei quater septenis diebus). Scribo consumantur:hoc est incrementa iusta capiunt:ex eodem.

Ex capite.xxvi.

Cicadarum duo genera:minores quæ primæ ꝓueniunt:quæq; sunt mutæ & nouissimæ pereunt. sunt autẽ multæ sequens uolatura quæ uocant̃ achetæ). Romani codices longe aliter hoc modo:Cicadarum duo genera minores quæ primæ & nouissimæ pereunt sunt autem multæ.itẽ maiores:quæ canunt:uocant̃ Achetæ. Vetusta exẽplaria uerbum illud Volatura: scribunt uolatu rara. ut sit sensus: e cicadis alias minores esse atq; mutas & multas quæ primæ ueniant:& nouissimæ pereãt: Alias quæ post has sequantur maiores & raras esse. Diuidit̃ & hoc secundum genus: quandoquidem aliæ maiores sunt.aliæ minores.quæ sũt maiores:canere atq; Achetas uocari utiq; si sint mares quæ aũt sint minores:Tettigonias:& canere item sed minus modo nõ sit fœmina.silere enim in utroq; fœminas.itẽ

Genera cicadaꝝ diuersa

Et quæ minores ex his sunt tettigometræ). legẽdũ Tettigoniæ ut dixi:auctor Aristoteles & uetus lectio. Etenim Tettigoniæ a Tettigometris differũt. Proinde Theodorus priores Cicadastras posteriores Cicadarũ matrices interpretat̃.itẽ. Transeant uelut folia). Legendum in folia ex eodẽ Aristotele.

Ex capite.xxvii.

Iccirco nõ sunt cyrenis circa oppidũ nec in cãpis cicadæ). legendum iccirco sunt Cyrenis circa oppidum nec in cãpis:ex Aristotele qnto libro:Nasci nõ possunt inquit Cicadæ ubi desũt arbores: iccirco Cyrenis in cãpo nullæ habent̃:cũ circa ipsum oppidũ multæ proueniant.itẽ. In regio agro silent oẽs:ultra flumen in locris canũt). Legendũ est:in Rhegino agro. Diuidit autẽ Rheginos a locris fluuius Cæcinus ut inqt Pausanias:cis eum amnem Cicadæ nõ strepunt. Hos autẽ Locros qui in italia sunt Græci Hespios appellant:& Epizephyrios quoq;:ꝓpterea ꝙ promontorio appositi sunt cui nomen est Zephyrium.

Cicadæ ubi desunt arbores nasci nõ possunt

Ex capite.xxviii.

Lampyrides). & hic &.xviii.libro.sed Aristoteles pyrolãpides:Cicidelæ ait Plinius a nostris dictæ itẽ. In thraciæ partibus iuxta olympũ). Vetus lectio:iuxta Olinthum est qdẽ & Olympus,in ea terra.sed cũ & Olinthus sit a qua Demonsthenis olinthiacæ orationes uocatæ sunt: fidem antiquorum exemplarium quamobrem nõ sequar haud scio.

Olinthiace Demosthenis oratiões uocatæ sunt

Ex capite.xxix.

Pariunt in terra dimisso spinæ caulæ). scribe Demisso. Aristoteles qnto libro: Pariunt inquit Locustæ in terra difixo cauliculo.itẽ. Quod miremur:famẽ quoq;: quã propter externa pabula præterq̃ sciunt imminere). Legendũ est:Quod miremur:famem quoq;:quã propter:externa pabula petiere:sciunt ĩminere:ex uetustis codicibus.

Ex capite.xxx.

Vere & hæ ut apes cõmunicãtes). Verbũ illud Vere:hoc est Verno:ad præcedẽtem refertur clausulã:ex Aristotele quinto libro:Coeunt inquit & formicæ ac uermiculum pariunt:ortusq; uerno tempore agitur.

Ex capite.xxxii.

Atq; asilus imprimis insidet ex rore hic rhaphani folio). scribẽdũ Atq; imprimis ex rore.ĩsidet hic Rhaphani folio. Aristoteles libro qnto:Alia inquit ex rore fiunt qui frondibus insideat. item. Et tridua eruca.mox urica:quæ adiectis diebus creicit ĩmobilis). Legendum & triduo mox Eruca: quæ adiectis diebus crescit immobilis:ex Aristotele:item uetustis exemplaribus.itẽ. Ad tactum mouetur aranei). Legendũ arbitror Araneæ:hoc est paniculi araneosi:quo tecta chrysalis obducitur:ex eodẽ.v. Aristotelis:quem locum Theodorus ita uertit:ad tactum mobiles meatibus araneosis obductæ.

Ex capite.xxxiii.

Asinum tantũ & oues). Aristoteles libro quinto:Asinum & capram & oues:ex iis quæ pilos habẽt sola pediculis immunia esse tradit.itẽ. Alia rursus generantur sordibus aridi soli posteriorum crurum lasciuia petauri & auris). Legi potest posteriorum crurum lasciuia Petauristarum: hoc est qualis Petauro ludentiũ aspicitur ut hæc de pulice uel simili aliquo ut opinor intelligantur. Petauristæ sunt inqt marcellus quicunq; saltibus uel scenis leuioribus mouentur. Petauron tamẽ iulius Pollux dici caueam existimat in quã se cortis alites cubitum ituræ conferunt: Varro:Galli & Germani petauristæ: Claudianus:Vel qui more auium sese iaculantur in auras. Meminit & Martialis & iuuenalis.

Petauriste q dicantur

Ex capite.xxxiiii.

Est animal eiusdem temporis). Legendum puto eiusdem turpitudinis.

Ex capite.xxxvi.

Pyralis a qbusdã pyrausta). Vetus lectio & hic & in indice non Pyrausta sed Pyrotus habet. Alioq Pyrausta uermiculus is est Aristoteli:quẽ & Cleron uocat aranei specie nocẽtẽ fauis:q̃q̃ & pyrautis

legitur non Pyrausta in ipso:etiamsi Theodorus cõuertit Pyraustã. De Clero meminit & Plinius hoc libro capi.xvi. Similis inuersio est & in lapide Carbũculo quẽ Plinius appyrustã scribit uocari ultimo uolumine. Theophrastus & uetusti codices apyroton hoc est απυροτον ut docebimus.

Ex capite.xxxvii.

Pipiones qui sint uipiões minores grues dicuntur

Pico martio & gruibus arieæ). Fuit quando scribi posse crederem. Pico Martio & Gruibus areæ. sed quia id earum constabat:ueterem lectionẽ malim sequi: sic habentem. Pico quoq martio & grui balearicæ: Plinius li.ix.in balearibus ait insulis in honore mensarũ esse uipiones. Sic enĩ inquit uocãt minorem gruem. Nam pipiones apud Aelium Lampridium in Alexandri uita pro columborũ pullis capimus.

Ex eodem.xxxvii.

Lithostrota

Lienosi liene laborãtes Lendiosus

Vt lyras decerent). Vetus lectio: Vt lyras diceres:unde nomen quasi Terpsicerotes:ut qbusdã placet:uelut a modulatis & quasi ad lyrã cõpositis cornibus.Itẽ. Aliis ad ictũ pluribus modis).codices antiq habent aliis ad ictũ. Aliis adunca.aliis redunca:aliis ad iactũ pluribus modis.Item. Nunc quæ cerostrata picturæ genere). Legẽdũ arbitror Cerostrota ut Lithostrota:hoc est cornibus lapidibusq strata:itẽ. Boum attritis ungulis cornua unguẽdo a ruina medent agricolæ). Scribẽdũ nõ a ruina: sed aruina.itẽ. Miconii carẽtes pilo gignunt sicut in cauno lientosi). Scribẽdũ Lienosi: hoc est Liene laborantes. Quidã Lienterosi:hoc est Lienteria quã nostri læuitatẽ intestinoꝝ uocant:cum cibus nõ pficitur sed incoctus egeritur. Alii quoniã de Capillo agatur legendũ arbitrant Lendiosi: hoc est lendibus & capitis animalibus suffercti. Vtcũq in terra Caria ꝓpe Rhodũ Caunii pestilente cœlo sunt:uulgato apud Straboné aliosq Stratonici Cytharœdi sale. Athenæus & in pelæos eũ dicacem fuisse tradit quos uirides lienososq idest χλωρουσ και σπληνιωντασ fere nasci cõtigebat. Lienosi aũt fiunt ait Aristoteles de partibus animaliũ libro tertio quoties excrementi plus in lienẽ diuertit q̃ calor eius uisceris possit cõficere. hippocrates & celsus qui diu inqunt habẽt faciẽ pallidã & tumidam aut capite aut uisceribus aut alio laborant. Põponius: Caunos inqt oppidũ ualitudine habitantiũ infame: De Myconiis aũt qui capillo careant meminit & Strabo iis uerbis: Caluos inqt ipsos moris ẽ dicere Myconios:q in ea insula quasi gentile id uitiũ est.

Locus ĩ Suetonio declaratus a Caluo ad caluũ

Hæc mentio Caluicii admonet me ne locum Suetonii in Caligula prætereã:ubi dicit: Nullius inspecto ellogio a caluo ad caluũ duci ĩperauisse: Audio enĩ grãmaticos ignorare se fateri qd hæc uerba significent:alios nomen loci caluũ credere: alios præfecti custodiaꝝ:uanissimo utrumq cõmento. Docet id luculentus auctor Dion απο φαλακρου προσ φαλακρον idest a caluo ad caluũ iussisse noxios interfici:hoc est qcũq inter duos forte caluos ex sontibus ante se cõstitutis:aderãt:laniãdos bestiis rapi uice pecudũ mandasse quæ carius uendebãtur. plura dicerẽ:sed hæc alieno loco satis multa.

Ex eodem.xxxvii.

Et olentes fugiunt admota ferramenta). Legendũ arbitror:& Solenes fugiunt &c. Cõcharum id genus est:quod & Onychas & Dactylos hoc est ungues & digitos uocamus: itẽq Donacas & aulos: ut post liquebit ex Aristotele Athenæo Plinio:qui tamen inter ea discrimẽ aliquod fecere. Apud. M. Varronem quoq ubi legitur Sirene pectunculi ungues. forte Solenes scribendum fuit.

Ex eodem.xxxvii.

Plerisq uero naturale ut nutare nõ cessent). Legendum est Nictare:quod græci σκαρδαμυττειν dicunt.itẽ:tiberio cæsari in.tenebris clariores ipsi aliam quã genitorũ mortaliũ fuisse naturam orcis in tenebris clariores ferũt). Legendũ est ut uerba. Orcis in tenebris clariores ferũt:demantur. tũ sequtur Vt expergefactis nocte & reliqua:ex uetustis & Romãis exẽplaribus quæ nec Genitoꝝ mortaliũ sed Cæteroꝝ habẽt.itẽ.

Locus apud Tranquillũ

Diuo augusto equorũ modo glauci fuere. supraq hominẽ albicantis magnitudinis:quã ob causam diligentius spectari eos iracũde ferebat). Trãquillus: Oculos inquit Augustus habuit claros ac nitidos:qbus existimari uolebat inesse quidã diuini uigoris: gaudebatq siquis sibi acrius cõtuenti quasi ad fulgorẽ solis uultũ summitteret. Sũt qui hæc duorũ auctorũ uerba dissentire cõtẽdant:mihi maxime consentiunt.

Ex eodem.xxxvii.

Locus apud Noniũ emẽdatus Bruncitas

Labra qbus brochi labeones dicti). lego: A quibus: nõ quibus. itẽq brunci fortasse melius q̃ Brochi. Nonius brunci sunt inqt producto ore dentibus prominentibus: Ex lucilii satyra brũcus nouit lanius dẽte eminulo:hic ẽ rhinoceros. in quo sciẽdũ:in oĩbus Nonii codicibus nõ Eminulo: sed Emulo corrupte legi. pauloq ĩfra. Brochitate inqt dentiũ senectus in equis & cæteris ueterinis intelligit. hoc est ꝓminẽtia & magnitudine: Bruncitate scribẽdũ:& infra. Nouissimi qui gemini uocant). Legẽdũ Genuini:quos Cleanthes appellabat Sophronisteras:alii Cranteras. Sũptũ hoc ab Aristotele. Meminit & Aelianus.itẽ. Frater eius nõ mutauit primores. ideoq præteriuit). Legendũ arbitror. Per triuit.

Ex eodem.xxxvii.de Voce & lingua.

Mares tum uocant ololygones). Scripti põt Ololyzontes:quãdo quidem uoces & ululatus ipsi dicunt Ololygones. Aristoteles libro.iiii. Genus inquit illud ululatus:quem Ololygonem nominãt mares intra aquã reddunt.itẽ. Palpitante sibi lingua). Legendũ ibi: nõ Sibi. alioqn soloecismus esset. Aristoteles ποιει δε τον ολολυγονα οταν εισοχειλη την κατω σιαγονα ποιησασ επι τω υδατι περι τει νει την ανω.

Ex eodem.xxxvii.

Sub ea minor lingua nulli oua generãtium. opera eius gemina duabus interposita fistulis. ĩterior
earum epiglossis appellatur arteria.(Legendũ arbitror:Sub ea minor lingua epiglossis nulli oua ge- Epiglossis
nerantium:opera eius gemina duabus interpositæ fistulis:interior earũ appellatur arteria:ex Aristo
tele ad uerbum fere. Ex eodem.xxxvii.de corde.
Palpitat certe cor:& quasi alterũ mouetur intra animalia).Legendum est animal: nõ animalia: ut
sit casu recto:itẽ. Sparsasq; ramorũ serie).scribendum Sparsæ.sequitur.n.Per alias minores omni
bus membris uitalem sanguinem rigant.id ipsum Aristoteles Galenus cæteri.
Ex eodem.xxxvii.
Auguria id ꝑ singulos annos).Legendum est Augeri id per singulos annos. Solinus quoq; corda
in qntum & sexagesimũ a cõceptu diẽ crescere cõmemorat.itẽ. L.Posthumio.l.albino rege sacro-
rũ).Sunt codices in qbus.L.tantũ albino scribit᷑. Quid si ad hunc modũ?L.Posthumio Albino rege
sacroꝝ De.M.posthumio albino Liuius li.v.iter.viii.Tribunos militares cõsulari potestate.Fuit & al
bius posthumius inter eos.nã & alter posthumius Caluinus in eodẽ auctore nominat᷑.Sũt & codices
hac parte in qbus nõ.L.sed Marcus posthumius legit᷑.De illiricis triũphasse.l.posthumiũ albinũ: legi Locus in
mus.Plutarchus albinũ contra regẽ pyrrhum consulẽ fuisse tradit.itẽ. Certe exeat oratio uitellii). Suetonio
Scribendũ extat:nõ exeat.De hoc.P.Vitellio Suetonius. Ex eodem.xxxvii.
Tharnen & in cherrõneso ad ꝓpontidem).In Thracia thernem: nõ Tharnẽ Stephanus.Est ibi &
Therme ciuitas:unde Thermaicus sinus.Vtcũq; id quod additur:in cherronneso ad ꝓpontidem: ui-
detur id esse quod Aristoteles secundo libro de historiis animaliũ:Leporũ inqt genus tum alibi tũ in
Sycino agro circa Bolbã lacum bina uidet᷑ habere iocinora.Etenim. Syce ut libro quarto diximus ui Bolba
det᷑ in Cherronneso Thraciæ oppidũ fuisse.De lacu aũt Bolba Stephanus qdem meminit iis uerbis:
bolba inqt & urbis & stagni nomẽ est.sed qua in terra sit nõ explicat.itẽ. In pectore fel ẽ & cæteris
auibus).Lego & cætis omnibus:cũ ꝙ statim sequit᷑.Vitulis qdem marinis ad multa quoq; inquit no-
bile.tũ uero maxime ꝙ paulo mox ante:paucis auiũ in pectore fel haberi dixit. Videor & Aristotelẽ
super hoc legisse. Ex eodem.xxxvii.
In cæteris eæ ilia qbus capaciora intestina).Legendũ in cæteris ilæ a quibus &c.Est autẽ ila siue a
græco dicta unde gracilioris intestini morbus appellatur ileos.i.ει λεοσ siue ab ina:quo uerbo ut est
apud Festũ:tenuissima pars rei siue pellicula significat᷑.Varro farciminis ait genus Hila ab hilo dicta
idest minimo.De Lactibus miror unde Theodorus Gaza pro Mesenterio accepit. Plautus certe ĩ ali
is quoq; aĩalibus ꝗ in hoĩe atq; oue intestina exiliora Lactes uocauit.illud nimis licẽter ut alia Spartia
nus ait Murenaꝝ lactibus & lupoꝝ in mediterraneis oris Heliogaballũ pauisse rusticos suos.Nã ile
quod infima parte collocatũ est in hoĩe Colũ græce dicit᷑:unde colici dolores in crassioribus intesti- Vnde colici dolores
nis.Habent᷑ & ilia plurali numero.non tamen pro intestino: sed ꝓ ea parte quam græci ab inanitate
Ceneona & ꝙ flaccida sit etiam Lagona uocãt. Ipsa inquit Celsus ilia inter coxas & pubem imo uen-
tre posita sunt.Ex Lactibus autẽ hoc est gracilioribus intestinis:quæ tria sunt:Tenue: ieiunum. Pilu-
ros.id quod ieiunum dicitur Varro ilam siue Hiram uocauit. At si quis Theodorum tueri uelit pro
Mesenterio Lactes interprætantem:sciat partem & id quod continetur pro eo quod continet acce-
ptam.Etenim Mesenterio lactes inuoluunt᷑:ut a spinæ contactu duro munitiores magisq; septos red Lactes ꝓ ite-
dat.Probus:lactes alii dicunt loca sub umbilico in lateribus pubetenus delicata adeo ut plagam ferre stinis pingui
non possint.qdam pro intestinis pinguibus ut Persius lactes unctos dixerit hinc:Quidam inquit pro bus
membranis qbus cohærent intestina inter se. Ex eodem.xxxvii.
Quibus neq; dẽtes utriq; nec rumiatio).uetus lectio:Quibus dẽtes utriq;: nec ruminatio idipsũ &
Aristoteles cũ alibi:tũ lib.ix.itẽ. Cynocephalo aui nõ ee cõstat lienẽ).scribẽdũ Aegocephalo:quæ
Theodoro Capriceps uocat᷑.Aristoteles secũdo libro Aegocephalos inqt auis liene oĩno caret.Nam Aegocepha-
Cynocephalus quadrupes est iisdẽ auctoribus. Ex eodem.xxxvii.
Vulua enecto partu melior ꝗ edito.eiectitia uocat᷑ illa.hæc procaria).Sane uerba hæc sequẽtibus
collata multũ obscuritatis habẽt.illud meminero Pliniũ priore loco de Eiectitia loqui usq; ad eã finẽ:
quo eiecerint die:ut Eiectitiã intelligat partu eiecto seu enecto.porcariã edito. qcqd litteratores hac
ꝑte sentiant.Proinde ubi scriptũ est. Proxima eiectitia est:occiso uno die post partũ).legerim libẽ
tius Eiectitiæ ꝗ eiectitia.itẽ occisæ ꝗ occiso:ut hic de porcaria sermo sit cuius sumẽ optimũ.sequit᷑.n.
Eiectitiæ deterrimũ.Quod aũt subdit᷑. Antiq abdomen ĩquit uocabant priusꝗ calleret id scientes
occidere nõ assueri).Scribendũ arbitror:Antiqui abdomẽ uocabãt:prius callere id sinentes: occide-
re nõ assueti.Plautus ĩ Penulo ad hãc cõsuetudinẽ fere alludẽs.Vide sis ĩqt calleas.cui respõdẽs cõser- Locus in
uus qd opus inquit est urbis?Callum abrugnũ callere æque non sinam.est aũt sensus.id quod mõ Su- Plauto
men inqt dicit᷑:hoc est suillas cum lacte suo mammas:ueteres Abdomen uocabãt. ab lacte opinor iã
abdito & fugato:utpote q anteꝗ ubera callescerent:hoc est siccato lacte durescerent Suem occidere
non solerẽt.De Sumine Martialis:Esse putes nundũ sumẽ sic ubere largo Effluit & uiuo lacte papilla
tumet.de uulua quoq; idẽ poeta:Te fortasse magis capiet de uirgine porca: me materna graui de sue

uulua capit. Apitius uuluam sterilem comendat. Plinius primiparæ. Dicunt autem parẽtes primipa-
ræ: fœtus uero primigeni. unde Lucretio Coortus & dies mũdi primigenus. Vtcunq; si locũ salebro-
sum restitui desideras: cõsulendi sunt huius ganeæ periti. Cõmonefaciẽdi uero sumus Eiectitiã a græ-
cis εκβολαδα & εκτομιδα nominari. Porcariã uero υει αρ auctor Athenæus. Differt eiectio abor-
tu: q illa grandioris fœtus est. abortus: quem græci εκτρωσμον appellant: intra quadragesimũ diem
contingit. abdomẽ in homine ut ait Celsus ab iliis ac pube sursum uersus ad præcordia pertinet.

Ex eodem. xxxvii.

Nerui orso a corde bubuloq; etiam circũuoluti). Legendũ ex Aristotele. Nerui orsi a corde: bibu-
loq; etiam circũuoluti: hoc est humore albido glutinosoq;: quo ipsos neruos & nasci & ali perhibent.
itẽ. Nodisq; corporum). Legendum est Nodos: ex eodem: Neruis inquit nodi ligantur ossium. itẽ.
Inter os latent arteriæ): Legendum: inter hos: ut sit pronomen: ex eodem.

Ex capite. xxxviii.

Emissus spiritus trahit secum). lego Spiritum. itẽ. Macrio uiro prætorio). Vetus lectio diuer-
sa: Macrino iusto uiro prætorio. Ex capite. xxxix. de Hippopotamo.

Vt inde torreant esce). Vetus lectio: Vt inde tornent hastæ. aristo. secũdo historiarũ suarũ libro:
Hippotamus — Tergoris in equo fluuiatili crassitudo tanta ut ex eo inquit fiant uenabula. Herodotus quoq; secũdo
libro: Hippopotamus inqt tam crasso corio est ut ex eo faciant ακοντια ξυστα. itẽ. Elephantorum
quoq; terga impenetrabiles setas habent). Vetus lectio non Setas: sed Scasetias: quæ uox eũ sit depra-
uata: & Plinius. viii. li. neget Setas Elephantis ullas esse: fieri potest ut ad hunc modũ scribat: impene-
Elephãti atq; boues tenuiore pilo q̃ sues sunt — trabiles quasi setas habent. Nõ. n. setæ ibi sunt sed quasi setæ: hoc ẽ minuti pili. Aristoteles de aĩalium
generatione. li. v. Elephanti atq; boues tenuiore pilo q̃ sues tanguntur.

Ex capite. xxxix.

Inuentæ tamen quædam defluuio capitis inualidæ uelut languidiores cũ mẽstrui cursus stetere).
Vetusta exemplaria non Languidiores sed Lanugines. Aristoteles quoq;: In mento inqt mulieribus
pili non pdeunt nisi interdum pauci cum menstrua substitere. ambustus ẽ locus: sed stat sensus: in fœ-
minis & defluuium capitis & quandam in mento uelut lanuginẽ spectari aliquãdo. itẽ. Quibusdã
post genitæ uiris sponte nõ nascunt). Legẽdũ Post geniti. ex Aristotele: qui ait fieri posse ut pilis post
genitis cuiusmodi sunt pubes alarum atq; menti: uitio aliquo naturæ homo careat. Nam cõgeniti sunt
qui superciliis capiti palpebrisq; dicant. Ex capite. xl.

Sues inquit generosæ duodenas uulgares binis minus). Lege Binas minus:

Ex capite. xli.

Cameli lac mulgetur ne in itinere grauescat — Cameli lac mulgetur ne iterum grauescat. Legendum, quidam putant Cameli lac mulgetur ne in
itinere grauescat. Ego exemplaria secutus uetera sic lego: Cameli lac habent donec iterum grauescãt.
Aristoteles: Pariunt inquit Cameli uere: atq; lac tam diu seruant q̃ denuo conceperint.

Ex eodem xli.

Omne autẽ lac igne spissatum humore feruescit). Legendum omne autem lac igne spissatur: fri-
gore serescit: hoc est in serum abit ex Aristotele qui ait διορρουται. Alioquin uerbum Serescere. Poe-
tis quoq; pro serenum fieri siccariq; accipitur: Lucretio Virgilio cæteris.

Ex eodem. xli.

Coagulum inutile leporis ædi laudatum præcipue tamen dasypodis). Lego coagulum inuli: Le-
poris: Aedi laudatum & cætera: ex Aristotele: qui ex inulo maximecommẽdat. Plinius octauo libro.
Sũmis remediis pfertur inuli coagulum — Contra morsus inqt præcipuum remedium ex coagulo inuli in utero occisi. Alioquin leporis coagu-
lum nemo damnat. Plinius quoq; octauo & uigesimo uolumine. Sũmis inquit remediis præfert inuli
coagulum in matris utero exe[illegible]i: ut indicauimus. itẽ non multo post: leporis inquit coagulum & con-
tra uenena addit antidotis. Nicoon quoq; in libro de facultatibus αριστην την πιτυαν. φησι του νε-
βρου δευτεραν δε του λαγωου τριτην δε του εριφου. Ex capite. xlii.

Ceutrionicæ uatusicum). Vetus lectio Ceutronum terræ Natusicũ. De Ceutronibus libro tertio
Strabonis testimoniũ adhibui. Et infra. Auximatem ex umbria). Vetusti codices Aesinatem. Pli-
Auximates in picœno sunt — nius libro tertio Aesinates populos Vmbriæ cõmemorat: ut diximus: Aesin quoq; amnis & urbis no-
men in ea regiõe scimus auctore Ptolomæo & cæteris. hodieq; ita uulgo dicit. auximates in Piceno
sunt: non in Vmbria. Ex eodem. xlii.

Et caprarum gregibus sua laus est in recenti maxime: eam augente gratiã fumo: qualis in ipsa ur-
be conficitur cũctis præferendus). Magnæ contẽtionis causam hic locus dedit qbusdã legẽtibus nõ
De Epityro — Caprarũ sed Epityrum. nec in recenti: sed Agringenti: atq; ita sane oẽs manu scripti codices legũt: tã-
tum non Epityrũ sed capityrum: Nos de hoc in corollario nostro abunde multa diximus. De Epity-
ro Plautus in milite Si unũ Epityrum edam. De caseo Siculo iulius Pollux & Athenæus & alii pleriq;.
Nec hoc dico qa probem hoc loco Epityrum & Agrigenti: sed ut cõmonefaciam legentes. Alioqui
non casei sed cibi genus esse Varro tradit Epityrum: quo frequentius Sicilia q̃ italia inquit usa.

Ex capite.xliiii.

Thracio.n.studioso in caii cæsaris ludo notũ est dextrã fuisse proceriorem. Legẽdũ thraci nõ thracio. Gladiatores quosdã ita noĩatos scimus omnes Ausonius: Quis mirmilloni cõtenditur? æquimanus threx. Nã de Volcatio sedigito: cuius meminit hoc capite: & qui de poetis scripsit mẽtionẽ habet Gelius sexto libro. De Caio autẽ Oratio: cuius sedigitæ filiæ fuerunt: nondũ legi. Cæterũ uetusti codices habent Curiatii: Nihil muto.

Ausonii locus

Ex capite.xlv.

Cætera aĩalia in diuersum posterioribus articuli pedibus q̃ prioribus). Legendũ Articulos: subaudi Flectunt. itẽ de Lacertis. Humani pollicis modo). Vetus lectio nõ pollicis: sed poplitis. qđ & uerius. itẽ. Aues & quadrupedes alas in priora curuant). Siqs ita legat: Habebũt alas quadrupedes. ꝑinde scribendũ erat: Aues: ut quadrupedes & cætera.

Ex eodem.xlv.

Vari. uatiæ. uatiniiq; uitia). Legendũ: Vari Variæ Vatinii quæ uitia & in quadrupedibus hoc ẽ habent: Aristoteles auctor & uetusti codices. De seruilii Vatii uilla: in epistolis Seneca: Videntᷣ autem ii esse q pedes extrorsum tortos habent. Varro de canis forma: Pedibus inquit potius uaris q̃ uatiis. Sunt autẽ codices in quibus non Vatinii sed Vatieni legitur. quo nomine Narboniẽsis orator nobilis fuit: de quo & Hieronymus ĩ chronicis Eusebii. & Martialis: Docti pr̃ia Narbo Vatieni. itẽ. Est enĩ bisulcum discrimine exiguo: pessimus uestigio carnoso). Quidã locũ hunc ita uel non intelligunt: uel quod intelligunt explicare nesciunt: ut cõfundant omnia. Lego: Pes nõ Simus sed imus. sequitᷣ enĩ Vestigio carnoso. Aristoteles: in uestigio inqt carnosi pedes. Sunt & codices in qbus ita plane legitᷣ.

Vatii q̃ dicãtur

Ex capite.xlvi.

Nã sues ex utroq; genere existimantᷣ. ideo fœtus eaꝝ). Legẽdũ uidetᷣ: ideo fœdi eaꝝ: hoc est deformes Suilli Tali sunt: & ita codices uetusti habent & Aristoteles διο φησιν ου καλας ςραγαλον εςιν. Fœdũ inqt nonius cõsuctudine est deforme. Ridẽda uero ĩperitia quorundã: qui uerba quæ sequuntᷣ iungunt iis. Hominẽ qui existimarunt habere facile conuicti. legunt enĩ Omen non Hoĩem. ut sit sensus Suillos fœtus habere omen: existimasse quosdã. ꝑtedet meras ac pudẽdas nugas refellere. sed consulendũ fuit in cõmune. intellectus ergo uerboꝝ est: Facile cõuictos eẽ qui Talos habere hoĩem existimauerunt. negat enĩ Aristoteles in humano pede Talos esse.

Ridẽda quorũdã ĩperitia

Ex eodem.xlvi.

Talus aũt rectus est in articulo pedis uentre eminẽs concaua in uertebra aligatus). Legẽdũ Cõcauo: idest parte eius supina & caua nam id quod intus est græci Cola uocãt: hoc est Venerem. id aũt qđ foras spectat ischia: hoc est Canẽ. capita uero eius Ceræas: hoc est Antemnas: ut Theodoro placuit. de quo qđ sentiã: alio dicturus loco sum. non differendo statim qđ apud iulium pollucem legitᷣ: qui non Colon nec ischion in Talo: sed Coon & Chion uocari tradit: ut Cous iactus idẽ sit qui Senio: & Chius idẽ qui & canis. Alii tamen pauci ut idem auctor est: canem pro monade accipiunt: Chium uero pro Chiliade: qui numerus Cani sit aduersus.

Cous iactus idẽ est q Senio & chius idẽ q & canis

Ex capite.xlvii.

Linx sola utrinq; binos habet digitos). legẽdũ: iynx: ex Aristotele de partibus libro quarto: In iynce inqt una: utrinq; bini: causa ea q corpus habet minus q̃ ceteræ aues ꝑpensum in aduersum. Hanc nostri turbinẽ uocãt: infamem ueneficiis ad amorẽ. De qua pindarus & Theocritus. apud nos quoq; sunt aũt qui & Torquillam nominent.

Turbo & iynx

Ex eodem.xlvii.

Ocen & drepanin). lego nycterin & Drepanin: ex Aristotele primo de aĩalibus. nã & codices antiqui non Ocen: sed nectorẽ habẽt pro nycterin. Est aũt nycteris uespertilio tã minutis pedibus ut carere uideatur.

Ex capite.L.de Caudis.

Nudæ hircis & apris setosæ ut equis). Vetus lectio Nudæ Hirtis ut Apris: paruæ uillosis ut ursis: præ longis Setosæ ut equis.

Ex capite.li.de Cicada.

Duabus sub pectore cauis). scribendũ puto: aut duabus caueis: aut duobus cauis. etiã si uetus lectio habet Cannis: hoc est quasi fistulis. itẽ. Et is qui caper uocatur). Codices antiqui Aper: non Caper. itẽ Aristoteles καπροσ. quæ uox non Caprum sed aprũ nobis significat. sequitᷣ enĩ Grunnitũ habet: quæ uox Aproꝝ suumq; ꝓpria est. Accedit q ĩ Eurota quoq; fluuio Laconicæ piscis Orthragoriscus uocalis est: ut trigesimosecũdo libro dicitᷣ. Est aũt Orthragoriscus idẽ qui & porcus: Athenæo teste. itẽ. Mira præterea sunt de uoce magna digna dictu). Verbũ Magna superfluit in uetustis exemplaribus.

Piscis uocalis

Ex capite.lii.

Vespæ serpentes auide uescuntur). Codices antiqui legunt uespere.

Ex capite.liii.

Quin & suibus serpentes in pabulo sunt). Quanquã non ignoro dissidere Serpẽtes & Sues auctore Plinio: tamen uetus lectio non habet Suibus: sed & his: ad hunc modum: Quin & his serpentes in pabulo sunt: quasi ad Psyllos referre oporteat. de quibus superiora statim uerba dixit: Hominum inquit genera qui uenena serpentium suctu e corporibus exigerent. Quid autem si non Suibus: sed quibus: legatur? ad hunc sensum: Quin diximus & quibus serpẽtes in pabulo sunt: ut de Ophiophagis intelligas: qui ut Põponius & sexto libro Plinius affirmant: serpentibus uescuntᷣ: unde nomen. Quia tamen pars hæc ex Theophrasto sumitur libro eius quinto de stirpium causis: fere adducor ut ita scri-

Psylli

bendum putem.Quin & ceruis serpentes in pabulo sunt:& aliis uenenum est. Teophrastus ελαφοι
τουσ εχεισ εσθιουσιν υφων τα αλλαθρησκουσι.Ceruis inqt serpentes in paulo sunt:a qbus interi
munt alia & paulo post de serpentibus scorpionū ictu pereuntibus.quod ipsum Plinius quoq; hoc lo
co exequitur.itē. Alia alios appetunt odores scarabei rosam.(Codices antiq non habent uerbum
alia:sed iungunt uerba hæc cum supiore cæso adhunc modū:Vultures unguento q fugantur:alios ap
petunt odores.Sed quod seqtur:Scarabei rosam:scribendū Rosa:hoc est fugantur.Theophrastus li
bro sexto de causis οι γυπεσ αμαι ρουνται υπο των μυρων και οι κανθαροι υποτων ροδων.hoc ē

Scarabei rosa fugantur

Vultures unguento Scarabei rosa necant. Item. Inimicæ oculis maxime aut dentibus). Antiqua
lectio:inimicæ oculis.maxime autem dentibus. Ex capite.liiii.

Vt butyrū ut titipacæ).Legēdū nō Titipace:sed uel Hippace uel Hippice. De Hippace Hippocra
tes inuētum scribit Scytharum Hippacem ex equino lacte:in ligna inqt caua infundūt id deinde ob
turbant:Innatantē spumam Butyrum uocant:id quod sidit Hippacen: id quod in medio subsistit: se
rum.De Hippice uero Plinius uigesimo quinto libro.Scythicam inqt herbam in ore habentes famē
sitimq; non sentiunt.idē inquit præstat & Hippice dicta q; in equis quoq; eundem effectum habeat.
Tradūtq; iis duabus herbis Scythas etiā in duodenos dies durare:siti famæq;.Meminit huius & apud
græcos Theophrastus:Equestris a Theodoro dicitur.Itē. Aridis ac siti).Vetus lectio Aridis frigi
disq; ac siti.itē. Minuiq; quod graue quod libet modo utilius). Legendum uidetur Minuiq; quod
grauat quolibet modo utilius. Finis Vndecimi Libri.

Innatās spuma Butyrū uocat

Scythicæ herbe uirtus

Castigationes Plinianæ eiusdem Hermolai Barbari ex libro.xii.

Ex Prologo.

Vo magis ac magis admireris).Vetus ois lectio non Admireris: sed admirari subit.

Ex capite.i.

q

Simplici rura).Scribendū Simplicia.itē. Oleiq; ac uini præmissa). Legendū Pro
missa.itē. Dionysius prior siciliæ tyrrannus regiā in urbē transtulit eas). Dic Re
gium urbem ut arbitror ex Theophrasto qui ait εν τωρηγο.ut scribendū sit ρηγιω
quæ ad traiectū fere posita est in italia.item. Haud alias fuisse in italia ac nominati hispania apud
auctores inuenitur).Codices nonnulli habēt:& alias in italia.quod & magis cum sensu congruit. itē.
Romanorū arboribus instar).Legēdum Ramis arborum instar:item. Lætioremq; marmorū
nitore picturæ uarietate lacunariū auro cubuisse in eadem).Legendū est Letiorem q̄: ut sit & hone
stior oratio:& sensus illustrior.itē. Laxeq; ramorum trabibus):Scribe Laxis:nō Laxe.itē. Epu
lanti.& paulo post.Capacem triclinio).Legēdū est Epulanti & capace triclinio.alias sensus uitiabit.

Ex capite.vi.

Maior alia pomo & suauitate excellentior quo sapientiores indorum uiuūt folium alas auiū imi
tatur longitudine trium cubitorum latitudine duum fructū e cortice mittit admirabilem. succi dul
cedine ut uno quaternos satiet).Theophrastus non unam sed duas facit arbores:quarum altera gym
nosophistæ indorum uescantur:altera pennas auium folio repræsentet iis uerbis εστι δε και ετερον
δενδρον και τω μεγεθει μεγα και ηδυκαρπον θαυμαστον και μεγαλοκαρπον και χρωνται τρο
φητων ι νδων οι σοφοι και μη αμπεχομενοι ετερον δε ου το φυλλον την μεν μορφην προ μηκεσ
τοισ των στρουθων πτεροισ ομοιον ο παρατιθεν ται παρατα κρανη. μηκοσ δε ωσ δι πηχυαι
ον.illud notauerim:quas Theophrastus στρουθων alas uocat:Plinium alas auium cōuertere.Verbum
στρουθοσ non modo Passerē aut Struthionem significat sed & aues alias:quod & nos quādoq; sequi
mur:ut Cicero cum dixit omnibus passeribus insitam a natura uoluptatem.hodieq; aues ipsas in cō
mune passeres uocant Hispaniarū uernaculi. Ex eodem.vi.

Struchion

Arbori nomen palæ).Legitur apud græcos in historia quæ uocatur indica: non Palum sed Talā
appellari:hanc:cuius fructu e cortice uescantur:& lanugine in summis iis nascente uestiātur indi. Sed
fieri potest castigatiorem esse lectionem latinā q̄ græcam.item. Dixerat alexander).Legēdū edi
xerat:hoc est ut Theophrastus inqt απεκηρυξεν. Ex eodem.vi.

Similis Calice bombicino rhodo serunt eam in campis).Legendū est ex Theophrasto.Similis ca
lice pomi Cynorhodo.serunt eam in cāpis.Tota inquit planta Cynorhodo similis.Sed & uetusti co
dices Cynorhodo habent:non Rhodo. Ex capite.vii.

Cynorhodos

Quales in passiolis).Legendū Quales in Phasiolis:item. Amaritudo grano eadem quæ piperi
Myrteo).Exemplaria uetusta Musteo non Myrteo.Est autem Musteū idem quod & recens : quem
sensum confirmant sequentia:Deest inquit tosta illa maturitas & reliqua.item. Medicamentū fit
quod uocatur lycione).Legendum Lycion:de quo multa Dioscorides.item. Absynthium aptissi
mum medicinæ quod est spumosum Legendum est Lycium:non Absynthium:ex eodem.

Ex capite.viii.

Ibi frutex pestilens rhaphani folio lauri odore:equos inuitante). Legendũ est ut alius sit sensus q̃
quem uerba præferunt.nõ enim Rhaphani folio sed Laurino describitur a Theophrasto:Rhaphani
uero magnitudine:Interpungenda ergo uerba sunt hoc modo:Frutex pestilẽs Rhaphani:folio Lauri:
odore equos inuitante. Ex capite.ix.

Alii brochon appellant).Dioscorides Blochon.itẽ. Maldacon).Dioscorides Madalcon.item.
Adrobalum Dioscorides Adrobolum. Ex capite.xi.

Arbores uocãt gossampinos fertiliores etiam tylo uero minores quæ distãt.x. passibus). Vetusti
codices omnino melius:arbores uocãt Gossampinos fertiliores etiam. Tylo in minore quæ distat.x.
passuum.Duas enim Tylos in eodem sinu Persico haberi testis est Plinius hoc ipso capite ubi dicit: In
Tylis autem & alia arbor floret Violæ albe specie.Ac ne quis putet in uerbo Tylis errorem esse:theo
phrastum adeat qui de hac ipsa Viola in Tylo insula cõmemorat.accedunt & uerba Plinii sexto libro
duas Tylos innuẽtia:Ex aduerso inquit Tylos insula totidem milibus a littoræ plurima margaritis & Tyios insula
celleberrima cum oppido eiusdem nominis.iuxtaq; altera minor a promõtorio eius .xxii.M.d.passi
bus.Itaq; aut hic scribendum erat:quæ distat.xxii.M.d.pass.Aut ibi .x.M.

Ex capite.xii.

Alii aliphum).Lege:alii phu:ex discoride Galẽo Plinioq; uigesimoprimo libro.item. Quãma
xime alteratur).Legendum Qua maxime adulteratur:hoc est ut inquit Dioscorides δολίζεται: Nã
uerbum Alterare:in oratorũ usu nõ est. philosophis ægre cõceditur:extraq̃ pro eo quod est alterno
ut in Metamorphosi Ouidius:alterat undas. Ex capite.xiii. Locus apud Ouidium

Simile acinosum).Legendum Semen accinosum:ex Dioscoride. Ex capite.xiiii.

Attingunt & miniei pagus alius).Scribendũ est Minæi:Strabo Plinius & cæteri:ut ĩ Myrrha pau
lo post docebimus. Ex capite.xv.

Græci strigoniam).Dioscorides Stagoniam.& antiqui codices:a stillando dictũ:hoc est ἀπὸ τοῦ
σταζειν.item. Minorem autem orobiam).Dioscorides Arabiã.idem antiqui codices:item. Mi
cas concussu elisas mammã uocamus).Legendũ Mãna:ex dioscoride Galeno paulo cæteris.

Ex eodem.xv.

Gebannitarum caput thoma).Lege Tomna siue Tamna.Plinius libro sexto:Gebãnitæ inquit plu Gebannitæ
ribus oppidis sed maxime Nagia & Tomna.Strabo Catabanitas & Catabanes eos uidetur appellasse
quod & Plinius aliubi secutus est libro quinto:ut in circuitu arabiæ disserui.Sed cum Strabo ĩ cataba
nitis tus gigni prodat:sterilẽ uero Plinius eam partẽ scribat arabiæ libro q̃nto:quid respõdebimus?
Nempe fieri potest ut Strabo in ea nasci dixerit:quoniam per eos transire oporteat:qui ad nostrũ lit
tus afferunt tura.Quæ diuersitas auctorum multis locis accidit Quod autem Catabanes siue Cataba
nitæ iidem sint qui & Gebãnitæ:collatio uerborũ Strabonis cum iis quæ Plinius & hac parte scribit
& libro sexto prodidit:euidenter indicauerit. Strabo κατὰ βαρεις κατατα ςεμα και την διαβασιν
του αραβιου κολπου.ων το βασιλειον τάμνα καλειται. Ex capite.xvi.

Corticem lenem).Legendum Læuem:hoc est λεῖον ex Theophrasto & uetustis exemplaribus.

Ex capite.xvii.

Erythræa sequens & in aqua stactea & atramitica).Legendum puto:Erythræa sequens & Minæa
in qua Stactea & Atramitia:Nam & Dioscorides & uetus lectio:Minæam hoc loco nominat.Stacteã
Erythræamq; non nominat.Sunt autem Minæi Plinio fœlicis arabiæ populi:atramitis inquit medi Minæi qui
terraneo iunguntur Minæi:mare acolũt. Strabo κατοικουσι δε μειναιοι εν τω προσ ερυθραν μερει
Vnde potuit accidere ut Minæa myrrha eadã eẽt quæ & Erythræa.idem Strabo Myrrhã in Chatra
motitis nascentem a mercatoribus in Minæos peti scribt:unde nomẽ generi.Auseritis quoq; ab op
pido eiusdem Arabiæ uocatur auctore Ptolomæo ac Plinio.

Ex eodem.xvii.

Stacteæ uero a.vi.ad.l.)Lego Stactæ.Nam Stactea syluestris est una e quatuor sub Erythræa posi
tis.Plinius supra.Stacten ĩquit cui nulla præfert:post hanc Satiua.item. Statiuæ). Legendũ est aut Stactæ
Satiuæ:aut æstiuæ.Plinius paulo ante:post Stactẽ satiua & ĩ syluestri quoq; melior Aestiua.itẽ. Seæ
uero quã odorariã uocãt).Quidam legunt Sextæ:quam & durisitin dici Plinius testatur.Romani co
dices non Sextæ nec Seæ:sed Eius habent.Cæterũ de Odoraria nõ est prius facta mẽtio.sed de sexta.

Ex capite.xviii.

Carduũ similem alo seminis plenũ:lacryma quæ erumpit).Legẽdũ nõ alo:sed Malo nec lacryma
quæ:sed lacrymaq;:ut sit cõiunctio.Hãc herbã Plinius.xxi.libro Helxinem uocat.ixinẽ potius ut arbi
tror dicẽdã:Helxinem inquit radice foliosa eẽ ex qua media ueluti malũ extuberet:cuius uertex sum
mus lacrymã cõtineat iocũdi saporis Acãticen Masticen appellatã. Ex eodem.xviii.

Adulteraĩ ut thura resina). Dioscorides Adulteraĩ Thure & Resina.itẽ de Ladano. Hederæ flo
re deroso).Sunt qui Pliniũ accusent q; Hederã uocet herbã unde fiat Ladanũ:q; ea dioscoridi Galeno
cæteris nõ Cissos quæ uox Hederã significat:sed Cisthos dicaĩ.Sed cũ paulus Aeginita Cisthon hãc

etiam uocet Hederam quandoq;:reprehendi Plinium temere uideo:Nam & Dioscorides herbã hãc
unde ladanum conficitur Cissaron a quibusdam uocari tradit:hoc est Hederulam.

Hederula

Ex eodem.xviii.

Accensum fulgure).Legendũ est fulgere:ut sit uerbũ.item. Myrrata deprehendunt̃). Legẽdũ
Myrtata ex præcedentibus: Adulterat̃ inquit Myrti baccis.item. Nascit̃ ultra phasim tigrimq; in
finibus opimis scytræ).Vetusti codices:Nascitur ultra Pasitigrin ĩ finibus oppidi Sittacæ.Alioqn ni
hil est cõmune Phasidi & Tigri.Pasitigris uero tigris est non omni loco ita dictus:sed ubi a septẽtriõe
in quẽ se uexerat:reciprocare incipit:auctor Plinius & cæteri.haud procul oppidum est Sittace:a quo
Sittacena regio iisdem auctoribus & Hecatæo.Qualis autẽ sit Sãchrus ibi mons nõ cõperi.Ptolomæ
us Strabo Plinius ex Armenia ĩter Adiabenos Medosq; uenit zagrus mons: Adiabenis uero Sittace
na statim iungitur.Strabo quoq; Sittacenen zagro monti confinẽ significat iis uerbis τη απολλω
νιατιδι ην σιττακηνην εκαλουν οι παλαιοι και τω ζαγρω:σαβατικη κειται. Ex eodẽ.xviii.

His cõmerciis charracem oppidum aperuere).Codices antiqui habent Carra nõ Charracẽ.Sunt
autẽ Carræ nõ solũ in Mesopotamia Crassi clade nobiles. Sed in ipso quoq; Rubri maris littore au
ctor Stephanus & Mela quoq; Pomponius.Scio & Characem uocari oppidũ de quo paulo post Plini
us hoc loco Characem inquit peti cæptum & regna Parthorum: unde characeni populi:ut sit sensus
Arabes oppidum carras ad Rubrum mare nundinarium fecisse:unde cõmercia in Aegyptũ & Syriã
cuius oppidum est Gabba:conueherent̃. Secutis uero tẽporibus nõ in Syriam sed in Parthiã atq; Per
sidẽ cõferri cæpta nundinis ad oppidũ characem in sinu Persico sitũ ĩter confluẽtes Tigrim & Eulæũ
amnes auctore Plinio Ptolomæo cæteris:de quo & libro sexto dixi.Aut certe ad alterũ characẽ ĩ Par
thia:cuius mentionẽ Ptolomæus facit: Confer huc quæ statim sequunt̃: Mihi & ad Persas ĩquit prius
ĩsta portasse quæ in Syriã & Aegyptũ uident̃. Hæc tamen haud penitus affirmo:sed ansam diligẽtio
ribus etiam ad taxandum præbeo. Ex capite.xix.

Carræ ubi & qũo nobiles

Nundinariũ

Beatum illa fecit hominem etiam in morte luxuria).Vetus lectio nõ Hominẽ:sed Hominũ unde
coniecturam capio scribendum fuisse hoc modo:Beatam illam fecit hominum etiã in morte luxuria
quẽ sensum præcedentia & sequentia confirmant. Ex capite.xx.

Certissima tamen existimatione si sit scabrum).Dioscorides:Certissima tamen æstimatio ne sit sca
brum.itẽ. Gustuue q̃ maxime feruens potius lento: leniter mordens).Vetusti codices nõ potius lẽ
to:sed potius q̃ lento. Ex capite.xxi.

Isocynamon cognominatam).Vetus lectio Mesocynamon:quasi cum Cynamomo Casiaq; nascẽ
tem ac medium quid inter ea. Ex capite.xxii.

Mesocynamon

Arbori heliotropio). Legendum est arboris. Ex capite.xxiii.

In qua uincit omnis a nostro mari centum stadiis).Legendum est cẽtem.L.stadiis:ex antiquis exẽ
plaribus & Theophrasto. Ex eodem.xxiii.

Et quia solo se potius q̃ qui rhaphani modo frangitur).Legendũ:& qui assulose potius q̃ qui Rha
phani modo frangitur.Est enim Assula id quod græce σκιρδάλμος uocatur a Dioscoride ĩ hac de
scriptione calami:unde Assulatim idem fere quod Minutatim Plautus ĩ Captiuis & Menæchmis.Po
test & Hastulose legi ab Hastula. Ex capite.xxiiii.

Resinæ modo ut gummi).Legendũ Resinæ modo aut Gummi.item. Genera eius duo trastõ).
Legendum thranston:a frangendo:nam & Dioscorides thrausma.itẽ. Pyrama appellant). Legẽ
dũ Phyrama:ex Dioscoride:q̃q̃ genus hoc ipse nõ Resinosum aut pingue:sed terrosum lapidosumq;
describit.itẽ. Spagnos).Dioscorides Splagnon.Plinius quoq; li.xxiiii.Sphagnon uocat.sed Spha
gnos proprie Aspalatum est. Ex eodem.xxiiii.

Alii ibrion).Lege Eryon:ex Dioscoride:ac Plinio quoq; ipso aliubi.Hoc nostri Muscũ uocant: uti
quadã epistola Hyeronymus.Quod uerbũ ĩperiti quidã pro eo genere quod uulgo Muscus dicit̃ ac
cipiunt:cum illud nec ueteres nouissent:& Moscos non Muscus dicatur:ut in Corollario monstrabi
mus. Ex capite.xxv.

Moscos

Ciperus in ægypto).Legendũ Cypros:idest ligustrũ ex Dioscoride ac Plinio sæpissime.nã Cypus
aliud genus est.itẽ. Semine coriãdri candido). Legẽdum Semine Coriandri flore candido:ex Dio
scoride:nam semen ei nigrũ est.itẽ. Præmiturq; postea quod ciperus uocat̃).Legendũ Cypros:ex
antiquis codicibus.Etenim unguentum ipsum a Theophrasto quoq; Cypros dicit̃ in tractatu de odo
ribus.item. Aspalatros).Legendum aspalatos. Ex capite.xxvi.

Folium proximum tuberi).Dioscorides:Folium proximũ Rutæ.Exemplaria quoq; antiqua non
Tuberi:sed rubet:habent:ceu corrupta lectione pro eo quod est Rutæ.item. Quod uocãt antheri
ceũ).Dioscorides Theriston:siue ut antiqui habẽt codices Eutheriston:a metẽdi facilitate.itẽ. Hoc
stracum appellant).Dioscorides & uetus lectio hoc Trachy appellant:hoc est scabrũ asperũq;.item.
Tertium eumetes).Legendum Eumeces: quia est inquit cæteris procerius.item. Nouissima an
thericio).Legendum ut supra Eutheristo. Ex eodem.xxvi.

Trachy quid

Ex hoc buxosum est optimum quod est odoratissimū Mordens). Adiiciēdum ante uerbum mordens:Ex semine autem maximum & pōderosissimum.atq; ita & codices antiqui & Dioscorides.itē. Cano sit obductus).Dioscorides:Cano situ obductus:hoc est ψαφαρος.item. Dat & galbanū syria in eodem amano monte & ferulam).Legendum est E ferul a:Dioscorides.

Galbanum syria

Ex capite .xxvii.

Nascentem & in ipso fine archadiæ circaq; erim anti fontes).Quidā legunt:in ipso phineo Arcadiæ circaq; Erimanthi fontes.Et.n.Pheneū in arcadia est oppidū & Pheneus & Erimanthus amnes ī alpheū defluunt:Sunt qui nō in ipso fine arcadiæ.sed in psophide legāt:quando qdē auctores græci habent qui hoc scribant.Dioscorides nō in psophide:sed in phocide Arcadiæ corrupte lectione ut arbitror.Verbum autem. Muscariū).Paulo īferius:umbellā comāq; ipsam uidetur significare Plinio: quoniā Dioscorides quoq; appellet σκιαδιον.Martialis Flabrum ipsum quo uentus muscis abigendis sit:Muscarium Pauonium Bubulumq; nominat.

Erimanthus

Ex eodem.xxvii.

Foliis quaternis mox senis).Scribendū Foliis primo quaternis mox senis.itē. Foliū autē ipsum in libras sexaginta).Legendū uidet Oleū:non Foliū.

Muscarium pauonium Bubulumq;

Ex capite .xxix.

Eodem & irion pertinet).Legendum Bryon ex Dioscoride ut prædixi.item. Secūda ī lycia cedro).Quidam legunt:in Lyciæ cedro:quasi montis nomen aut loci sit Cedrus.Sed legendum:in Lycia Cedro.Est enim duplex Cedri genus Theophrasto & Plinio: Lyciū & Phœnicium : apud Strabonem quoq; de Cedro Lycia mentionē inuenias.item. Quod nos albietem Alii.palmam).Legēdū Quod nos Abietem Palmam Etenim græci Elaten phœnica appellant hanc: itē In syria gignit & cinamum quod comacum appellant).Vetus lectio non Comacon:sed Caryopon:quæ uox nucis succum significat.nam sequitur.Hic est inquit succus nuci expressus.

Duplex cedri genus

Caryopus

Castigationes Plinianæ Eiusdem Hermolai Barbari ex libro.xiii.

Ex capite Primo.

h Aec stagmata uocant).Legendū Stymmata:non Stagmata.Est autem Stymma spissamentū & domitura unguēti ut inquit Dioscorides.Spissamentū & Columella nominat. Habēt & codices antiqui Stymmata.itē. Samio). Legendū Sesamino:ex sequētibus Theophrastoq;.itē. Calamo mello cynamomo).Legendū Melle:non Mello item. Croco myrrha).Vetus lectio post uerbū Myrrha:habet etiam Aspalato.itē. Si non addatur sellaminum oleū).Lego sesaminum.de cuius uirtute in unguentis eleganter ī libello suo Theophrastus.

Stymma qd

Ex eodem .i.

Telinum fit ex oleo recenti cypro calamo melliloto).Legendū est Cypero:nō Cypro:ex Dioscoride.item. Fenogræco:melle mello oraro amaraco).Legendum arbitror ex collatione ueterū librorum:Fenogræco Melle Maro Amaraco.Quid sit Marū Dioscorides & Plinius docebūt. Meminit in unguentis & Theophrastus τοδε μάρον και το χρωμα το εσ το αμάρακινον θερμαντικα. Quid autem sit & Chroma diximus in Corollario De amaracino illud in transitu notauerim penultima breui esse.Lucretius:Sicut amaracini blandum Stacteq; liquorē.item. Herbarii inutraq; pauca iis & alia aliis miscent).Scribendum puto Herbarii in utraq; pauca.sed alia alii miscent .ut sit sensus:pauca omnino esse quæ misceant illis:non tamen eadem.sed alia ab aliis.

Ex eodem.i.

Anguifoliam).Corruptum nomen est anguifolia.Quidā agrifolium.nonnulli Aquifoliā :utrūq; falsum.Etenim Agrifoliū uox est paꝝ latina:nihil habens cum odoribus cōmune:quemadmodū nec Aquifolia.Non desunt qui legant Agni folia.hoc est Viticis:quia & odoratum esse Viticem cōstet & capitis & dolores dissoluere.Vetusti codices ambusti sunt hac parte:non Agrifoliam: sed ac in poliā panacen scribentes:ut forsitam legamus:ac Peliam panacē:hoc est Macedonicā.Dioscorides : panax inquit Chironium Pelio monte laudatissimum.Quid si Acnon:polium: Panacen:ut tria sint uerba?

Ex capite.iiii.

Chamærepes).Theophrastus Chameriphes:item. Osseum limatuq; dente cōtra fascinantes religione politum).Vetusti codices Lunatum non limatum:ut sit sensus:Osseum quibusdam & lunari modo curuum esse nucleum:qui religione quadam politus dente cōtra fascinantes pollere credat. Cur autē lunatū præcipue in hūc usum poliri dente placeat:supstitionis est:nō eruditionis quærere: Alioquin amatoribus præesse lunam testis est.plutarchus.

Ex eodem.iiii.

Babylone natæ uno in horto bagoo).legendum Bagoi.Theophrastus auctor: βαγωου ījquit του παλαιου Apud Ouidium quoq; in Corynna Spadonis est nomen Bagous:in Aeliano Artaxerxen Ochum cognomine ab Eunucho Bagoo homine Aegyptio per insidias interfectum legimus:item. Scandalidum).lege Sandalidum:a Sandalo:quod est indumentum pedis.

Bagous

Ex eodem. iiii.

Sandalū qui

Quinq; earum:nec plurimas). Scribendum Nec plures:item. Tertium ex iis genus patet).Scri

bendum Pateton.ita enim græci uocant Calcatis ſimiles palmulas απoτου πατειμ.item Cæcas uocant).legendum Cycas ex Theophraſto:

Ex capite.v.

Duo eius genera.lyria & phœnicia).legẽdum lycia & phœnicia:ex Theophraſto & Plinio aliubi.

Ex capite.vii.

Certoq; eam fugit alienus humor qui alium omnem rigat).legendum ex Theophraſto:Certoq; eam ſuggit alienus humor:qui aluum omnẽ rigat.quod & Solinus teſtatur:item. Magnitudo ſorbi ſimilis).Verbum Similis:cum capite ſequenti iungitur.ut legas.Similis his ſiliqua.

Sorbum

Ex capite.ix.

Et quamuis blandiatur prædulcis ſuauitas nõ innocuum).Theophraſtus legit innocuum·ουδεμ inquit ερογχλει.item. At e diuerſo cinus).Legendum: At e diuerſo cuci:ex Theophraſto & antiqs exemplaribus.

Ex eodem .ix.

Ex quo uellares detornant anulos).Quidam legunt non Vellares:ſed Verſicolores:ex Throphraſto κρικουσ inquit τουσ Sρωματεισ τουσ διαποικιλουσ.ipſe ſtragula in eo uerbo uerſicoloria nõ anulos intelligo.nam & ſtragula picta dicebanť:ut eſt apud Tibullum:& Plumarium opus hic ortum fortaſſe habuerit.quod Græci Polymytarium appellant: a Liciorum multiplici uarietate:quandoquidem Hieronymus Plumarios & Polymytarios artifices pro eodem fere poſuit. Cato de liberis educandis:Etenim nulla inquit quæ non didicit pingere poteſt bene iudicare quid ſit bene pictum plumario aut textore in puluinaribus plagis. Nonius plumarium inquit a plumãdo flectiť.in plauto Plumatile.Marcellus aut Clauatũ interpretatur:aut ex pluma factum.Plagæ uero grandia ſunt lintea & lecticariæ modo uocatæ ſindones.Varro de uita patrum:Clamydes plagæ uela:Hæc adſcripſi ut tria hæc Velum & Plagas & Stragula:inter ſe germana eſſe notarentur.ipſa quoq; uela etiam Velaria uocari docet Papinius:iam uelaria lintea pluebat.Flauius Vopiſcus:Laneas inquit tunicas purpura micãtes & plumãdi difficultate pnobiles.itaq; Velares a uelis Plagiſq; dictos puto: quas idẽ Hieronymus & noſtrum uulgus etiam Cortinas uocat.Porro Cortina proprie uas eſt in quo uellera tingi ſelẽt: auctor Plinius.Pollux quoq; Sρωματεισ ποικιλουσ fieri ſolitos demonſtrat pictos & beluatos:ideſt colorum & animalium inſcriptorum uarietate ſpectabiles.Homerus quoq; duo Stragulorum genera ſignificat.Purum.hoc eſt candidum atq; frugi:quo in parte lecti condita inferioreq; utebantur.Pictum & præcioſis coloribus tinctum quo in ſuperficie per ambitum:ut illo uerſu:ρηγεα καλαπορφηρεα. Fuerunt & qui opera ſua Stromnas ab hac uarietate in ſcripſerint.

Plumarium opus Polymytarium

Locus apud papinium in ſyluis

Ex eodẽ.ix.

Nec minus ſyria ſpina celebratur in eadem gente).Codices uetuſti non habẽt uerbum Syria: nec Theophraſtus quippe quæ ĩ Aegipto proueniat:& Aegyptia non Syria ſpina ubiq; nomineť & hoc uolumine a Plinio & alibi.item. Et quercus & perſica oliua).Legendum eſt Et Quercus & perſica & Oliua:ex Theophraſto

Ex capite.xi.

Mox & priuata linteis confici cæpta aut ceris).Codices antiqui habent Schedis:nõ Ceris.nec diſplicet:ut Scheda ſit tabella ſiue pagella Philyracea:hoc eſt Tiliacea:qua pro chartis priſcos uti ſolitos Euſtathius & eo prior Aelianus aſſerunt.οιμεμ αρχαιοι φησι ξυλοισ και φλοιοισ και φιλλυριμοισ πιμασι προσ γραφημ εκεχρηντο. Meminit & Tertullianus & Vulpianus & Marcianus Capella: hodieq; Græcum uulgus Schedas uocat tabulas eas: quibus ſupputatores numeris ſcribendis utuntur:ut mox litu ſpongiæ leuiter aboleri poſſint. Schedulas Quintilianus & cæteri perq̃plures pro libris monumentiſq; litterarum capiunt. Scheda & in papyro intelligitur a Plinio. Schedia porro apud Græcos ſunt:quæ nos Extemporalia uocamus.Vtitur eo uerbo & lucillius. uſurpat & Appuleius in deo Socratis:in iſto ait ſchedico & incondito experimini an idem ſim repentinus qui præparatus.Martialis:Nec ſumma potes in ſcheda teneri.Prætereundum nõ eſt quod apud eundẽ Aelianũ legi:Pergamenas ab Attalo nõ ab Eumene:ut Plinio uideť:inuentas fuiſſe:æmulationeq; ĩter ipm & Ptolomæũ Aegypti Regem ortam a grammaticis duobus Ariſtarcho & Cratete.

Scheda

Schedia extẽporilia dicuntur

Ex eodem.xi.

Cum in ſebenniſtico ſaltẽ eius nominis charta naſcatur).Legẽdũ eſt Sebennytico:ita enim hoſtiũ Nili quoddam uocari conſtat:auctoribus Plinio Strabone cæteris: a Sabennyto urbe:ubi & palus & amnis ſunt cognomines:unde præfectura quoq; Sebennytica.item. Quãlatiſſimas filuras).Legẽdũ aut Philyras:aut certe Philuras:ex latina loquendi conſuetudine:hoc eſt Pagellas ad tiliæ ſimilitudinem confectas:ut paulo ante docui.

Ex capite.xii.

Teneotica a uicino loco).Scribẽdum quidam renť Tanitica:ꝙ Tanis in Agypto ſit urbs unde Tanitis nomos:Plinio Straboni cæteris.ipſe Tæneoticam defendo per.æ.diphthongum:a loco qui propter anguſtam lõgitudinẽ Tænia uocatur:unde Tænioticum quoq; uinum celebrant Athenæus καλλιομ του μαρεωτου οι μου ο ταιμιωτι κοσ ταιμιαδε ζιμ επιμικησ περι τουσ αυτουσ τοπουσ.itẽ. Amphoretica).Legendum Emporetica quia ſit inquit a mercatoribus cognominata:ex uetuſtis Romaniſq; codicibus.Quid autem Segeſtria ſint: de quibus ſtatim: Varronem adi.item. Inter ſe pagellæ iunguntur).Quidam legunt Plagellæ.De plagella Nonius & Liuius. Vetuſti quoq; codi

Emporetica

ces Plagulas non plagellas habent.item. Igitur & secundo corio stamina facta sunt e primo subte-
gemine).Codices antiqui Statumina habent:non Stamina.Est autem Vitruuio Statumen quicqd ꝑ Statumen
strato adiicitur. Non tamen ut propterea Statumen legi patiar:ut quibusdam ætate nostra placuit
Apud Columellam Statumina sunt etiã pali & pedamenta uinearũ.Omnino quicquid pro munimẽ
to accedit Statumen dici potest:quasi armamentum:quo res stare possit.Ipsa quoqȝ pedamenta uitiũ Armamẽta q̃
ob hoc armamenta quandoqȝ nominantur.item. Fungio papyri bubulo).Vetusta exemplaria ha
bent iunco papyri bubulo:itẽ. Molli panis frumentacei).Vetus lectio non Frumentacei.sed Fer- Formentus panis
mentati.

Ex capite.xiii.

Circiter in media arca uinctum candelis).Quidam falso Catellis.Codices aliquot antiqui non in
media arca uinctum:sed in medio arcte uinctum habent. Liuius in belli Macedonici decimo uolumi-
ne tradit non Gn.Terentiũ:sed.L.Pœtilium scribam eum uocatum:in cuius agro inuenti sint Numæ
commentarii:item in altera inquit arca duo fasces candelis inuoluti septenos habuere libros.Sed La-
ctantius quoqȝ tam Scribã in cuius agro inuentæ sunt arcæ:q̃ Prætorem urbanum Pœtilios uocatos
refert.illud quoqȝ monendi sumus Pœtelios nõ petilios in ueteribus monumẽtis scribi cõsueuisse:cu
iusmodi hodie in circo Flaminio conspicit̃:erosum æuo multis locis.in eo uerba hæc leguntur.L.pœ
telius.M.F.M.N.libo.& paulo infra.C.Pœtelius.C.F.C.N.libo uisolus.in eadem tabella nominant̃
& alii pleriqȝ:quorum Liuius sine sexti ac septimi principio mentionem habet: ubi Publium ꝑ Pobli
lio:& politicum pro petico mendose scriptum primus animaduertit Pomponius Lætus. Pomponius Lætus

Ex capite.xv.

Quibus plurima arbor cedri).Quidam legunt Citri.fereqȝ id omnes probamus.Et codices quoqȝ
antiqui non Cedrum sed Citrum habent:cum hic:tum in descriptiõe orbis libro quarto. Dion certe
Cedrinas mensas in Neronis uita nominat:quas nos Citrinas.sed hoc in Corollario nostro latissime
prosecuti sumus.item. Præcipua dos in uena crispis uel in uertice paruis). Legendũ quidam putãt
Peruiis non Paruis:aut certe Variis:quoniam Panthernæ inquit dicantur.Pantheras autẽ non modo
uarias esse constat:sed & uocari quoqȝ nouimus:ut cũ centũ uarias populo in ludis quenq̃ dedisse legi
mus.

Ex eodem.xv.

Hic maxime muli placet).Codices antiqui habent Mulsi non Muli.& infra. Ex quibusdam ma
xime obnoxias fecere æstus uentiqȝ rimæ).Legendũ non Quibusdã:sed Quibus:hoc est rimis: ut sit
sensus Rimas etiam placere:quibus uenti æstuiqȝ obnoxias fecere mensas.

Ex capite.xvii.

Baccasqȝ contusas.cum siliqua ad cibos doliis condi).Vetus lectio non cum Siliqua: sed cum aqua. Aliqua quæ
ipse cum Alica:quoniam Polybius μετα χορδρου dicat:quæ uox Alicã significat.Athenæus de hoc
ipso disserens Chondrum in Polybio non pro Alica:sed pro ipsa Cartilagine baccarum siue nucleo Granũ thuris
accipiendum putauit.Hippocrates quoqȝ granum thuris quod græce Chondros dicitur:Pyrena hoc qũo græce
est nucleum quandoqȝ appellat.Errauerit hac parte Plinius an Athenæus:malo iudicum alienũ sit q̃
meum

Ex capite.xviii.

Hoc amplius in ea parte tradunt).Legẽdum est Hoc amplius in Eufrate tradunt:ex Theophrasto
ad uerbum.item. Gratum cibis sed crudum:gratius decoctum). Legendum eodem auctore: gratũ
cibis sed crudo gratius decoctum.

Ex capite.xix.

Vt in fauis communis).Legendum ita ut uerbum Communis:casus accusatiui sit:& initiũ sequen
tis clausulæ:Communis inquit nucleos habentium quinqȝ species.Item. Leucocomis).Theophra-
stus Glaucocomis.itẽ. Balustiũ).Græci Balaustiũ.i.βαλαυςιον.

Ex capite.xx.

Epicactis).Legendum Epipactis ex Dioscoride.item. Embolinem).Scribendũ Eleborinem:ex
eodem.item. Et in quo nascit̃ granum gnidium). Lego hæc ut initiũ sint capitis proxime sequẽtis.

Ex capite .xxi.

Pirosachem).Legendum Pyrosachnem ex Dioscoride.itẽ. Alii nestorem).Scribendũ Alii Cne
stron:ex Hippocrate Galeno Dioscoride.

Ex eodem.xxi.

Alii coenoron).Scribendũ:Alii Cneoron:ex Dioscoride Theophrastoqȝ:item. Myrthi magni
tudine semine colore & specie farris). Legendum uidetur Foris nõ Farris:ex Dioscoride κατα το πε
ρικαρπιον.ut sit sensus:Frutici magnitudinẽ esse Myrti:quod & Theophrastus prodit:quanq̃ Theo-
dorus non Myrtũ sed Myricem siue Tamaricẽ cõuertit:Semini quoqȝ foris color & species baccæ
Myrti:ut quod durum nigrumqȝ sit:nam intus albet:Si ergo semen colore nigro cernitur:qui põt far
ris colore intelligi.

Ex eodem .xxi.

Aut in caucaso nascenti(:Vetus lectio Theophrastusqȝ:Aut in Achaia nascenti item. Ramis ru
bentibus).Scribendum non Ramis sed Racemis:ex Dioscoride ac Plinio aliubi.

Ex capite. xxii.

Enonymos. Legendũ Anonymos ex Theophrasto :quasi sine nomie.item. Congrigia).Scri
be Coggrygia:ex eodẽ Theophrasto & antiquis exẽplaribus.itẽ. Proprietatẽ habet fructuũ amittẽ
di lanuginẽ).Lego Proprietatẽ habet fructũ amittẽdi lanugine: Theophrastus. itẽ. Similis & apa-

rache).Legendū Apharce Theophrastus.itē. Priorē fructū incipiente pubescere una peragit).Legendum Vna nō Vua Tpeophrastus.item. Sicut distinguimus).Legendum Sicut distinguemus.

Ex eodem.xxii.

Singultus hermionum sedat).Lego Hemionium ex Dioscoride.est autem Hemionium idẽ quod Asplenion:cuius uim contra singultus omnes reddunt.

Hippuris q̃ Hermonium idem quod A splenion cuius uim cõtra singultus oẽs reddunt

Ex eodem.vii.

Chamaerops myrteis circa caules geminos foliis capitibus græculæ rosæ).Legendum puto Caulẽ non caules.Itẽ Geminis:nõ geminos.Plinius alio loco Mitridation uocari hanc tradidit ut coniicio iis uerbis:Folia ei duo a radice Acantho similia:Caulis inter utraq; sustinens roseum florem.

Ex eodem .vii.

Theocadis aut betonicæ farina).Scribendum forte Stoechadis.Nam de Theocade nusq̃ legi.

Ex capite.viii.

Radix superior ex silphio).Scribendum. Ex iphio). Vetus lectio & Dioscorides & Plinius hoc libro sæpius Quod autem paulo ante dicitur.Hinc nauigatur ad phasin :alludit ad prouerbium ultimos esse Cholcos ad quos nauigatione ueniatur.de qua re Senarius εισ φάσιμ ερταμαυσιμ εσχατοσ δρομοσ.Meminit Strabo.

Ex eodem .viii.

Cariotem).Legendum Caryiten ex Dioscoride:quoniam fructum eius nucem uocant :inde Plinius cognomen inquit dedisse græcos.item. Hoc circa oppida nasci femine albo columbis gratissimo & cætera).Vsq; ad sextum genus Titymali non de Cyparissia quod quintum est:sed de Helioscopio quod est quartum intelligenda sunt ex Dioscoride. Propterea codices habentur in quibus totum huius clausulæ circunductum:ante quintum hoc est Cyparissiam uocatum ponitur utiq; post illa uerba semipedali altitudine succi plenis.item. Alii codion). Legendum Alii Cobion:ex Dioscoride & uetustis exemplaribus.

Ex eodem.viii.

Opos scylla).Romani codices Aphros scylla:Sed legendum est Apios ischas ex Dioscoride Theophrastoq;.Theodorus herbam Pirum interpretatus est immodico ne dicam parum necessario augẽdi rem latinam studio:quoniam apios græce pirus arbor dicatur item .Iuncos duos siue tres spargit).Theophrastuss Quatuor siue tres scribit eum spargere.

Apios græce pirus arbor latine

Exeodem.viii.

Species quæ elate hortensis).Legẽdũ arbitror Speciesq; est Batis Hortensis.Nam & Romani codices Late Hortensis habent pro Batis.hanc hodieq; Baticulam uocant liguria tota:de qua Plinius uigesimoprimo libro.item. Vel magis cepæ similis portulacæ).Legendũ est:Vel magis Cepea.ut sit nomen herbæ similis Portulacæ:auctor Dioscorides & uetusta exemplaria.

Ex eodem.viii.

Ali coricon appellant).Dioscorides:Alii Corion appellant.item. Oleraceo frutice). Dioscorides Surcuaceo frutice:hoc est φρυγαμωδει.Porro Phryganõ latini sunt qui Cremiũ quoq; appellẽt de quo Theophra.& Theodorus in p̃fatiõe de Stirpibus.i.lib.Nõdum tamẽ oĩo dãnamus Oleraceo.

Quomodo phriganon latini appellent Cremiũ

Ex eodem .viii.

Semine ſiliquæ nigro).Legendum Semine in Siliqua nigro ex Dioſcoride.item. Quod alii caron appellant).Scribendum Corin ex eodem cæteriſq;.Item. Folio tamarici).Lego Tamaricæ potius:hoc eſt Myricæ Dioſcorides:niſi quis & Tamaricum & Tamaricam dici poſſe cenſeat.

Ex eodem.viii.

Pleuritis qui morbus Phrenitis

Sed pinguioribus.foliis & minus rubentibus). Dioſcorides:Sed pinguioribus foliis & minoribus ac rubentibus.Item. Leuiter ſuaue aculeatum). Codices ſunt ĩ quibus legitur Suaue leuiter Aculeatum.Dioſcorides:Suaue dicit hoc eſt ευϛομορ:Aculeatum non dicit.Itẽ. Medetur & pleureticis). Dioſcorides legit Paralyticis:Alioqui Pleuriticis non pleureticis ſcribẽdum foret:a morbo qui Pleuritis dicitur:non ut medicorum officine Pleureſis:quemadmodum nec Phreneſis:ſed phrenitis:Hippocrates Galenus cæteri.

Ex eodem. viii.

Plaudapium mædetur calculoſis

Silaus naſcitur glareoſis & perennibus riuis cubitalis apii ſimilitudine coquitur ut olus acidũ magna utilitate ueſicæ).Vereor aut curruptam eſſe dictionem & Silaus pro Philãdrios ſiue Phelãdrios ſcriptum fuiſſe:aut eandem cum ea eſſe.Phelandrios ut inquit Plinius herba in paluſtribus nata folio Apii:cuius ſemen propter calculos & ueſicæ incommoda bibatur.Hanc a Dioſcoride uocari Helioſelinon:hoc eſt ut Theodorus uertit Paludapium exiſtimant. Quod uero hic legitur.Coquendam:ut olus acidum.puto ſcribendum eſſe Olus atrum:non Olus acidum.Etenim olus atrum ad uitia ueſicæ manditur coctum.ipſum quoq; genus eſt Apii quod græce Hippoſelinon dicitur.

Ex capite.x.de Veſicæ morbis.

Cum zio & urtica marina & daucum).Quid ſi ſcribas non cum zio:ſed Conyza:quippe quam ad uitia ueſicæ Dioſcorides commendet.

Ex capite.xi.

Gramiæ oculorum quæ

Et onothera ſiue onear).Legendum Et Oenothera ſiue Onuris a uino dicta ex Dioſcoride ac Plinio ſuperius.Eſt tamen ubi Onotherã græci quoq; ſcribant.Itẽ ſupra Gremias oculorũ) .Nonius Gramias non Gremias.Sunt autem ĩquit Gramiæ oculorum pituitæ:unde Gramioſi oculi:a quo qui triſtes ſunt in hodiernũm quoq; Gramioſi uulgo nominantur.

Ex capite .xiii.

Eſt autem puluis terræ equinæ ſetæ ſimilis).Fortaſſe legendum ſit non puluis.ſed Pullulus:Aut ut codices Romani pilus terræ nõ omni quidem capillo ſed equinæ ſetæ ſimilis. Quid autem ſi capillus terræ legeris?Item. Alii ephedron).Dioſcorides.Alii phædran.Fortaſſe legendum ſit Ephydron: q; in humidis locis naſcatur Equiſetum.de hac & ſupra hoc libro dictum capite ſeptimo:ubi Ephedra ſcriptum eſt & Anabaſis.

Ex eodem .xiii.

Naſci in ambuſtis maxime).Quidam legunt in arbuſtis:quia paulo ſupra Plinius iuxta arbores naſci eam tradat:atq; a uetuſti habent codices.Item Mollioribus caulibus candidioribuſq;).Dioſcorides & antiqui codices Mollioribus comis candidioribuſq;.

Ex capite. xiiii.

Scythica herba

Scythe uulnera ſcythicæ curant).Scribendum:Scythæ uulnera Scythica curant:hoc eſt herba Scytica ſiue Scythice:ita enim uocatur a Theophraſto σκυθικη.Item. Vulneribus perſonatis).Legendum arbitror Vulneribus præſanatis.Plinius libro quarto & uiceſimo de uirga ſanguinea:Cicatrices inquit quæ præſanauere.Porro uetuſti codices non perſonatis ſed Præſanatis habent. Quemadmodum autem græce talia dicantur uulnera non plane comperi.niſi μεμυκοτα: quanq̃ & quæ latitant Perſonata quoq; dixeris.

Ex capite .xvi.

Que latitant pſonata dñr

Acharon quoq; utile eſt interioribus feminarum morbis).Legendum puto Achoron ex Dioſcoride.item. Cremnos).Legendum Crethmos ex Dioſcoride ac Plinio ſuperius.itẽ. Cantullides duæ).Legendum Anthyllides duæ:iiſdem auctoribus.

Caſtigationes Plinianæ Hermolai Barbari Aquileien.P.Ex libro.xxvii.

Ex Capite Secundo.

C Vm eo ſolo colluctatur uelut præſentius inuento ſolo).Vetus lectio:Cum eo ſolo colluctatur uelut pari intus inuento ſolo.

Ex capite.iii.

Per quem intelligitur eadem & parens rerum omnium & magiſtra utraq; coniectura pari).Deeſſe puto uerbũ Natura poſt uerbum Magiſtra.

Ex eodem.iii.

Alii lycoctonon).Theophraſtus Dioſcorides & uetuſta exemplaria habent Theliophonon.

Ex capite.iiii.de Aethiopide herba.

Multis concauum in aliis).Legendum eſt ex Dioſcoride multis concauum alis: hoc eſt πολλαισ μασχαλαισ.quod genus loquẽdi Plinius aliubi quoq; uſurpat:ut ĩ Linozoſti.& infra paulo. Glutinoſas guſtu ſiccanti creſcuntq; ut cornua peſſint uideri). Legendum ex Dioſcoride:Glutinoſas guſtu:ſiccæ nigreſcunt:duranturq; ut cornua poſſint uideri.

Ex eodem.iiii.

Alypon,cauliculus

Neq; alia nigrior eſt aut tumidior).Legendum puto Humidior:ex uetuſtis codicibus.item. Aliphon cauliculus eſt Legendum eſt Alypon ex Dioſcoride.item. Ea purgatione quibus datur e gallinaceo).Sunt codices in quibus legitur E gallinaceo fere:ut Scribendum putem E gallinaceo iure.

Ex eodem.iiii.

Hæc eadẽ erat quæ alſine). Dioſcorides legit Hec eadẽ erat quæ Helxine. Itẽ. Quin emendat oĩa quæ alſina). Legendũ eſt Helxine ut ſupra. Itẽ. Naſcitur in maritimis hiſtriæ). Dioſcorides legit Syriæ non Hiſtriæ.

Ex eodem. iiii. de Androſemo.

Comæ tritæ ſanguineo ſucco manãtes odores tres in uſus).]Verba octo: errata quattuor ĩſignia. Scribendũ ergo ſic Come tritæ ſanguineo ſucco manant. odor ei Reſinoſus ex Dioſcoride ad uerbũ fere: αρατρι φθεισα δε η κομη ρητι ρωδη οσμηρ αποδιδωσι. Itẽ και φλλα δε τριφθερτα οι ρωδη χυλορ αφιησι. Item. Anconin qdam ononida). Legendum eſt Anonin quidam ononida: eodem auctore.

Verba octo errata quattuor ĩſignia

Ex eodem. iiii.

Anagyros quã aliqui acoton). Dioſcorides Acopon: non acoton. Item. Quod dureſcit per mẽſes). legendum Quod dureſcit per meſſes: Nam Dioſcorides: dureſcit inquit uua matureſcente.

Ex capite. v.

Aparinen aliqui omphacocarpon. Dioſcorides legit Omphalocarpon. Sed Galenus & Aeginita Paulus Omphacocarpon. Placet tamen Dioſcoridis appellatio: ꝓpterea ꝙ ſemen huius herbæ hoc ẽ Aparinæ Vmbilico ſimile deſcribitur. porro Vmbilicum græci Omphalon uocant.

Quõ græci Vmbilicum

Ex eodẽ. v.

Arcturion uocant). legendũ arcturũ ex uetuſtis codicibus & Dioſcoride. Itẽ. Huius folioꝝ iure in aceto decocto ꝑ dies triginta poto). legendũ eſt quadraginta: non triginta ex eodẽ Dioſcoride.

Ex eodem. v.

Florẽ aureũ graue ſemẽ ſerulatum). Quinq; uerba ſed tria errata. Scribendũ igitur ex Dioſcoride Floris uirus graue: ſemẽ Securidacæ. Habet hæc & in codicibus uetuſtis lectio. eſt aũt Securidaca herba: quã Pelecinon græci uocant auctore Plinio.

Ex eodem. v.

Aſcyron & aſcyroides ſimilia ſunt inter ſe). addendum eſt & Hyperico: ex uetuſtis codicibus & Dioſcoride. Itẽ. Semen in cauliculis puſillũ). lego ſemen in caliculis puſillum ex eodẽ. Itẽ. Comæ tinctæ uelut cruentatæ). uetus lectio tritæ: non tinctæ: itemq; Dioſcorides.

Ex eodem. v.

Aphace tenuia admodũ folia habet puſilla: altior lenticula eſt). Dioſcorides & uetuſti codices puſillo: non Puſilla: ut ſit ſenſus: paulo altiorem eſſe lenticula.

Ex capite. vi.

Ramis tribus aut quattuor radice a cacuminibus thymi). legendum Ramis tribus aut quattuor a radice cacuminibus Thymi.

Ex capite. vii.

Actea graui foliorum odore caulibus aſperis). uetuſti codices actæa graui foliorum. odore caulibus aniſi. Ebulũ hanc fere intelligo quam græci proprie Chameacten uocant. niſi quis Sabucum pro actæa capiat: quam dicũt acten & fructũ eius action. Sed mirari ſubit: ſi ebulus aut Sabucus eſt actæa: quamobrẽ Plinius hoc teſtari omiſerit. Fortaſſe nõ tã ebulus q̃ ebulo ſimilis herba fuerit. Porro caules aniſi ꝓpterea ſcribendum cenſuimus: ꝙ ebulus & Sabucus umbellas & capitula Coriandri & aniſi modo ſuſtineant ut inquit Dioſcorides.

Sabucus Ebulus

Ex eodem. vii.

Flos quẽ iouis flammam appellamus: ignobilis). uetus lectio: Flos quem iouis flammam appellauimus in Violis: hoc eſt inter Violas: uigeſimoprimo libro: ubi tamen iouis flos: nõ iouis flamma nominatur. nã Phlox etſi flammam & genus floris apud eum ſignificet: diuerſus tamen eſt a iouis flore. Plinius eo loco: iouis flos colore tantum commendatur: odor abeſt ſicut & illi qui Phlox inquit uocatur græce. Item. Inflãmationes diſcutit cum ſale & nardo gallico). Dioſcorides non Cum ſale: ſed cum Sile: hoc eſt Seſeli.

Ex capite. viii.

Litteras a muſcis tuetur). Dioſcorides a muſculis ſiue muribus: non a muſcis.

Ex eodem. viii.

Probatiſſimũ in taphnis ægypti). Legẽdũ eſt ꝓbatiſſimũ in Tapoſiri Aegypti: ex Dioſcoride antiquis exẽplaribus & Plinio inferius libro trigeſimoſecundo. Eſt autẽ Taposiris oppidũ in Aegypto. Stephanus Taphoſirin: qa ſit ſepultus in eo Oſiris. quanq̃ Taposires duæ: altera mari propior: altera remotior: Strabo auctor.

Taposiris oppidũ in ægypto quod ab aliis taphoſiris appellať uide unde Marrubium qũo aliter

Ex eodem. viii.

Ballotem: alio noĩe porrũ nigrum græci uocant). Nõ hæc librarii latini culpa: ſed græci fuit. apud quem Plinius Praſon nõ Praſion legit: eoq; Porrũ pro Marubio conuertit. Etenim Ballote nõ porro ſed Marrubio ſimilis oſtenditur. Dioſcorides: Ballotẽ inqt Romani μαρρουβιορ ideſt Marrubium appellant. itẽ. Maioribus q̃ porri): Dicendũ erat Maioribus q̃ marrubii: ut mox indicauimus.

Ex eodem. viii.

Circeſion cauliculus eſt). legẽdũ eſt Cirſion ſiue criſion ex Dioſcoride: quoniã Varicibus auxilio ſit: quas κιρσασ uocat Hippocrates: ixias Ariſtoteles. itẽ. In cacumie capitulata purpureaſq; ſoluũtur in lanugines). Lego ex Dioſcoride: in cacumine capitula purpurea quæ ſoluuntur in lanugines.

Ex eodem. viii.

Crategonon ſpicæ tritici ſimile eſt). Dioſco. Cratæogonon Melãpyro ſimile ẽ. Theophra. λι ρω πυρι ρω ideſt lino triticeo: quẽ locũ Theodorus lini mõ Ruffũ cõuertit ꝑſpicuo errore codicis ĩ quo

πυρρον idest ruffum:nõ πυριμον idest triticeũ fortasse legeret̃.Itẽ. Calamis ex una radice manã
tibus).Antiqua lectio emicãtibus:quod uerbũ Plinio perq̃ſitatũ eſt. Ex eodem.viii.

Cynoſorchin ſiue cyno ſarcimã).Verbũ Cynoſarchimã ſuperuacaneũ eſſe docet multi codices:ĩ
q̃bus nõ habet̃ ea dictio:Sed nec in Dioſcoride quicq̃ ſimile cõperias.Itẽ. In uineis forte inuenti).
Antiqua lectio in uineis fere inuenti.Itẽ. Cuculi folia).Dioſcorides Cacubalum uocari tradit:non
Cuculum. Ex capite.ix.

Bulle non bulbe

Bulbaſq; ſpinoſas in dorſi medio).Legẽdũ ex uetuſtis codicibus & Dioſcoride Bullas nõ Bulbas.
Itẽ. Elatinæ folia habet caſiæ puſilla).lego Helxine nõ Caſiæ:auctor Dioſcorides:& ita uidi eã Ro
mæ.Itẽ. Naſcit̃ in mõtibus maritimis fere in ſaxo quod ꝓpius mari fuerit falſa eſt). lego Naſcit̃ in
montibus maritimis fere in ſaxo quo propius mari fuerit minus ſalſa eſt:Dioſcorides. Itẽ. Quo lõ
gius magiſq; terit̃ amarior ſentit̃).Legendum Quo longius magiſq; terrena amarior ſentitur: eodẽ
auctore. Ex eodem.ix.

Epicactis).legẽdũ Epipactis ex Dioſcoride Galeno cæteris.Itẽ de Filice. Nõ graues odore).dio
ſcorides υπολυσ σωλεισ:hoc eſt nõ graui admodũ odore: ſed ſubgraui. & infra. Alii nympheo-
pterin).Dioſcorides & uetus lectio Nymphæam Pterin. Ex eodẽ.ix.de Filice fœmina.

Filix

Eſt aũt ſingularis atq; nõ fruticoſa).Legẽdũ uideret̃ ex Theophraſto ac Dioſcoride. Eſt aũt nõ ſin
gularis atq; fruticoſa.etenĩ fœminã filicẽ auctores illi & fruticoſam nec pediculo ſingulari eẽ tradũt.
Porro uerbũ Singularis:in Plinio μονομοσχον ſignificat:ut Dioſcoridis uerbo utar ſiue μονοκλω
νον & μονοκωλον ut Theophraſti.Vnũ obſtat huic ſenſui:q; Plinius breuiorẽ eſſe fœminã:Dioſco
rides altiorẽ putauit.Itẽ. Foliis ad cananiculata).Romanus codex Caniculata. Quid ſi foliis Cana
liculata? Hoc eſt Canalis ſpeciẽ quandam præbentibus quod uerbũ Plinius & alibi uſurpat.
Ex eodem.ix.

Calapſis.legendũ Galeopſis ex Dioſcoride: Itẽ. Galactobdolon.(Ex eodẽ auctore Galeobdo-
lon:qđ & uetuſti codices cõfirmant.Itẽ. Glaux antiq̃tus & galacton).Antiqua lectio glaux antiqui,
tus Eugalacton uocabat̃. Ex capite.x.de Glaucio.

Deinde exẽpto ſucco exprimũt eiuſdẽ nõis).legẽdũ eſt deĩde exẽpto ſuccũ exprimũt eiuſdẽ nõis:
ex Dioſcoride.Itẽ. Caulẽ habet duũ cubitorũ).Vetus lectio palmoꝝ:ſed & Dioſcorides.Itẽ. Fo
lia qualia iſatis).Dioſcorides legit Polia qualia nucis.Nec antiqui codices omnino diſſonant.
Ex eodem.x.

Tomẽtum qũo alio uocabulo

Glaphaliũ).Dioſcorides & uetuſti codices Gnaphaliõ a Tomẽti ſimilitudine qđ græci Gnaphalõ
uocãt ut ſubinde mõſtrabimus.Itẽ. Foliis albis mollibuſq; ꝓ lomẽto utunt̃).legẽdũ pro Tomento
ideſt αντιγναφαλου.etenĩ quoꝝ natura mollis cãdida & oĩno lanea ẽ γναφαλωδη græce appellãt:
cuiuſmõi ſũt dictãni folia ut ĩqt Dioſc.& ps cucurbitæ ĩterior ut ẽ apud Aetiũ.ꝓinde græci εγναφθη-
σαν ꝓ eo quãdoq; utunt̃ qđ eſt εμαλαχθησαν hoc ẽ emolliti ſunt.itẽ Tenuis uſq; in capillamẽti
ſpeciẽ).Dioſcorides Tenui radice uſq; in capillamenti ſpeciẽ. Ex eodem.x.

εμαλάχθησαν emolliti ſunt

Hypopeſton).legẽdũ Hypophæſton.põt & ab equo uideri appellata Hippophæſton.utroq; mõ
recte ſcribit̃ a græcis.Itẽ. Ex q̃bus fiũt eneæ fulloniæ).dictũ ẽ de hoc uigeſimoq̃rto uolumine: aut
hic Venas:aut illic Aeneas legẽdũ uideri:aut certe ut lectio habet romana:Cortinas. Ex capite.xi.

Adhærẽtis uelut pãpini). legẽdũ ẽ adhærẽt his uelut Pãpini.& ĩfra. Iſophylõ).legẽdũ iſopyrõ:
ex oĩbus herbariis.itẽ. Phaſeliõ quoniã foliũ qđ eſt aniſo ſimile ĩ pãpinos torquet̃).Dioſc.& uetu-
ſti codices phaſiolũ:quoniã foliũ qđ ẽ aniſo ſimile ĩ Phaſioli Pãpinos torquet̃.itẽ. Capitula ſũt ĩ ſũ-
mo capite tenuia).legẽdũ ex Dioſcoride:Capitula ſũt ĩ ſũmo caule tenuia. Ex eodẽ.xi.

Hæc in cæna in aqua pura aut mulſa pota hydropicos ſanãt).Vetuſti codices nõ in cæna.ſed Vi-
cena.Nec hoc a Dioſcoride oĩo diſcrepat.& ĩfra. Ropadion uocãt).Vetus lectio Rhapeion: itẽq;
Dioſcorides. Ex eodem.xi.

Caule ſemipedali leni:cuius ſemen in cacumine).Legendũ ex antiq̃s codicibus Caule Semipedali
alæ multæ ſemen in cacumine.Id ipſum & Dioſcorides. Ex eodem.xi.

Licapſos).Legendũ lycopſis:ex oĩbus.itẽ. Adnatis multis capitulis).legendũ ex uetuſtis codi-
cibus & Dioſcoride:adnatis multis cubitalibus.itẽ. Alii qdẽ hexolychon).Scribendum:aliqui hæ
gonychon ex eodem auctore. Ex eodem.xi.

Neq; in alia herbaꝝ fides eſt uſus ſtatim ad quãcunq; medicinã natã ſic eſt aũt eius ſpecies ut etiã
ſine auctore uiſa ſtatim noſci poſſit).legendũ arbitror.Neq; in alia herbarum fides eſt uiſus ſtatim ad
quãcunq; medicinam nata ſit.Eſt autem eius ſpecies ut etiam ſine auctore uſus ſtatim noſci poſſit.
Ex eodem.xi.

Saliuatũ uel Saluiatum Mulomedici

Ex hac in tres modios ſalinati). Codices antiqui & columella Saliuati. Eſt autem ubi & Saluiatũ
ſcribatur:omninoq; potionis genus eſt:quo Veterinarii ac Mulomedici utuntur.græci ποτον uocãt
a Saliua ut puto:quam ueteres pro ſucco accipere conſueuerũt.Niſi quis & Saluiatum aut Salinatum
quoq; legi probet a ſale:ut in Saluiato uino diximus.

Ex capite.xii.

Medion folia habet iridis ſatiuæ).Dioſcorides legit Seridis:nec diſplicet:quandoqdem Seris in ſa Seridis
tiuam ſylueſtréq; diuidiẗ:iris nõ diuidiẗ:cũ ut inqt Theophraſtus nullũ cultũ deſideret.Ité. Eligma
te).Scribendum Eclegmate:quod nos in linctum dicimus.frequentiſſimum id medicis omnibus.

Ex eodem.xii.

Tenuibus caulibus ex taleis ꝓdeuntibus). Dioſcorides ex Aliis: nõ ex Taleis εκφυεται τε λεπτα
καυλια εκ των μασχαλων.Item. Alii polygonon a frequentia geniculoꝝ).Dioſcorides:Alii Poly
gonaton.Eſt aũt γονοσ ſemen:γονυ uero geniculum.Ité. Alii carninothron). Lego alii Cartino-
thron:ex eodem auctore ac uetuſtis exéplaribus. Ex eodem.xii.de Polygono.

Alii halmada).Vetus lectio Athalida:nõ Halmada.Fortaſſe Aſphaltida ex Dioſcoride:q eam uo-
cari Aſphalté ſcribit aliquando.Ité. Alii dema). Legendũ alii clema: ex uetuſtis codicibus & eodé
auctore.Ité. Denſis geniculis & in ſe fractis).Dioſcorides Farctis:nõ Fractis αλληλοισ εγκειμε-
να.Ité. Pene ardoris frutice).lego:Pene arboris frutice.Ité. Semine ſub foliis rotũdo minus cã
dido q̃ papaueris).Dioſcorides:Semine ſub foliis rotundo minore q̃ candidi papaueris. & ĩfra de Pe
riclymeno. Quod difficile uelaẗ).legendũ eſt per duo.l.uellaẗ:ex Dioſcoride:ne quis putet uerbũ
Velatur:pro eo quod eſt tegitur accipiendum eſſe:ut quidam ridicule uoluit intelligi.

Ex eodem.xii.

Pontirris).Legendũ Poterion ex Dioſcoride ac Plinio ſupius.Ité. Vocãt peraenion). Legédũ Poterion
uocant Phrynion iiſdem auctoribus & uetuſtis codicibus. Ex eodem.xii.

Plytena).Vetus lectio Phyteuma:itéq; Dioſcorides.& infra. Quod eſt incipiente oliua)Dio-
ſcorides quod eſt ſimile incipienti oliuæ.Ité. Phaleris).Scribe Phalaris:ex eodem.Item. Semen Phalaris
ſimile ſeſamæ).idem auctor:Semen Milio ſimile. Ex capite.xiii.

A capitibus cauliũ orbiculato ut apii).Dioſcorides:Capitibus cauliũ orbiculatis:ut Anethi.nec ue Iſchiadici
tus lectio magnope aliena eſt.Ité. Daẗ iſchiadicis cum cretanio).Vetus lectio Daẗ iſchiadicis cum
Cretamo.Sed Crethmo potius quã & Batin uocamus.& infra. Thlapſe duũ generũ). lego Thlaſ-
pi ſiue Thlaſpe:Dioſcorides & Plinius. Ex eodem.xiii.

Bilẽ & pituitam utrũq; extrahit).legédũ eſt Vtrinq;:hoc eſt p̃ ĩferna ſupnaq;:Dioſcorides ανω τε Bilis & Pitui
και κατω.Ité. Perſiconapa uocant).lego.Perſicũ Napy:eodé auctore.Eſt auté Napy idem qđ Sina ta. Napy
pi.& infra de Trago Ccorpio. Fruticoſa foliis puſillis racemis).lego ex Dioſcoride ac Plinio ſupi-
us:Fruticoſa ſine foliis:puſillis racemis.Ité. Grano tritici acuto acumine).Scribendũ Grano tritici
acuto cacumine:ideſt οξει κατ επακρου Dioſcorides. Ex eodem.xiii.

Eſt & tragolongon).legendũ Tragopogon ex Dioſcoride Plinio Theophraſtoq;.Ité. Peuce-
danum & ariſtolochia ac uitis ſylueſtris:anno in umbra ſeruanẗ). legendũ uidetur ex Theophraſto:
Peucedanum & Ariſtolochia quinq; aut ſex uitis ſylueſtris anno in umbra ſeruanẗ.Ité. E diuerſo
græciæ phrygiæq; omnino non naſci).ex Theophraſto non Græciæ:ſed Thraciæ.

Caſtigationes Plinianæ eiuſdem Hermolai Barbari ex libro.xxviii.

Ex capite primo.

c Vm plagis hoc omnium ferarũ.qdã animo feriore fas ſit dixiſſe humano). Legédũ ar
bitror:Cũ e plagis hũc ne ferarum quidé admoueri ori fas ſit humano.Aut ſic:Cũ pla
gis hoc ideſt oſculũ ne ferarũ qdé admoueri fas ſit homini:ex uetuſtis codicibus:in qui
bus uerbũ Admoueri legitur.uerbũ Omniũ:& uerbũ dixiſſe:nõ leguẗ. Sunt codices
in qbus ſcriptũ eſt ita:Cũ plagis admoueri ora mos ſit hũanus. Ex eodem.i.

Caluaria interfecti).Vetus lectio Calua nõ Caluaria Cæterũ utroq; modo recte:Celſus & Plinius
id ſæpe uſurpant.Caper Caluã inquit.Cælius & Varro Caluariã dicunt:ideſt Cranon.

Ex eodem.i.

Sicubi lacertis puerperarũ uſus).Scribe lactis:nõ Lacertis. Senſus eſt. Nos inqt ex homine reme-
dia nõ quæremus extraq̃ cõmunia & facilia ſicubi lacte mulierum ſicubi ſaliua ſicubi aliquo tali opus
fuerit Cætera quaſi piacula uitabimus.ité. Quiſq; eſt talis).Legendum:Quiſquis es talis.ſequitur
enim Moriere. Ex capite.ii.

Alia cõmentationis).Vetus lectio quãdoq; nõ Cõmentationis:ſed incantationis:aut Cõmẽdatio
nis:quam græci αντιληψιν in deprecationibus appellant:nos interceſſionem interuentionéq;. Sed αντιληψισ
cum uirgæ genus qua in ſacris utebantur & ſommouebant obuios.Commentaculum uocari ſcribat. grecæ inter-
Feſtus:mutare nõ audeo.ité. Ea omnia approbantibus octingentis.xxx.annorũ euentibus).Legé ceſſio latine
dum eſt Octingentorũ:non Octingentis.ratio in promptu.Erant enim Octingenti.xxx.non euẽtus
ſed anni ab urbe condita cum proderet hæc Plinius.item. Miſſis ob id a ſe legatis). Scribédum eſt
A ſenatu:non A ſe.Nota eſt hiſtoria.

Ex eodem secundo.

Defigi qdé miris deprecationibus nemo nõ metuit). Legendũ est Diris:nõ Miris.& paulo infra. Huc ptinet ut ouo℞ exorbuerit quisq; calices coclearũq; protinus frangi aut easdé cochlearibus p forasti. Vetusti codices: Huc pertinet ouorũ ut exorbuerit quisq;:calices & reliqua.ité nõ easdem: sed Eosdem: Nam & ouorũ & cochlearũ calices dicuntur. Hic mos hodieq; multis locis custoditur.

Ouorum & cochlea℞ calices dicunt

Ex eodem.ii.

Neq; est facile dictu externa uerba atq; in efficabilia derogant fidé ualidius etiã latina & cætera). Vetus lectio: Neq; est facile dictu externa uerba atq; ineffabilia derogent fidé ualidius an latina & reliqua.

Ex eodem.ii.

Cur publicis lustris etiã noïa uictimas ducétiũ prospere legimus). Scribendũ: Prospera eligimus: Cicero diuinationũ primo: Cũ impator exercitũ & Censor populũ lustraret bõis noïbus qui hostias ducerét eligebant. Quod idé in delectu Cõsules obseruát ut primus miles fiat bono noïe: etiã si omine ac ominibus quãdoq; apud Ciceroné scriptũ est. Festus: ĩ publicis inqt nectigalibus lacus Lucrinus primus locat eruendus ominis boni gratia: ut in delectu censu ue primi nominãtur. Valerius: Saluius: Staterius.

Ex eodem.ii.

Fulgetras adorare cõsensus gentiũ é). Antiqua lectio: fulgetras poppysmis adorare cõsensus gétiũ est. Aristophanes in Comœdia quæ Spheces ĩscribit καμαςραψω ποππυσσουσιν. Enarratores auté eius loci morem tradunt fuisse ταισ αςραπαισ ποππυζειν hoc est fulgetris applodere. Huc pertinet & illa cõsuetudo de qua in Vatinium Cicero: ioue inqt fulgente cum populo agi nephas est. Contra Getæ ut inqt Herodotus. Cũ tonuit aut fulsit cõminant & iaculant in cœlũ. Est aũt Fulgetra siue fulgur quiddã minus q̃ fulmé: & oïno futurũ fulmé si flãma plus uirium habuisset auctore Seneca. Plinius: Fulmen inqt est cum flatus in nube aut uapor erumpit ardens: cum lõgiore tractu nitit fulgetra. Est igit applodere fulgetris nihil aliud q̃ fauere ac testari honoré illo motu. Seneca: Vnam ĩquit rem adiiciam: & fauere ac plaudere te iuuabit. Silius: Asper equus nec qui ceruicis amaret applausæ blãdos sonitus. itaq; ποππυζειν hoc uidet qđ illisis manibus inter se: ĩmo palma cum palma collata plausum edere. quanq̃ & uacuas manus cõplodere ut inqt Appuleius doloris & mœstitiæ signũ est. Fabius: Cõplodere inqt manus scenicũ est: pedes applodere interim licet. huius inuentiõis testimoniũ Politiano reddimus.

Cũ populo agi nephas é ioue fulgéte
Quid sit fulmen

Ex eodem.ii.

Incendio inter epulas nominato aquã sub mensa profundi). Distinguendũ ita ut uerbum Abominatur: quod statim sequitur: statim etiam legatur: nec principium fiat in sequentis clausulæ.

Ex eodem.ii.

Nondũ enim plures q̃ conuiue numerabantur). Deest numerus. Propterea legi potest aut Nondũ enĩ plures tribus conuiuæ numerabantur: a numero uidelicet Musarum quas tres initio fuisse tradit Pausanias: Meleten: Mnemen: Aœdem. hoc est meditationé: memoriã: cantilenã. Post a Piero Macedone inuentas nouem: quibus nunc feruntur uocabulis. Aut si nõ tribus: saltem quattuor uel quinq;: Archestratus poeta εστωσαν δη τρεισ η τετταρεσ οι ξυμπαντεσ η των πεντε γε μη πλειουσ ηδη γαρ αν ειη μισθοφορων αρπαξιβι ων σκηνη ςρατιωτων. hoc é cõuiuæ aut tres aut quattuor aut nõ plures qnq; sunto alias manipulariũ & rapto uiuentiũ cõuétus fuerit. iulius Capitolinus in uero: Eius inqt conuiuiũ tale fertur in quo primũ duodecim accubere. Cũ sit notissimũ dictum de numero cõuiuarũ. septé conuiuium: noué conuitiũ. etiam si Platonis Symposium octo & uiginti celebrauerunt. In Timæo quattuor aut qnq; regrunt illis uerbis: εισ δυο τρεισ που δε τετατοσ. Et Athenæus auctor est: olim nõ plures qnq; in cõuiuiũ adhiberi solitos.

In initio tres tãtũ fuerunt Musæ.s. Melete Mneme Aœde

Olim nõ plures quinq; in cõuiuiũ adhibebatur

Ex capite.iii.

In insula nili tentirii). Lege Tétyri siue ut Ptolomæo placet Tétyra. Insulani certe apud Straboné Tentyritæ nominant. ité. Vt ueneficio fiant uenena passim). Vetus lectio: Vt uenefici fiát uenena passi: hoc est: ut qui uenenũ percussi senserunt uenefici sentiantur ab aliis.

Ex capite.iiii.

Elide solebat ostendi pelopis hasta quã eburneam affirmabant). Codices antiqui nõ habét Hasta: sed Hostilia. Neutrum placet: Fortasseq; legendũ sit Costilla uel Ossicula. quæ eburnea affirmabant. Notũ est de humero Pelopis eburneo. Pausanias in Elide scribit monstrari cõsueuisse Pelopis ossa ex humero: quæ diu mersa mari fuerant. Graiis autem ilium proficiscentibus cecinisse uates non potituros eos hostico: nisi Pelopis osse quod Olympiæ situm erat: prolato. Id ex Humero adeptũ naufragio ad Eubœam perisse: capto ilio Damarmenũ quendam piscando rætibus extrassisse. Sciscitanti cuius esset hominis. Apollinem respondisse: Pelopis. Et Eleis per idem tépus fato quodam opem a deo cõtra pestilentiam poscentibus iussisse restitui: liberatos ita morbo illos: & Damarmenum posterosq; eius ossis custodiæ præpositos. Idem auctor suo tempore absumptũ id fuisse nec ostendi praeterea solitum confirmat: η δωμοπλάτη του πελοποσ η φαμι ςο κατεμε οτι ωσ εμοι δοκειν εκεκρυπτο κάτα πολυ επι του βυθου. Omoplate quid sit docet Cornelius: Ossa inquit duo lata utrinq; ad scapulas tendunt: quæ nostri scoptula operta Omoplatas Græci uocant.

De humero Pelopis multa

Omoplate quid

Ex eodem.iiii.

Percuſſis a pœna).Scribendũ uel Percuſſus a pœna uel Percuſſis pœna. & infra. Matutina ue/
lut quotidie inunctione).Præpoſtera lectio.ꝑinde ſcribo:Matutina quotidie uelut inunctiõe.& ĩfra:
Salpæ torporẽ ſedari).Legendũ Salpe uel Salpa hoc eſt ſcribit.Etenĩ auctoris id nomen eſt & qui/
dẽ fœmĩæ Plinio.Eſt & piſcis genus Salpa:quẽ & Salpũ Ariſtoteles appellat:ſed nihil ad rẽ.Quod au Salpa
tẽ hic de more in ſinũ ſputãdi ſuum dicit:ad uerſum illum Elegi poetæ facit. Deſpuit in molles & ſibi
qſq; ſinus.quaſi redimẽtes & coarguentes uidelicet mollitiẽ & ignauiã ſuã:& ſenibus amore ſatagẽti
bus ipſi marceant ac deſideant.aptius hoc fortaſſe q̃ qđ de comitiali morbo dicit: q ut ait Plautus in/
ſputari ſolet:atq; ita ut Plinii uerbis utar regeri cõtagia. Itẽ q̃ illud ꝙ magnum aliqd deos poſcentem
moris eſſet ſinum conſpuere. Ex eodem.iiii.

Nos ſic hæc credamus rite fieri extranei interuentu.aut ſi dormiẽs expectet ĩfans a nutrice terna
expui).Lego nos ſi hæc & illa credamus rite fieri:extranei ĩteruẽtu aut ſi dormiẽs ſpectet infans a nu
trice terna expui:Partim ex uetuſtis:ꝑtim ex romanis codicibus.ad uerbũ terna ſubaudit aut uice aut
deprecatiõe.Quod aũt ſtatim ſeqt. Quanq̃ religiõe mutat & facias).Vetus lectio hẽt: q̃q̃ religiõe
mutat & faſcinus:hoc eſt ipſa faſcinatio:Nã & alio loco Plinius ꝑ faſcinatiõe faſcinũ uocauit.Erit ue/
ro ſenſus illo mõ:Forte ut faſcinatio regerat.Nec tamẽ ꝓbo id:ſed nihil obeſt admonuiſſe. Põt & ex
pectet pro ſpectet dictũ fuiſſe.Plinius li.iii.Expectãte inqt Veſuuio. Ex eodem.iiii.

Et currus triũphantiũ).Verba hæc male ſeparant a ſequẽti clauſula.Etenĩ uerbũ Currrus plurati
uo numero & accuſandi caſu ponit:ut ſit ſenſus.Triũphales currus tueri pendentẽ ſub ipſis medicum
q mos ex hiſtoria petẽdus erit.Nõ occurrit niſi qs de Morione illo ſiue cauillatore intelligat:q trium
phãtibus comes addebat. Similis ĩqt medicina linguæ ut ſit exorata a tergo fortuna gloriæ canifex.
Itẽ nõ multo poſt:Vltimo inqt ꝓbro maius ſedẽti lucullo dicebat pudenda re ſeruo ſuo facilius pare/
re q̃ ſibi.Itẽ libro tertio ac trigeſimo:Vulgoq; inqt ſic triumphabant:& cũ corona ex auro Etruſca ſu/
ſtinebat a tergo anulus tamẽ ĩ digito ferreus erat æqua fortuna triũphãtis & ſerui coronã ſuſtinẽtis.

Ex eodem.iiii.

Et reduuia ſanari).lego & Reduuias ſanari.Quid ſit Reduuia Põpeius docet:ipſi credo:ſupra mõ Quid ſit Re/
ſtrauimus.Itẽ. Quin & eiectus capillus calculoſo alligatus).legẽdũ uidet:Quin ex eiectis capillus duuia
& reliqua.Qui aũt eiecti partus dicant:nemo ignorat. Ex eodẽ.iiii. Eiecti partus
Eæ ſub abſtinere a cibo).Legendũ Eæ ſunt Abſtinere a cibo.Itẽ. Vehemẽs enĩ fricatio ſpiſſat.
lenit.mollit).Scribendũ Lenis:nõ lenit.Si enĩ ſpiſſat uehemẽs fricatio:ſequit ut leniat quæ mollis fue
rit.Celſus:Frictio inqt paucis uerbis a uetuſtiſſimo auctore Hippocrate cõprehẽſa eſt:q dixit Frictio
ne ſi uehemens ſit durari corpus:ſi lenis molliri. Ex capite.v.

Certa experimẽta ſũt totius corporis ualitudinis in uarietate uictus inobſeruata).Scribẽdũ ẽ:Va/
rietate:ſine illa præpoſitione in:ut ſit ſenſus Valitudinẽ totius corporis ꝓmitti nõ obſeruata uarieta
te uictus:hoc eſt nõ obſeruãtibus cibos.Valitudinarii enĩ fere ſunt ac male habiti: qui certo ciborum Valitudina/
genere quaſi ad menſurã ueſcunt.Proinde Hippocratẽ aiũt ſcribere: qui prãdio abſtineãt eorũ præ rii
cordia celerius ſeneſcere.Quod aũt ſequit.Sed hoc ĩquit Remediis cecinit nõ Epulis: hũc ſenſum ha
bet:Non hæc Hippocratẽ præcipere ad crapulã ut hortet helluari:ſed ad remedia:ut ab illa uidelicet
exacta uictus norma recedatur. Ex eodem.v.

Vltimoq; ꝓbro maius in cibis triũphalibus ſedẽti dicebat uel in capitolio epulãti). Quidã legũt
In Ciſiis triũphalibus ſedenti:nõ in cibis:ut ſupra.Currus inquit triumphantium ſub ipſis pendẽs de
fendit medicus inuidiæ.Eſt autẽ Ciſium idem fere quod Currus a quo Ciſiarii uocantur. Mentionẽ Ciſium
eius uerbi apud Ciceronẽ iuriſconſultos & poetam Auſonium & complures alios inuenias.Victruui
us Rhedæ torni Ciſia.Nec reiicio:nec recipio. Ex capite.vi.

Et ſi qs muco nares ut tradũt oſculo attingat).lego Muris: non Muco. Plinius hoc ipſo libro gra/
uedinem finiri ſcribit ſi qs murinas nares deoſculet.Verboꝝ aũt quæ ſequuntur. Sternutamenta
& ſingultum).Hic ſenſus eſt ſingultum emendari ſternutamentis:auctor Plato in Sympoſio.Romãi
codices uoluntarie caſtigati ſunt in hæc uerba.Siquis manu nares ut tradunt & oculos attingat.

Ex eodem.vi.

Quippe cũ herculaneũ ꝓdiderit).Vetus in pleriſq; lectio: Quppe cũ Hercules eum prodiderit.
De Nodo Herculis in Mercurii caduceo Macrobius primo libro:itemq; nõnihil Plinius ſequẽtis uo
luminis tertio capite:ubi de anguino ouo ſcribit. Ex capite.vii.

Mulieris quoq; ſaliuam ieiunæ una potentem diiudicat oculis cruentatis).legendum uidetur ſine
uerbo Vna:ex uetuſtis codicibus.itẽ. Ipſa in mẽſe cõnudatas) legendum ipſa in menſe connudata
Eſt autem ſenſus:quando ſunt ipſi menſtrua ſi nudetur arceri tempeſtates.

Ex eodem.vii.

Carbone ac radice braſicæ uel myrice uel tamarici in eo ſanguine extincto).Legendum arbitror
Carbone e radice Braſicæ uel Myrice uel Tamaricus ĩ eo ſanguine extincto.Videt enim & Tamarix

recte dici & Tamarice: Tamaricus nõ recte. illud mirum: q cum Tamarix & Myrice idem sit quãobrẽ Plinius hoc loco ea tanq̃ diuersa nominarit.

Ex eodem. vii.

Quomõ mulus piscis a græcis

Hebetari aspectu specularẽ nitorẽ iisdem aduersa rursus contuentibus oẽmq; talem uim resolui si nullũ piscẽ habeant secum). Lego ex uetustis codicibus nõ nullum sed Mulũ piscem: quin & tota clausula in hunc modũ reddenda. Hebetari aspectu speculorũ nitorem: iisdẽ rursus aduersa contuentibus oẽm talem uim resolui: si Mulũ piscem habeant secum. hic græce Trigla dicit. alio qui sensus esset ineptissimus.

Ex eodem. vii.

Brachiale qd & qũo græce

Vestis oĩno ita ĩfectæ portiuncula acu uel pelliceo brachiali inserte). Lego ĩserta: nõ insertæ: itẽq; Licio fortasse: nõ pelliceo. Est aũt Brachiale pars ea manus quam græci Carpon uocant.

Ex capite. viii.

Cum lemma rubrica). Legẽdũ est cum Lemnia Rubrica ex Plinio Galeno Dioscoridæ: nam q lẽniam scribendum putant: nõ lemniam: uidentur nescire in lemno insula Rubricæ id genus colligi.

Ex eodem. viii.

Spastici Ischiadici

Tremulis ischiadicis exilientibus). Legunt fere uetusti codices nõ ischiadicis sed Spasticis hoc loco. Sunt aũt Spastici qbus aliqd intus cõuulsum est. ischiadici uero Coxendicum lumborumue dolore torquentur. Itẽ. Aut per se euulsos felle priusq̃ renasci nõ libeat). Scribẽdũ puto Aut per se felle euulsis prius quos renasci non libeat: Atq; ita fere uetus habet lectio.

Ex eodem. viii.

Argemos & argema

Haustam ꝑdesse agrimonio ueteri). Codices quidam legunt acrimoniæ ueteri hoc est προσ παλαιάσ δριμυτητασ. Quidã argemo ueteri. Dicitur enim & argemos & argema uitium in oculis. de quo sæpissime Cornelius & Plinius & cæteri. Sunt codices in qbus ægrimoniæ: non acrimonie legatur.

Ex eodem. viii.

Gaster

Nõ elici deos nec colloqui siue lucernis siue uisu siue pluuiis siue aqua siue pila). Fuit quando non Pluuiis sed Peluibus legendũ censuerim Plinius uolumine trigesimo: Nãq; inquit & ex aqua & sphæris & ex aere & stellis & lucernis ac peluibus securibusq; & multis aliis modis diuina ꝓmittit. Sunt autẽ ut arbitror q peluibus utunt ii quos græci εγγαστρομαντεισ uocãt est. n. Gaster genus uasis: cuius formã alii aliter accipiunt. Sed & Pluuiis defendi posse uideo: quos græci uocant Hyetomantis. Proindeq; apud Euphorionem Cornix ales ita cognominat iis uerbis υετομαντισ οτε κρώζει κορώνη.

Ex eodem. viii.

Sunt enim cani). Scribo Caui: ex Plinio statim supra Canini inqt eius dentes satis febres arcent repleti. itẽ. Iocundo nidore refracta). Sunt codices in quibus legitur Fracta: sunt in quibus referta. Quid si nos legamus Arefacta.

Ex eodem. viii.

Sed maxime qui captos oryza tantum pascũt). Vetus lectio Sed maxime sui captos & cætera: ut coniectari liceat scribendum: sed maxime Sturni quos captos Oryza pascunt. aut sic. sed maxime qui Sturnos captos Oryza tantum pascunt: ex Dioscoride.

Ex eodem. viii.

Per singula membra desecratũ). Sunt codices in qbus legit Dissecatum: hoc est ꝑ anatomen exẽteratum. quod enim græci ανατομην nos dissectionem & confectionem uocamus: id ex Celso Plinioq; accipias. alioqn & desecratũ ꝓ cõsecrato siqs tueri uelut: hẽt uerba quæ hic haud ita multo post scribuntur: Mirũ inqt quibus monstris consecret. Prior lectio cõmodior. Aristoteles Chamæleon inquit dissectus totus spirare praeterea diu potest. itẽ. Spine tantum uitio ac recuruatura). Vetus lectio: Spinæ tantũ acutiore curuatura. Plinius octauo libro: Spinam Chamæleontis simili modo ut piscium haberi tradit. Aristoteles secundo libro: Spina inqt Chamæleontis piscium modo eminet.

Ex eodem. viii.

Vnde Saitica

Ex eadẽ similitudine est stincus). Legẽdũ est Scincus Dioscorides Galenus cæteri. & infra. Hippopotami plurimi sup salticam præfecturam). legendũ Saiticam inter Aegypti præfecturas a Plinio Strabone Ptolomæo dictam ab urbe Sai. Nicander ἱπποποταμοσ μέλασ ὑπὲρ σαΐν ἀρθαλόεσσαν βόσκει.

Ex eodem. viii.

Hoc cinere poto præputia uirorũ aspersu fœminarum eiusdem libidines inhiberi). Lego ex uetustis codicibus Propudia uirorum non præputia: ut Propudia hoc loco immodicam aut certe obscenam uenerem significent: & ut alio loco dicit Probrosam molliciem. Et infra. Itaq; eam protinus pedibus obruere traditur. Vetus lectio: Itaq; eam protinus terra pedibus aggesta obruere traditur.

Ex eodem. viii.

Eadẽ aũt & ungulaꝝ dolor mõstratur in remedio). lectionẽ corruptã oĩno esse cõstat. sed quẽadmodũ restituẽda sit: nõ constat. Cæterũ uaticinor scribẽdũ ita: Eadem aũt & ungularũ: aurium dolori monstrat in remedio. aut sensum esse talẽ: eandẽ hoc est urinã Lyncis ad Regiũ morbũ monstrari in remedio Plinius ultimo uolumine: Calculos inqt uesicæ eo poto elidit & morbo Regio occurrit: ut fortasse hic locus legatur: Eadem aũt & ungula morbo regio monstratur in remedio. Aut simpliciter

Eadem autem & morbo Regio monstratur in remedio. Aut certe ungularum dolori. Sed quis obsecro in homine dolor ungularum sit? cur non aut oculorum potius aut angulorum: aut quemadmodum dixi aurium dolori? Habent & quædam exemplaria iugulorum dolori. Ex capite.ix.

Nam ut in achaia bubulum biberent phthisici sintecticiq; diximus). Legendum est: Nam ut in Arcadia bubulum biberent Phthisici Sintecticiq; & Cachectæ diximus libro uidelicet.xxv. Tradunt inquit Arcades non medicaminibus uti: sed lactæ circa uer. Et paulo post: Bibunt autem inquit lac uaccinum. Potest tamẽ & achaia legi: cuius mediterranea maxime tenet arcadia. Verbum autem Cachectæ in uetustis codicibus inuenies a Cachexia dictum. Ex eodem. ix.

Cachetæ unde

Additis totidem cyathis mulsi sunt heminæ lactis). Dioscorides non simpliciter Mulsi: sed aceti mulsi & infra. Cum feruet & circunfundatur præstat cyathus argentheus). idem auctor: Cum feruet ne circunfundatur: præstat cyathus argenteus: προσ το μη υπερζειν το γαλα ξεσαριον αργυρουν πληρεσ υδατοσ ψυχρου καθιεμαι. Ex eodem.ix.

Bibitur autem efficacissime heminis per ĩterualla sanis diebus quinq; a potu illius solitis gestarii). Dioscorides: Bibitur autem efficacissime heminis per interualla singulis usq; ad quinas a potu illius solitis gestari: ποτιζεται δε εκ διαστηματοσ κατα κοτυλην αχρι πεντε κοτυλων εν δε τοισ μεταξυ διαστημασι περιπατητωσαν οι πιωντεσ. Ex eodem .ix.

Phytocampes uenenis). Legẽdum est Pityocampes uenenis. est autem Pityocampe: quam nos erucam Pinorum uocamus. Auctores tot eius rei sunt quot & medicinæ artis. Item. Qui colastrum biberint). Legendum putant: Qui Colostrum biberint. Ego ex uetustis codicibus & Dioscoride Qui Colchicon biberint. Ex eodem nono.

Pityocampe quid

Vertigini præterq̃ purgationis grauedine tussientibus lippis). Legendum uertigini præterq̃ purgationis gratia: grauedini: tussientibus lippis. partim ex Dioscoride: partim ex uetustis codicibus. Itẽ.

Cum melle quod saprum uocant qui cum sale & reliqua). Legendum cum melle. Saprum uocant. ita ut uerbum Cũ melle: finis sit præcedentis clausulæ: uerbum aũt Saprũ: sequentis sit initiũ. etenim caseus putris σαπροσ græce dicit̃: ad multa ut his ꝓbat̃ utilis. Ex eodem.ix.de Axumgia.

Caseus putris Sapros dicit̃ græce

Quamobrem non de alia loquemur sue). Quidam rentur corruptum esse locum: atq; ita legunt: Quamobrem non de alia loquimur q̃ e sue: hoc est nullum adipem exungiam uocamus q̃ e sue. Frigida sententia. ipse locutionem probam defendo: ut sit sensus: Non de alia sue loqui eum q̃ de ea quæ radicibus uescatur: cuius adipem uiribus pollere dixerit: quasi non ita sentiendum sit de illis quas Caricis aut Cicere aut alio quod ad saginam ac luxuriam cibo pascimus: ut est apud Aristotelẽ: unde aprugnum aut Suillum iecur maxime sunt mirati ueteres sue fico pasta: quod græci ut inquit Aetius Sycoton appellant: hoc est ficatum. Ex eodem nono.

Exungia est tãtum ex sue

Ficatum

Taurino præcipua etiam in aere). Vetus lectio Taurino præcipua potentia etiã in ære. Itẽ. Flaminio sacrorum equum tangere non licet). Legendum Flamini sacrorum: Nisi quis flaminium pro collegio atq; ut ita dicam magistratu flaminum accipiat. Atq; ut Dialitiũ. ita flaminium quoq; sacerdotium dici posse credat. Item. Quin & sanguis eorum stipticam uim habet). Legendum Septicã ex Dioscoride: hoc est erodendi. Proinde huiuimodi medicamenta Græci uocant Septas.

Ex eodem nono.

Item uentres qui centipeliones uocantur fugiunt). Codices antiqui non Ventres sed Vermes habent Quod quidem si uerum est: nec Centipelliones: sed Centipedes legẽdum putauerim. Sed & Vẽtres probo qui Centipelliones uocantur: ut uerbum fugiunt: cum sequenti clausula iungendum sit. Quid autem significet inter uentres Centipellio: uulgaris & trita Lanionium uox ostendit. quartum uentrem interpretatur Gaza ηνυστρον quem & abomasum uocauit. Quod genus edulii iulius Pollux Taconas a Cratete Comico putauit appellatum: etiam si aliter in ea uoce multi sentiant. Corium certe uetus hodie quoq; uulgus Taconas uocat: propterea & Centipelliones fortasse nominati.

Centipellio

Corium uetus hodie quoq; uulgus taconas uocat

Exeodem.ix.

Medulla perunctos seuo ue cerui autumnali). Vetus lectio: Medulla perũctos seuo ue cerui aut uituli. Dioscorides quoq; ceruinam & uitulinam medullas anteponit omnibus. item. Sardineam cũ tantum ferre solitam hoc interesse arbitror). Lego: Sardiniam eum tantũ ferre solitã. Hoc interiisse arbitror. Cæterum Pausanias ĩ Sardinia prodit animal haberi lupum suo tempore uocatũ: sed Capro syluestri similem: hirsutiore tãtum pectore: cornibus non in directum eminentibus: sed pone auriculas muricatim intortis: tante uelocitatis ut nullum ei comparetur. Ex capite.x.

Carice). Legendum Pharicon ex Dioscoride Nicandro Praxagora. ueneni genus idest: Athenæus etiam Phariacon appellat. item. De equis feris non scripserunt græci). Vetusta lectio: de Equiferis. Plinius quoq; infra hoc capite: imprimis inquit efficax Equiferorum sanguis. Potest & seorsum legi: de equis feris ut.viii. libro Plinius. item. Prungini cum uino prodest ad hanc & cornus ceruini cinis e uino). Scribendum arbitror non Prurigini sed Porrigini. Lepida græci appellant uitium in capite furfuribus simile: testis est Celsus agitur enim hic contra morbos capitis.

Pharicon

Ex eodem.x.

Quomodo anguli oculorum a græcis

Vtq; non tedium animalis eius capillis increſcat). Antiqua lectio:utq; non tedia animalium capillis increſcant:hoc eſt pediculi.Et infra. Pilis & palpebrarum uitiis ſingulis occurrit).Vetuſti codices:pilis & palpebrarum uitiis angulorumq; occurrit.Sunt autem anguli oculorum quos græci Canthos uocant.Item. Calliblephari pari modo fuligo in hoc uſu temperatur).Exemplaria manu ſcripta:Calliblephariq; modo & reliqua.ut ſit ſenſus:ad hunc uſum ideſt contra pilos incommodantes fuliginem præparandam Calliblephari modo.eſt autem Calliblepharon ut ipſo nomine oſtẽditur:medicamentum quo fucantur ornanturq; palpebræ. Ex eodem.x.

Calliblepharon quid

Optime & lychno papyraceo).Legendum non tam lychno quod lucernam ſignificat:q̃ Ellychnio quod ex papyro tortũ in lucernis urit̃:ut ſi quando lychnion quoq; in hoc ſignificatu legit̃?Ellychniõ ſcribendum.putem.Item. Contra ruptas funiculas cum lacte mulieris).Lego non funiculas:ſed tuniculas:ideſt μηριγγασ οφθαλμων.Et infra. Fel bubulum cum oleo citreo & roſaceo).Scribendum fere putant non Citreo:ſed Cicino.Commẽdatur enim Cicinum a Dioſcoride aurium dolori. de oleo Citreo Plinius libro.xv.Dioſcorides nullo loco. Ex eodem .x.

Liene item equi:cum oleo infuſo per aurem). Legendum lichene item equi & reliqua. Quid autẽ ſit Linchen equi:& Dioſcorides & plinius hoc ipſo loco docent.& infra.Notumq; quaſdam quotidie. dcc.cuſtodito numero fouere):Plinius libro undecimo quingentas aſinas a Poppea trahi ſolitas dicẽdo coniecturam fecit aliquibus:hoc quoq; loco non.dcc.ſed quingentas ſcribendum eſſe.Verum cõtra eſt.Non enim hic ſeptingentas:ſed ſeptingenties legendum exiſtimo.ut ſit ſenſus: nonnullas cutẽ fouere ſolitas quot diebus uſq; ad ſeptingentas uices. Ex eodem.x.

Etiamnum lepras ac furfures tauri fel:addito nigro).Legendũ Addito Nitro:ex Dioſcoride.Item Efficatior eſt ad id ſubulo ſeruorum generis). Legendum eſt Ceruorum:nõ Seruorum:ex Plinio multis locis.Etenim ita nominantur a cornuum effigie ſubulas imitantium : eos græci πατταλιασ dicunt.Alioquin & Tibicines etruſca lingua Subulones appellabantur ut.M. Varroni placet:a Sibilo ut quidam arbitrantur.Ennius:Subulo finitimas propter aſtabat aquas.

Subulones tibicines

Ex eodem.x.

Matutinis ſumptũ ad menſuram linguæ).Vetus lectio Ad menſuram ligulæ:hoc eſt cochlearis & acetabuli.Item. Aſinini pulli fimum quod primum edidit poleam uocant). Ariſtoteles Polion appellari tradit:hoc eſt πωλιον initio partionis ante fœtum aqua effundit. Plinius tamen Poleam duobus locis.Item. Taurini cornus ueteris ex parte iam cinis inſperſus potioni).Lego non ex parte iã: ſed ex parte ima:alioqui ſenſus nullus Sed & ſupra quoq; Plinius hoc ipſo capite:Ex cornus inquit bubuli ſummis partibus cinis. Ex eodem.x.

Arrenicũ qd

Cum charta armeniaca).Vetus lectio Cũ charta & Arrenico.Eſt aũt Arrenicũ idem quod arſenicum & auripigmentum:cuius uis reprimi & tolli excreſcentia dubium non eſt auctore Plinio Dioſcoride Galeno cæteris.Armenica uero charta uel nuſq̃ gentium refertur eſſe:uel huc nullo mõ pertinet.

Ex eodem.x.

Appendex

Cum caulibus hedere tritis ac appendicio).Legendũ eſt ac perditio:ex uetuſtis codicibus.Scio Appendicem genus ſpinæ dici.ſed hic de Podagris agitur:ad quas Perdition ſiue quod idem eſt Helxinẽ medici commendant:inter quos eſt Dioſcorides. Præterea ut Appendicem latine dicas Appendiciũ quis dixerit?Item non multo poſt. Cum & helſines parte æqua).Helxines ſcribendum non Helſines.item. In fumatum prius in foliis).Quid ſi legas in Soliis?Simile quid & ſupra hoc uolumine. Sunt autem Solia in balneis ut conſtat πυελοι græce dicta. Ex eodem.x.

Solia

Comitialibus Datur & lactis equini potus lichenæq; in aceto). Scribendum Comitialibus dat̃ & lactis equini potus Lichenq; in aceto.Quid lichen ſit ſupra oſtendimus.item. Sideratus urina pulli aſini nardo adempto per coniunctionem prodeſſe).Scribendum eſt ex uetuſtis codicibus nõ per cõiunctionem:ſed perunctione:hoc eſt τηχρισει και τη αλοιφι.item. Et in follitudo fellis).Legendũ eſt Et in folliculo fellis. Ex eodem.x.

Ephemerinos ab Imphimerino differunt

Eſt genus febrium quod ephemerinon uocãt).Vetus lectio Amphimerinon.Differt enim hoc ab Ephimerinon:q; Ephimerinon unius eſt diei febris nec ex putrilagine coorit̃ : Amphimerinos uero quotidiana eſt & ex humoribus corruptis p̃ſertim pituita coaleſcit:Galeno Paulo Aetio.itẽ. Quartanis magi excrementa fellis cum digito bubonis adalligari iubent & ne recedant non remoueri ſepteno circuitu).Scribendum arbitror aut Ni recedant.aut Ne recidant.priore modo ſenſus erit : Niſi quartana protinus receſſerit:non eſſe remouendum id quod alligatum fuerat. Secundo:ne recidiuũ malum ſit in ſeptem uſq; acceſſiones continendum id iuberi.

Ex eodem.x.

Letargicos excitat aſini lien) .Vetuſti codices Lichen:non lien. Quid autem ſit lichen in aſino & equo notũ eſt ex Plinio Dioſcorideq; ac cæteris.& ĩfra. Hidropicis auxiliatur urina ueſicæ apri). Dioſcorides Capræ non Apri.

Ex eodem.x.

De punice qui in uaccarum utero). Legendum pumice: nō Punice: auctor Plinius libro undecimo in iuuencarum inquit ſecundo uentræ pilæ rotunditate nigricans tophus nullo pondere.

Ex eodem.x.

Adeo ut etiam contra illata noxia ualeat). Scribendum puto: illata: non illita. ideſt cōtra ueneficia ex uetuſtis codicibus.

Ex eodem.x.

Opis thotonicos). Sunt qui a morbo dictos putent qui Opiſthoton uocetur: idq; ſe magno labore ſuo inueniſſe prædicent: cum multi alioquin magni nominis inqt uiri neſcire faterentur iactatam rē medicorū omnium ſubſellis ignorari potuiſſe miror a doctis uiris: ſed illud multo magis ꝙ Opiſthoton id genus egritudinis appellari tradant: cū non Opiſthoton ſed Opiſthotonos p̄nunciari debeat Meminit Dioſcorides Galenus Oribaſius Paulus Aetius: demum quiſquis unq̄ quocūq; loco lingua natione de medicina ſcripſit: atq; ut medicos & auctores priſcos prætercam: non ne id noſter Merula ī quodā cōmentariolo copioſe: ut ſolet omnia expoſuit & quiſquis es obſecro ne hanc inuidiam ætati facias: ut res commentariis omnium detrita: noſtris hominibus incomperta fuiſſe uideatur Neu tantum gloriæ tuæ cupias: ut publicæ facias iniuriam: præcipue cum id ipſum ī quo te miraris: neſcias.

Ex eodem.x.

Somnos fieri lepore ſumpto in cibis cato arbitratur uulgus & gratiā corpori nouem dies friuolo loco). Scribendum eſt ioco non loco. Itemq; Somnioſos potius q̄ ſomnos: idq; adhuc uulgo creditur. Præterea in. ſeptem dies potius q̄ in nouem: Martiale teſte: ſi quando leporem mittis mi Gellia dicis: Formoſus ſeptem marce diebus eris: Si uerum dicis ſi uerum lux mea narras Ediſti nunq̄ Gellia tu leporem. in Alexandri quoq; cæſaris uita mentionem facit huius rei Lampridius citato Martiale: quoniam quotidie inquit Alexander leporem haberet: iocus ī quit poetis emerſit ꝙ multi ſeptem diebus pulchros eſſe dicunt. eos qui leporem comedunt.

Somnioſi fiunt qui in cibis leporē ſumūt & pulchri in ſeptē dies

Ex capite.xi.

Taliſq; ſuum diſcordia uim quandam ineſſe in incendiis). Legēdum: Taliſq; ſuum diſcordiam quādam inneſſe in incendiis. ut ſit ſenſus: Anthipatiam quandam in incēdiis habere Talos Suillos. Quod autem ſequitur: ſi fimi aliquid egeratur & reliqua. ſeparatum habet intellectum: hoc eſt nec ouem nec boues abactas recurrere faciliuſq; aut furto aut alia cauſa exthrahi: ſi fimi aliquid egeratur a ſtabulis. ī Romanis codicibus loco uerbi Suum: habebatur Similium. Item. Vel ſi pelliculla ex eo collo inducta galli īter erit). Vetus lectio uidetur ſenſum alium præferre meliorem his uerbis: Vel ſi pellicula ex eo collo inducta galli inierint ideſt gallinas ſcanderint pellicula uulpina collo eorum circundata.

Antipathiā in incēdiis p̄bent tali ſuilli

Caſtigationes Plinianæ eiuſdem Hermolai Barbari ex libro.xxix.

Ex Capite Primo.

q Væ temperata & pertinentia erant). Vetus lectio non temperata: ſed Tam parata: ut ſit quod græci uocant ευποριστα. Scripſit & Galenus περι των ευποριστων δυναμεων. & ante Galenum multi: hoc eſt de parabilibus facultatibus. Item. Seq; inter initia ſcripſit illo mox recedente a uita ſua placita putauit). Scribēdum: Sed quæ inter initia ſcripſit: illo mox recedēte a uita ad ſua placita mutauit. Aut certe ut antiq̄ exemplaria: ſeq; inter initia aſcripſit: illo mox recedente a uita ſua placita mutauit: ſunt autem placita quæ græce dogmata. Item. Multos præterea medicos). Legendum forte ſit Prætereo non Præterea: ut ſenſus conſtet. Item. Quæ ſtertinus imputauit principibus). Legendum puto. Q. uero Stertinius & cætera non enim ſenſus aliter conſtiterit. Si enim imputauit. ccl. qui poterat quingena? Sunt autem quingena ſexcenaq; idem quod quingenta ſexcentaq; palæmone auctore.

Placita dicūtur quæ græce dogmata dicuntur

Ex eodem.i.

Cenſus quæ quanq̄ exhauſtis opibus neapoli exornata heredi ſextertia. ccc. reliqueret.). Lego Cēſuſq;: ut ſitq; coniunctio: non relatiuū p̄nomen. Eſt autem ſenſus eas fuiſſe eius opes atq; cēſum ut q̄q̄ Neapoli maximo impendio uiuus exornauiſſet: heredi tamen tercenta ſextertia reliquerit. Romani codices apertius hoc modo: Cenſuſq;: q̄q̄ exhauſtis opibus Neapoli: ita auctus ut heredi. HS. ccc. relinqueret.

HS.ccc.

Ex eodem.i.

Quantū athena ideſt aruncius ſolus). Lego Quadragena Aruncius ſolus: hoc eſt ſextertia quadragena hæredi ſolus reliquit. Nam ſi mercedis loco ſolus intelligatur habuiſſe quadragena hoc eſt. cccc. ſibi eſſet ipſe contrarius: quandoquidem Stertinio & fratri eius maior infundebatur: & ipſi Aruncio ccl. mercedem annuam fuiſſe dictum eſt.

Ex eodem.i.

Nullius hiſtrionū par ex quo de comitio equadrigario comitatu regreſſus in publico erat). Vetus lectio: Nullius hiſtrionū par: ex quo de Trigario comitatu regreſſus in publico erat. Et. n. Theſſalum hūc cuius arrogantiā īpudentiāq; taxat: Neronis principatu: inſolentē factū & ei familiarē fuiſſe intel-

ligit. Neronis porro studium aurigationis quis ignorat? Plinius superiore libro: Ferunt inquit Neronem principem hac potione recreari solitum: cum sic quoq; se Trigario approbare uellet. Huius uerbi a Triga dicti mentionem Plinius ultimo quoq; huius operis uolumine facit: Ne equos quidem inquit in trigariis præferri ullis uernaculis animaduerto. ita enim scribendum puto potius q̃ Tricariis Publii Victoris testimonio qui de regionibus Vrbis scripsit: Trigarium iuxta campum Martium fuisse memorantis. Apud Capellam quoque Marcianum Trigarii mentio est libro. ix. qui de musica inscribitur Trigarium inquit supplicantis semper germanitatis aduenietːhoc est: trigemina inquit illa mulier siue tres in unius nominis uocabulo conspirantes. Thessalum Galenus mille locis in medicina cõuicit imperitiæ.

Publius Victor scripsit de regionibus urbis

Ex eodem. i.

Eum crinas massiliensis). Vetus lectio non habet Eum: sed Tum: quoniam paulo mox dicitur: Auctoritate inquit eum præcessit. Sunt qui non Crinas sed Critias legendum putent. Item. M. Catone: cuius auctoritas triumphus atq; censura etiam quanto non minimum conferunt: tanto plus in ipso est). Vetus lectio purior & Pliniana grauitate dignor. M. Catone: cuius auctoritati triumphus atq; censura minimum cõferunt: tanto plus in ipso est. ut sit sensus. illud quod ex triumpho & censura. M. Catoni accessit auctoritas & gloriæ: id uideri minimum. quod autem ipse præstitit uirtute ac ĩdustria id esse maximum. Paulo quoq; infra ubi legitur Ad expediendum). fortasse commodius sit Ad experiendum siue ad expendendum: scripsisse.

Ex eodem. i.

Nos quoq; dictitant barbaros & spurios nosq; magis q̃ ullos hippicos appellatione fœdant). Codices antiqui: Nos quoq; dictitant barbaros & spurcius nos q̃ alios Opicos appellatione fœdãt. Quid autem sit Opicus arbitramur esse uulgo cognitum: de quo multa in eum uersum dicuntur ab enarratoribus poetæ: Et diuina opici roserunt carmina mures. Eudoxus Opicos italiæ gẽtem quandam uocari tradidit a linguarum colluuione dictã siue a serpentibus quasi Ophicos. de Opicis & Strabo: sed & Aristoteles Theophrastus Thucydides: qui haud aliter fere Campanum omnem tractum & uicinæ loca nominãt.

Quid opicus sit & præter opinionem aliorum

Ex eodem. i.

Solam hanc artium græcarum nondum exercuerat romana grauitas). Vetusti codices non habẽt exercuerat sed exercet. Multum refert ad ueritatem historiæ utro legatur modo. mihi certe plus placet antiqua lectio.

Ex eodem. i.

Iam uero & adulteria etiam in principium domibus ut euidens in liuia drusi cæsaris item ualentis in qua dictum est regina). Legendum puto ex uetustis fere codicibus non ut euidens: sed Vt Eudemi aut nomen alterius huiusmodi. Nec uetusti codices admodum repugnant. Mouet me uerbum Valentis genitiuo casu positum. nota historia: hoc enim ipso libro Plinius inter initia Vettius inquit Valens adulterio Messalinæ Claudii Cæsaris nobilitatus. Credo & Liuiæ Drusi uxoris adulterũ nominatim in scriptorum commentariis citatum esse eo legentes hæc remittimus.

Ex eodem. i.

Ac mortis arma aut archana præcepta). Vetusti codices non habent mortis arma: sed mortis araram ut ad illud quod supra mox dixit pertinens dolorum indicaturam. Et paulo. infra. Notum est ab eodem archamide). Vetus lectio habet Charmide: ut sit is de quo Plinius supra: Ciuitatem inquit Charmis ex eadem Massilia inuasit.

Ex eodem. i.

Tyriace uocatur). Legendum Theriace: a qua & Theriaci Pastilli nominantur: q; e uiperarum carnibus constet aut certe contra bestiarum uenena proficiant: ex Dioscoride Galeno cæteris. Et infra: Ostentatio artis & portentosa scientiæ uendicatio). Legendum Venditatio. Huius uerbi honestissimus apud ueteres habetur usus: Ciceronem Fabium & complures alios. quod & Nonius Marcellus in annotamentis suis testatum reliquit. Est igitur uenditare pro eo quod est ostentare: hinc & forma & oratio uendibilis quasi plausibilis & allectrix.

Venditatio quæ Annotamenta Noni Marcelli

Ex capite. ii.

Aesopum uocant). Scribo Oesyppum ex Dioscoride ac Plinio inferius: ab oue dictum quã græci Oin uocant. quasi οιοσ ρυπορ idest ouium sordes. Item. Quidam in testa torrendo conficiunt: ne pinguedinem amittat utilem talem existimantes). Vetus lectio & Dioscorides: Quidam in testa torrent: donec pinguedinem amittat utile tale existimantes: idest: μεχρισ αρτεφρωθεμ αποβαλητο λιποσ

Ex capite. iii.

Non opus est eas in hoc usu rudiculis esse curatas): Legendum Radiculas non Rudiculis. est autẽ radicula quã græci Struthion aepellant. ea candorem lanis efficit: & Lanaria ob id uocatur a nostris. in hunc ergo usum Dioscorides & Plinius αϛρουθιστουσ lanas quæri tradunt: hoc est non curatas radiculis & ita manu scripti codices lectitantur.

Ex eodem. iii.

Fiunt & tota lutea quæ uocant sitista). Alii codices habent sicista. ipse legẽdum fere arbitror Schista: quoniam ab incubatu exempta quasi diuidantur & discedat uitellum a candido. Nam & luteum & candidum dicit Aristoteles de animalium generatione tertio membranis inter sese distinguntur: & ĩcubante aue concoquenteq; animal ex alba parte oui se cernitur: augetur ex reliqua. item & paulo infra. Oei tantum mensura pari). Scribe Olei: non Oei.

Luteum & cãdidum ĩmo distinguntur

Ex eodem. iii.

Angues ea numerus eſt ouorum cōuoluti ſaliuis fauciū corporūq; ſpumis artifici cōplexu glomerantur). Scribendum arbitror: Angues innumeri æſtate conuoluti ſaliuis fauciū & reliqua. Itē Vtiliſſimum ad perfectiones). Legendū Vtiliſſimum ad perfectiones. Ex eodem. iiii.

Adipe auiū curato ut dicemus additis eriſceptro xylobalſamo: phœniceo tuſo item calamo: ſingulorū pondere qui ſit adipis cumino). Quaterna errata: Scribo: Adipe auium ut diximus Curato additis Eryſiſceptro xylobalſamo Phœnice elate itē calamo ſingulorꝝ pōdere qui ſit adipis cum uino oīa ex Dioſcoride. Quod autem Diximus nō dicemus legendū ſit liquet ex ſuperiore libro. eſt autē Phœnix elate: quam Plinius alio loco palmam Abietem uocauit. Ex capite. iiii.

Et in cœnis deorum etiamnū ponitur: catulina addita talibus quidem epulis celebres fuiſſe: plauti fabulæ ſunt indicio). Legendum: & in cœnis deorum etiamnum ponitur: Catulina. Adiicialibus quidem epulis celebrem fuiſſe plauti fabulæ ſunt indicio. Quæ aūt ſint adiiciales cœnæ: plena ſunt gloſſulariorum excartabula. De his mentio uel frequens eſt in Plautinis comœdiis. & nos uolumine. x. notauimus. Ex eodem. iiii.

Adiiciales cœnæ q Gloſſulariorum excartabula

Quæ arguiſſe non minus refert q̄ contra ſerpentes remedia demonſtraſſe: quoniam hæc morborum benificia ſunt). Quid ſi legas Veneficia? none ſenſus erit illuſtrior? ut cum illo dicto conferas qd̄ ſuperiore libro per initia fere legitur: Quis inqt ueneficia innocenciora effecit q̄ remedia contra eos diſſerens q̄ ſingulorum uiſcerum membrorum excrementorum hominis ſapores dixere: quoiuſmodi Xenocrates fuit: ut Galenus meminit & inceſſuit. Itē Caput quid diſſecant ſcythæ). Legendū eſt: Caput quidem diſſecant Scythæ. Ex eodem quarto.

Fiunt ex uipera paſtilli: qui theriaci uocantur a græcis. ternis digitis utrinq; amputatis). Plinius hoc ipſo libro Quaternis: Quatuor inquit digitorum menſura præcidi. Cæterum Dioſcorides commentitium ait eſſe quod præcipiunt certam aliquam utrinq; menſuram amputari oportere. Item. Bubones pedes uſti cum pulpagine herba). Vetus lectio: Bubonis pedes uſti cū Plumbagine herba. Hæc ipſa herba redditur a Plinio ſuperius. xxv. libro: Molibdena græce dicta: quoniam plumbum quod eſt genus uitii ex oculis tollit. Ex eodem quarto.

Plūbago herba Plumbum genus uitii oculos infeſtans

Epiphoris inflammationibus faſtidiis). Dioſcorides inflationibus. item. Quam ſolam ex omni tacito dixiſſe fas ſit). Vetus lectio non Tacito ſed Atocio eſt autem Atocion quæcunq; medicina conceptum adimit: hoc eſt partus ſpem intercipit. Ex eodem quarto.

Quid ſit Atocion Quid Rhagion apud græcos

Vocatur & rhachina nigro ſimilis ore minimo ſub albo). Trigeminum erratum. Lego igitur ex Aetio: Vocatur & Rhagio Acino nigro ſimilis ore minimo ſub aluo. & ſane Rhagion apud græcos Acinum paruum ſignificat. Ex eodem quarto.

Aſtorcios q Opiſtographos qui

Idem erat aſiorcion). Vetuſti codices Aſtercion. Fortaſſe Aſtorgion: quaſi diſcordialē. Itē Myrmecion formice ſimilis). Nō aliud eſt hoc genus a ſuperiore de quo paulo anteſcribitur Plinio: unum inquit ſimile formicæ & reliqua. ſi græcos auctores pſertim Aetiū ſequare uti ſubdubitē fere Plinium hoc loco non tam errore q̄ obliuione ſuperioris dicti hæc addidiſſe: ut qui multos auctores legendo in Opiſtographos ſuos eaſdem plerumq; res ex diuerſis contuliſſet. Ex eodem quarto.

Tetragantii duo genera). Legēdū Tetragnathii duo genera: ex Aetie: ita uero inqt noiat a maxillarum nūero: quas græci Gnatos uocāt. Itē Hūc græci colorē uocāt & aſcalabotē & galeotē). Vetuſta exēplaria: a non colorem ſed Coloten. Ariſtoteles Coloton: hoc eſt κωλωτορ quē lacertæ genus facit Meminit & Plinius Coloti ut diximus. Item. Nec niſi pilos attingere). Scribendum Attigere ut ſit ſenſus: Non ferire ſcorpiones niſi pilos attigerunt. Ex capite. v.

Lacerta quam hyſepa alii chalcidicen uocant). Legendnm Sepa: non Hyſepa: ex Dioſcoride. recto caſu Seps dicitur a maleficio uidelicet: quia erodat quos momorderit. Eſt & ſerpens alia hoc nomine: de qua Lucanus Tabificum ſepa dixit: & auſonius: An Libyæ ferale malum ſit Romula uox Seps. Nicander Sepedona talem uocauit. Ex capite. vi.

Et muſcarum capita recentia prius folio ficulneo aſperata). Scribendum Aſperatis: hoc eſt Alopecias ipſas folio ficulneo prius aſperatas replent muſcarum capita. hunc enim curationis eius morem docet Galenus Paulus Aetius & cæteri item. Cum creta cymolia). Legendum eſt Cimolia. De hoc Cretæ genere ſequentibus indicandum erit. Item ſupra mox uerbum. Prurigines). Forte ſcribendum ſit porrigines ut ſuperiore libro dictum eſt ex Celſo. Ex eodem. vi.

Porrigo

Item reſipum oſſa e capite uulturis adaligata). Alii codices non Reſipū ſed Eripū uel Eſipum. Fortaſſe legendum ſit item ægyptii oſſa e capite aut uulturiis adaligata. Et enim græci ægypios & gypas uocāt: quos latini uultures fere. Sed Nicandes in Theriacis diſtinguit αιγυπιοι γυπεστε κορασ τομ βρηρεα κρωζωρ. Ariſtoteles ſi Theodoro credimus interpreti non diſtinguit. Romani tamen codices pro eo uerbo quod eſt ægypum: habent etiamnum. Quid ſi Oeſypum ut cum priore medicina iungas? Quid autem ſit Oeſypum alias docuimus ex Dioſcoride ac Plinio. Ex eodem. vi.

Hyſopumq; cum myrrha calidum). Vetus lectio Oeſypum non Hyſopum. Etenim hic nō de medicinis herbarum agitur principali uſu: ſed de medicinis earū retum quæ habentur ex animalibus cu

iuſmodi eſt pinguedo illa cum ſordibus lanitii ouilis:quam Oeſypum uocari dictum eſt.Eodemqꝫ mo
do uerba illa quæ ſequuntur.Vt omnia hyſopo illinantur:legenda erunt:Vt omnia œſypo illinantur.

Ex eodem.vi.

Aut felle recenti axionis).Plinius alıubi & Theodorus & uetuſti codices Aſionis per.ſ.non.per.x.
Nocticoras ꝗ Noctuarum id genus maximum:quos græci quandoqꝫ Scopas uocant:aliquando Nocticoraces:ideſt
ululas:& quandoqꝫ Otos quaſi auritas:quoniã plumeas eminẽtes habent aures ut inquit decimo libro
Plinius.item quod ſequitur. Pluma auri modo micat).Legendũ arbitror Pluma auriũ emicat: Ari
ſtoteles ο λεω τοσ περι τα ωτα πτερυγια εχει.Scopas tamen homericos Plinius:Satyricis:cum inſi
dent motibus inſignes fabuloſos exiſtimat.Erant & Aiſcopes quaſi Semperaſiones.item. Appollo
nius pritaneus).Vetuſti codices modo putaneus modo Tyanæus. Fortaſſe ut Pitanæus a pitana urbe
Pitanæ geminæ uel Troadis:de qua Plinius Mela Pomponius & cæteri:ue in Pelopõneſi.Fuerũt enim Pitanæ geminæ
ut monſtrauimus.Aut Tyanæus:de quo Philoſtrati & Hyeronimi & aliorum non plus teſtimonia ꝗ
Mãna thuris præconia.

Ex eodem.vi.

Thuris: mãma una).Lego Thuris manna.Quid autem ſit Manna thuris duodecimo uolumine & in
corollario ac Dioſcoride:item. Medicamen id entheon uocatur). Lectio antiqua.Echion quaſi di
ctum a uipera quam græci Echin nuncupant.Scio & Entheon a præſtantia remedii nominatũ uideri
poſſe.item.Hinc etiam ſal pecori datur).Scribendum Hic:non Hinc:ut ſenſus magis quadret.item.
Contra ſerpentes additur & attollitur).Lego contra ſerpẽtes additur & ad totidem ut uerbũ Hoc
initium ſit ſequẽtis ambitus:hoc modo quidam & ad totidem uiperis utuntur in cibis.Aſtipulatur &
uetus fere lectio.

Ex eodem.vi.

Fel perdicum cum mellis æquo pondere per ſe uero ad claritatem Dioſcoridis & hippocratis ut pu
tant auctoritate).Lego Fel Perdicium cũ mellis æquo põdere per ſe uero ad claritaté Dorcados Hip
Dorcas quæ pocratis ut putant auctoritate.Eſt aũt Dorcas quam Theodorus apud Ariſtotelem Capreã conuertit
Dioſco.capræ fel ſylueſtris mire ad oculorum deſideria cõmendat.Moueor:cum ex uetuſtis exempla
ribus fere:quorũ me Politianus Florẽtiæ primus admonuit:tum ꝙ Hippocratis auctoritate alioquin
contentus eſſe poterat:nec priorem ipſo Dioſcoridem nominauiſſet.illud aũt monẽdi ſumus:Dioſco
Dioſcoridis uolumine in latinũ uertit hermolaus ridem:cuius nos uolumina in latinũ uertimus: Plinio aut contemporaneũ:aut nõ multo poſteriorem
fuiſſe.tantum abeſt ut eius teſtimoniũ hoc loco citatam eſſe creditori ſimus.Multos porro Dioſcori
des fuiſſe non diſſenſerim.ſed de hoc aliubi.

Ex eodem.v.

Arcuatim repens tractuqꝫ contrahens ſe).Legendũ Tactu.nõ Tractu.item de Blattis. Alterum
genus mylochon).Lego aut Myloecon hoc eſt μυλοικον ex uetuſtis codicibus & ex interpretatione
Plinii:quia molarum fere ſit incola:aut Mylacrin ut Ariſtophanes:quanꝗ & gallinam Mylacris in co
mœdia ſignificet:Polluci.

Caſtigationes Plinianæ Eiuſdem Hermolai Barbari ex libro.xxx.

Ex Capite Primo.

n Ec poſtea quiſquam dixit quomodo ueniſſet thelmeſſum religioſiſſimam urbem quõ
dam tranſiſſetqꝫ ad theſſalas urbes).Vetus lectio:Nec poſtea quiſꝗ dixit quomodo ue
niſſet Telmeſium religioſiſſimam urbem quãdo tranſiſſet ad Theſſalas urbes.Telmeſ
ſus in Caria.de cuius nomine ariſtophanes quandam fabulam uocauit: ut Menander
Theſſalam.Cicero in diuinationibus libro primo:Telmeſſus inquit in Caria eſt qua in
urbe excellit aruſpicum diſciplina.De hac urbe pluſcula nos libro.v.

Ex eodem.i.

Troianis itaqꝫ temporibus chironis medicinis contenta eſt ſolo marte fluminante miror equidem
ac illis populis famã eius in tãtum adheſiſſe).Lego Troianis itaqꝫ temporibus cũ Chironis medicinis
contenta eſſet ſolo Marte fulminante.miror equidé illis populis famam eius in tantũ adhæſiſſe.alias
ſenſus non conſtat:& uetuſtos fere codices ſequimur.

Ex eodem.i.

Eſt & alia magicæ factio a moſe etiamnũ & lotapea iudæis).Legendũ forte non lotapea:ſed iocha
pela ſiue iochabela:ex ioſepo:qui matré Moſis ita nominauit.Hieronymus iochabeda.Põt & iotapa
Magũ fuiſſe Moſem plures inſimulãt ta:quoniã & urbs hoc nomie in Syria ioſepho eſt:a cõditore:ut ueriſimile eſt uocata.Magũ aũt fuiſſe
Moſſem & Poſſidonius & lyſimachus & Appollonius Molonis inſimulant: Sed eos ſecũdo cõtra Ap
pioné uolumine ioſephus apertiſſime coarguit.Qualis auté Plinio ſit quã paulo poſt Cypriam appel
lat:nõ auſim quidé cõtendere:ſed de Chriſtiana eũ ſenſiſſe ut ſuſpicer:argumẽto eſt: ꝙ apoſtolus:Pau
lus cũ Barnaba:qui & Cyprius erat e iudæa nauigauit in Cyprum:in eamqꝫ primũ inſulã:nouũ mũdo
Chriſti nomen intulit:ut probabile ſit:Sergiũ Paulũ eius inſulæ proconſulé miraculorũ magnitudine
attonitum:aut credidiſſe prædicanti:aut certe famã eius rei pertuliſſe Romã:unde religio Cypria uo
cari cœperit:quã Secũdus noſter pluſꝗ uoluiſſet gliſcenté infenſus:ut tunc erat hoĩes:appellare Chri
ſtianã horruerit.Fuit hæc ueteribus calliditas:ne dicã inuidia:quantũ poſſent ſupprimendæ mentiõis
de Chriſto:intantũ:ut quod Lactantius ſcriptũ reliqt:multi per imperitiã Chreſtũ non Chriſtũ uoca

ri crederent.illud quoq; in Suetonio de iudæis Chresto ĩpulsore tumultuantibus de ipso Christo ĩtel ligendũ uidet Orosio.quod mihi minime placet:& ad illum modum sensus ægerrime coierit. quanq̃ de iudæis sub Claudio eiectis Philon iudæus qui eadem ætate fuit:multo cõmodius ac similius uero q̃ Suetonius exeqtur.Pausanias iudæũ Heroa coli patris in Pelopõneso permittente Adriano principe cõmemorat:Christum Andreã ue intelligens qdẽ:sed nominare tamen nõ sustinẽs.Nã Dion Suetonius & Tacitus:quẽ Tertulianus mẽdacio℞ loquacissimũ appellat:sicubi Christianos uocant nec con uiciis nec bile tẽperãt.Reuerentiores multo Capitolinus & Ammianus sunt Sed nec Cinaræos illos sacerdotes in tẽplo Veneris Paphiæ significat hoc loco Plinius.Sectam enĩ illã ut ex Tacito Cornelio sumi potest:neq; Romani arcebant neq; græci.Magnam sane iudæorum uim in Cypro insula fuisse refert Eusebius in Traiano.

Locus in Suetonio

Tacitũ Tertulianus mẽdacio℞ loqcissimum appellat

Ex capite.ii.

Nãq; ea quæ a spheris & ex ære & stellis & lucernis ac peluibus securibusq; & multis aliis modis diuina pmittit).Lego Nãq; & ex aqua sphæris & reliqua:ut libro.xxviii. diximus uetusta exẽplaria secuti & q; Hydromantiam uocari eam magicæ partẽ constat quæ per aquam agitur:de qua & Plutarchus in Cæsare & Alexander in Topicis Quam uero peluibus exerçeant: Lecanomãtiã græci uocãt sicut Axinomantiã quam securibus:ut alibi est dictũ Strabo Lecanomantas & Hydromantas in Persia frequentes tradit.Paulo aũt infra ubi scribitur. Nec quicq̃ generosius ualuit).Ipse legerem Voluit:non Valuit.

Ex eodem.ii.

Magus ad eũ mithridates).Legendũ censeo:Tiridates.de quo in Nerone Suetonius & Tacitus:& septimo itẽq; tertio ac trigesimo libro Plinius.Erat & Romæ in septima regione quæ uia lata diceba tur locus ab equo Tiridatis. regis Armeniorũ nomen habens ut.P. Victor ait.Et infra. Nauigare uoluerant).Lego Noluerat:ut sensus habeat:Nauigatione Tiridatẽ ut Magum abstinuisse: quoniam ut post Strabonem Eustathius quoq; affirmat ουτε ουρουσιμ εισ ποταμουσ ουτε μι πτορται ουτε λουορται οι μαγοι.Et infra. Magicis etiã cœnis eum inuitauerat).Vetusti codices nõ inuitauerat:sed initiauerat.

Ex capite.iii.

Esopum cum galla).Legendũ hic & paulo inferius Oesypum:ut supra diximus.Itẽ. Araneorũ telæ candidæ:& quæ intra bulbos paruæ texunt). Lego Araneorũ telæ candidæ & quæ in trabibus paruæ texunt:ex Plinio aliubi dicente in cõtignationibus:quod hic in trabibus.Et infra. Prius acu compunctus).Lego Cõpunctas:hoc est Vitiligines.

Ex eodẽ.iii.

Tauri uocant scarabei terrestres hircino similes).Legendũ est nõ Hircino sed Ricino:ex uetustis exẽplaribus & Aristotele.Itẽ. Hæc quoq; quas melolonthas uocamus stomachi dolorem sedãt applicatæ sæpius).Legunt antiq codices hoc modo:ii quoq; quos Meliteos uocamus stomachi dolorẽ sedant applicati sæpius.De Catulis Melitæis Aristoteles Strabo Plinius aliubi.Habentur quidem & Melolonthæ:sed inter Scarabeos:ut est apud Aristotelem.Arbitrariũ sit & hoc. Dicunt autem Melolonthæ:ut inqt Pollux a qbusdã Melolanthæ:quia pomis arborũ florentibus fere proueniant,

Melithei Catuli qui

Ex eodem.iii.

Laudatissimæ autem sunt africanæ ex iis olitanæ).Quidã legunt Exin Olitanæ aut etiã solitanæ: ut Plinius libro nono:& infra. Fluuiatiles & albæ uirus habent:necnõ syluestres stomacho utiles). Legendũ est Stomacho inutiles ex Dioscoride. Item. Quidam torrentis sextarium in patina donec candidæ fiant excoquunt).Vetus lectio:Quidam torrent ex iis sextarium in patina donec candidæ fiant.

Ex eodem.iii.de Gryllo.

Tryxalis græce uocatur).Aelianus Troxalin appellat sexto de animalibus uolumĩe iis uerbis μη σιωπωσα τρωξαλισ.Et infra. Grauissimũ uitium apuleios appellatur). Legendum forte sit nõ Apuleios sed ileos:cum excrementa in stomachum resiliunt:atq; inde per os redduntur:omninoq; ĩtestini gracilioris morbus ita dicitur:Celsus Galenus cæteri.

Ex eodem.iii.

Sistit & Anatũ masculorum sanguinẽ).Vetus lectio habet Sanguis:nõ Sanguinem. & ĩfra. Palumbus ferus ex posca decoctus at hippotidis ex uino).Vetus lectio uice illius uerbi At hippotidis:habet Atipsodis.Neutrũ menda caret.ipse legendum arbitror Apodes sunt enĩ ut inquit Aristoteles & Plinius hirundinum specie quas & Cypsellos uocamus hodie in Venetia prouintia. Apodes uero qa usu pedum careant.

Aues quedã sunt ex genere hirundinũ Cypselli dicte & apodes qa usu pedũ careant

Ex eodem.iii.

Si catuli priusq̃ uideant applicentur Striduo).Legendũ Triduo.Itẽ. Quidam adiiciunt põpholium).Lego Pompholigem.Quid sit autem Pompholix:& Dioscorides & Plinius in metallicis.

Ex eodem.iii.

Succus coclearũ punctis e uocatus irrita depellit).Legendũ est illita:hoc est aluo:nõ irrita: ex antiquis codicibus.Item. Funditii eum in augurio uitalium habent).Vetus lectio nõ Fũditii eũ:sed Fũditum.Qui sint Funditii nõ inuenio:ut ppterea fere putem legendum sic:Eũdem in augurio uitaliũ habent.i.Ricinũ.siqdem littera.e.in litteram.f.p errorem ut sit mutata: facile præterea in reliqs eius uerbi partibus deprauatio consecuta est.

Ex eodem.iii.

Stellare pro inuidere
Crimen ftellionatus

Quia nullum animal fraudulentius inuideri tradunt).Legendũ inuidere: quandoquidem & ftellare uerbum pro ĩuidere ab huius animalis natura capitur:fed & maledicta hinc & ftellionatus crimé & ftellaturam accipere.in hiftoria Spartiani, Tribunos qui ftellaturas inqt militibus tuliffent:capitali poena affecit.De inuidia huius beftiæ Appuleius in magia.& Plinius octauo libro: Senectuté ait deuorare ftellioné ut præripiat comitiali morbo remedia.& ĩfra. Pfeudofpecé).Scribe Pfeudofphecen quafi falfam mentitãq; uefpam:σφηκα Græci dicunt eam. Ex eodé.iii.

Et in tertianus fiat poteftas experiendi quoniam miferia fpei deiecta an ne aranei quem lycũ uocant:tela.& paulo infra.Prodeft).Legendum eft Profit:non Prodeft. Verba porro illa Quoniam miferia fpei deiecta:nullum fenfum habent.ut decurtatum proinde locum effe nemo dubitet.Coniectura ergo unius uerbi uetuftis in exemplaribus reperti emédauimus in hunc modũ.Quoniam eius erit copia fpei de tecto.habetur enim uerbũ Copia:in omnibus fere manufcriptis codicibus.Eft auté intellectus experiri quemq; in tertianis poffe remedium quod ex aranea ꝓmittitur. quippe quod parabile fit omnibus.eiufq; fpei copia de tecto cuiq; fuo conftet. Ex eodem.iii.

Igni facro medetur oefypum cũ pompholonio).Scribe cũ pompholyge:ex uetuftis codicibus ut fupra demonftratum eft hoc ipfo capite.& infra. Item lacerta uiridis adalligata uiua in eo uafe qđ capiat).Fortaffe legendum fit:in eo uafe:quo cibum capiat. & infra Cũ cinere punicis & falis pari pondere).Legendũ puto aut Cum cinere Punici hoc eft Mali granati:aut Puniicis.hoc eft cum fcobe Pumicis:quod & magis ꝓbant uetufti codices:Nam & ufum Pumicis ad ulcera comendant Diofcorides Galenus cæteri:Erratum fimile inuenias & alibi fuperius.Satis abunde fit uel femel quæ minuta funt attingere. Ex eodem.iii.

Placidus grãmaticus
Prima auctoritas mellis Hymettio é fecũda cycladũ & Siciliæ

Rediuiuas).Lego Reduuias ex Fefto:quãq; Placidus quidam grammaticus Reduuias etiã pro ferpentium exuuiis intelligit.Et infra. Cum picæ liquida uel fymbolo & melle). Lego Cũ pice liqda uel fimblio melle:Diofcorides:Prima inqt mellis auctoritas Hymettio: fecũda Cycladum & Siciliæ. quod fimblium uocamus.& infra. Superpofitis lanis quæ Deinde fuffundant). Vetus lectio nõ deinde:fed Subinde:hoc eft frequenter.atq; ut proprie dicam:identidem.& infra. Cum radice lappatoria).Scribendũ puto:Cum radice Lapathorum:nam radix lappatoria nufq̃ legitur.

Ex capite.iiii.

Candoremq; & liuorem corpori afferunt).Scribendũ non Liuorem:fed Leuorem:ideft λειωτητα quod complanationem & terfitudinem fignificat.

Ex capite.v.

Pedicularis morbus

Tyria uero mactato corpore pota & mébrana fenectutis anguiũ triduo inhibet).Romana lectio non Tyria fed Phthires antiqua Phthirias. ipfe Phthiriafen hoc modo: Phthiriafen a toto corpe pota membrana fenectutis anguiũ triduo inhibet.Si enĩ uerbo Phthirias addideris litteras duas fequentis uerbi:Phthiriafen efficies:hoc eft pedicularem morbũ.Plinius priore libro de uipera: Pediculos inqt ex toto corpore expellit.pruritus etiam fummæ cutis.Cætera quæ ab aliis dicunt hoc loco:nõ minus fordida & obfcena q̃ fabulofa funt:Plinium uidelicet præcipere.deuorari pediculos.nec id fatis effe: fed e corpore defuncti alicuius atq; adeo per uim occifi.

Caftigationes Plinianæ eiufdem Hermolai Barbari ex libro.xxxi.

Ex capite Secundo.

a

Liæ frigidæ alibi calidæ alibi iunctæ).Vetus lectio nõ iunctæ:fed ĩunctæ:hoc é q̃s græci uocant υδατα λιπαρα.de qbus infra hoc ipfo libro Plinius: atq; ante ipfum Vitruuius.ité. Sic ut in trebellis).Scribédũ Sicut in Tarbellis: ex Strabone Cæfare:Lucano Plinio in Aquitania libro quarto.ité. Numerũ Deoꝝ numinibus uariis).Antiqua lectio Nominibus.ité. Enaria).Scribédũ ænaria per.æ.a ftatiõe nauiũ Aeneæ ut ait Plinius.Dicitur hæc & inarime Pithecuffaq; nũc ifchia.De nomĩe oppidi Coxendicis imagĩné præbentis in monte. Ex eodem.ii.

Aenaria Inarime & pithecuffa & nũc ifchia

In pyrrhea flumen quod aphrodifion uocat fteriles facit). Theophraftus & Athenæus in Pyrra: non in Pyrrhea υδωρ τι γεγονε παιδογονον εν θεσπι αισ.εν πιρραδε αγονον. Sunt autem Pyrræ multis locis.De Magnefiaca fortaffe hic accipitur quod fi uerum eft: fere fubdubito: non aphrodifiũ fed amphryfium uocari amnem eum.Celebratur enim hic in Magnefia Theffaliæ:Straboni: Plinio: Poetis.Lucanus:Qui flumĩe puro irrigat amphryfus famulãtis pafcua phœbi.Papinius:aut amphryfiaco paftor de gramine carpfi.Plura de hoc Ouidius & cæteri.

Ex eodem.ii.

Eudicus ĩ heftia).Heftiæã lego Theffaliæ ꝑté fuiffe Ptolomæo Strabõi cæteris.Homero ãt & Thucydidi oppidũ ĩ Euboea.Stepha.& ĩ Acarnania urbé tradit heftiæã:heftia nufq̃.ité. Catharĩ cãdoré facere).Legédũ Crathĩ:Strabo.Pli.Lycophrõ:Aelianus:uetufti codices. Ouidius:cratis & hic fibaris

ueſtris cõterminus oris.dictus απο τησ κρασεωσ quoniã duobus amnibus in Aegis Achaiæ miſceť unde nomẽ in Italiã trãſlatũ eſt.Euripides ορ υγραι ρει καλλιστευωρ ο ξαρθοσ χαιταρ πυρσαι ρωρ κραθισ.Notauit hoc & Merula:ne quem laude ſua:quod eqdem compertum habeam:defraude.Et in fra. Ad hallialmonẽ). Vetus lectio ad Haliacmon. De hoc amne in Macedonia Strabo Plinius & cæteri.

Nemo defraudandus ẽ ſua laude

Ex eodem.ii.

In leucis arcadiæ). Vetus lectio.In luſis Arcadiæ.Pauſanias quoq; Luſos urbẽ in ea terra collocat quã Polybius Luſas in mõtanis agri Clitorii apud quos a Melampode peribenť Curatæ Prœti filiæ. in Dianæ fano.inde haud ꝓcul fontẽ eẽ in agro Cynethenſium uicino:cuius aqua pota morſos a rabida cane liberet. ob id Alyſſon uocari Stephanus λουσοι πολισ αρκαδιασ οπου μελαμπουσ ελουσε τασ προιτου οθερ λουσιοσ και λουσευσ και λουσιατησ.

Vbi curatæ ſunt prœti filiæ

Ex eodem.ii.

Ad trophoniũ deum iuxta flumen erynum). Antiqua lectio nõ Erynũ ſed Orchomenon.Eſt aũt Orchomenus ad Lebadiã Bœotiæ ubi Trophonius colebať. auctoribus Strabone Pauſania cæteris. & ĩfra. Mutianus andriæ fonte). Lego nõ Andriæ fõte:ſed andri e fonte.Plinius ſecũdo uolumĩe. in andro inqt inſula tẽplo Liberi patris fontẽ nonis Ianuariis ſemper uini ſapore fluere Mutianus ter conſul credit.Pauſanias λεγουσι φησιρ ανδριοι παρα ετοσ σφισιρ εσ του διορυσου την εορτηρ ρειρ οιρορ αυτοματορ εκ του ιερου. Hoc ipſum fere in Naxo quoq; ac locis aliis contingere Diodorus ſcriptum reliquit.

Ex eodem.ii.

Theopompus in ſcotis lacũ eſſe dicit.(Vetus lectio.in Scotuſſis. Sunt aũt Scotuſſæ in Macedonia & Theſſalia:ut quarto libro diximus:quarũ altera inſignis eſt uictoria Romanorum cõtra Philippum regem ad Canis caput:ita locus appellabať ubi.T.Quinto Flaminio duce pugnatũ eſt: Nã Scotti Britanniæ ſunt populi non pridẽ cogniti ueteribus quorũ mentiõem Claudianus & Sidonius poetæ faciunt.

Ex eodem.ii.

Duo ſunt fontes cyllon & Gyllon ab effectu græcorum nominũ dicti). Vetuſti codices:Duo fontes Clæon & Gelon ab effectu græcorum nominum dicti:hoc eſt ab effectu plorandi Clæon:ab effectu ridendi Gelon.

Fontes duo ſunt ab diuerſo effectu nominati Gelõ Glæon

Ex eodem.ii.

Gannone eſt fons calidus). Scribendum Cranone. Athenæus εν κρανωνι δε φησιν υδωρ ησυχη θερμον ο διατηρει κραθεν τατον οινον επι δυο και τρεισ ημερασ.Erat autem Cranon in Theſſalia ut Hecatæus inquit oppidum iuxta Tempe.in Magneſia Plinio & Straboni dictum: ut quarto libro expoſuimus:ubi nunq̃ plures duobus corui ſunt:quod & decimo uolumine oſtenditur. Fuit & in Epiro Cranon Theopompo Plinio.Straboni Ptolomæo.Fabius Quintilianus urbem in qua triclinium illud ſupra conuiuas corruit:unde ars memoriæ inuẽta ſit:alios tradit Pharſalum: alios Cranonẽ credere.

Vbi ex ruina triclinii Ars memoriæ ĩuẽta eſt

Ex eodem.ii.

Sunt & mattiaci in germania). Quidã Moguntiaci.ĩſigne id oppidum eſt Germaniæ uiſum a nobis Rheno appoſitum parte quæ Galliæ Belgicæ contribuitur:auctore Tacito Antonino Ptolomæo Ammiano.Sed Mattiacum tamen legendũ eſt.in Germania id habetur. lõgeq; a Belgis atq; Rheno: ſtadiiſq; a Mogontiaco plus minus.M.cccc.ex Ptolomæi ratione.unde pilas Mattiacas poeta Martialis pro ſapone dixit:quẽ alibi ſpumam cauſticam & ſpumam batauam nominat. Et infra. Quanq̃ inter uitia operis).legendum eſt inter initia operis.

Pilæ Mattiacæ quæ

Ex eodem.ii.

Cteſias tradit ſiderim uocari ſtagnũ in indis in quo nihil innatet ſed omnia mergantur). Strabo Silian non Siderim εν τη των ινδων ορει ρη σιλιαν ποταμον ειναι ω μηδεν επιπλει.Hoc aũt nec Democritum nec Ariſtotelem uideri crediдiſſe.In Diodoro amnis idem. σιλλα non σιλια ſcribiť: Sed & in indica hiſtoria ſiue illa Arriani ſit ſiue alterius:unde populi quoq; Sillii.Eſt autẽ & amnis & fons eodem ibi nomine.

Ex eodem.ii.

Neptuni fons limyræ.(Verbum Neptuni ſuperuacuũ eſt in uetuſtis codicibus:in quibus ſane Tẽplum legitur nõ Neptuni:quanq̃ & hoc corrupte.tum ex Athenæo ac Plinio ſequenti libro:qui fontẽ eum in Lycia Apollini ſacrũ dixere:nõ Neptuno.Et ĩfra. In ſiciliæ fonte phinthia). Ptolomæus urbem Siciliæ Phintiã & alteram nõ procul Lilybeo Pinthiam nominat.Nam quod in Plautino milite Phinthia legebať:quaſi Regis nomẽ alicuius:nos Pythia correximus:ut ſupra quoq; dictum eſt.

Error ĩ Plauto correctus

Ex eodem.ii.

Cuius Gurgite periuri necanť parthi uelut flãma urente). Vetus lectio:Cuius gurgite piuri notãtur pati uelut flãmã urẽtẽ in Sicilia quoq; Stephanus fontẽ eſſe tradit Palicænũ uocatũ: quoniã iuxta Palicos fratres ſit in eũ inqt tabella mittitur a iuratis:quæ ſi uerũ dixere:fluitat: ſin falſum mergiť: & ipſi continuo flãmanť:Fontẽ ipſum decẽ fiſtulis aquam reiicere in altitudinẽ cubitoꝝ ſenũ:putes inundatũ iri loca circũ oĩa.ſed ꝓtinus coire denuo in ſeipſam. Quod aũt hic diciť. Brietum). codices antiqui Brieciũ.ſed & libro qnto Plinius in bitynnia briazum & Aleon amnẽ cõmemorat:ut Apuleius fortaſſe adhunc deũ ſiue locum alluſerit octauo libro: ubi ait Gallos illos & Phrygas ad uillã poſſeſſoris britin perueniſſe:ꝓtinuſq; phanaticos religionis ſuæ motus adhibuiſſe.

Vtinam talis fons eſſet apud nos

Ex eodem.ii.

Ad fonté aluio appositũ).Scribe alueo:quod & sequẽtia præcedẽtibus adiũcta & Romani ac uetusti codices ostendũt.& ĩfra. In achaia ad pheneũ).Melius in Arcadia q̃ in Achaia: ex Vitruuio Varrone Papinio Strabone Plinio Solino Pausania:de quo uolumine secũdo latius.nũc & illud addimus: in Arabia quoq; & Alibi Stygis aquæ genus fundi.Ptolomæus auctor. Ex eodẽ.ii.

Quot mõis Thermopilæ uocetur

Necare aquas Theopõpus & ĩ thracia apud cychros).Vetus lectio.ĩ Trechea.Herodotus ad thermopylas aquæ calidæ sunt:quẽ locũ uocant Chytros. Theophrastus quoq; lib.v.de causis plantarum Chytron locũ eũ uocat cauũ & stagnantẽ insalubremq; in Thessalia. Porro Thermopylæ iuxta urbẽ Thrachina sitæ sunt auctore Plinio.Alioqn & Trachinia quoq; dicit̃ Straboni:& Trachea Herodoto itẽq; Trechea.Etiã si Theopõpus auctore Stephano Chytropolin in Thracia locũ esse tradidit.sed & oppidũ in Cypro Chytros appellat̃:a qua Chytrii dicant̃.A Chytropoli Chytropolitæ potius.Fuit quidẽ Cychrios uicus sed prope Salamina:a quo & ipsa quoq; Salamis cychræa cognominatur ut inquit Strabo.Vitruuius quoq; ubi de aqua tali meminit fœdissime corruptus est: & Crobs in thracia lacus inquit est ex quo non solũ qui biberint moriuntur:sed etiam qui lauerint. Nihil audeo mutare: occasionem diligentioribus & uacuis exhibeo. Ex eodem.ii.

Crobs ĩ thracia lacus bibẽtibus mortifer

In perperenis).Legendũ fere uideretur qbusdam in Parparoniis: ex Stephano qui ait. Parparon Asiæ regio æolica:ubi thucydides decesserit.Idẽ auctor & Perinẽ uocari eam tradit:Strabo tamen & Plinius perparenem.Quod aũt in Macedonia sepulchrũ Euripidis poetæ haberi scribit.idem Vitruuius confirmat.Pausanias Athenis monstrari dicit.sed fieri potest ut cenotaphiũ id fuerit.Etenĩ Euripidem canis morsu extinctũ in Macedonia legimus ad locũ Bormiscũ:a Bormio dictũ monte ut cõiicio:cuius in thessalia mentio facta est.Canes eas ut ait Stephanus Esterincas uocant indigenæ. Poeta ipse Trapezeas. Ex eodem.ii.

Euripides canis morsu periit ĩ macedonia

Clarii apollinis delubrũ ubi sit

Lebeonemq; alluit Riuus in quo saxa ĩ altitudinem crescũt). Vetusti codices Lebedon nãq; alluit rinus & reliqua.Est autẽ Lebedos Colophoniorum prope Apollinis Clarii delubrum in ionia:cuius aquæ calidæ omniũ quæ mari proxime sunt balneis laudatissimæ suauissimæq; habentur ut inqt pausanias.idẽ paulo infra:Est ales inqt Colophonæ fluminis oĩum qui sunt ĩ ionia frigidissimus. Lebedo autẽ balneæ hoĩbus & miraculo sunt & usui.Auctor idẽ Auelonta uocat eum amnẽ cuius aquã in Colophone frigidissimã haberi scribit. Ex eodem.ii.

In eurimenis).Scribendũ p.y.Eurymenis.Sũt aũt Eurymenæ Hecatæo oppidũ Thessaliæ.Plinio Macedoniæ.Quod aũt seqtur. In scyretico metallo).De Scyro insula uidelicet intelligas. Strabo αι τωμ αι γωμ αρεται τωμ σκυριωμ και ταμεταλλά της ποικιλας λιθου της σκυριας. nam & Scyros ut inquit Eustathius appellata est:quia σκυρος dicatur salebra & asperitas.præsertimq; id genus lapilli quod cum marmor ceditur exilit. Ex eodem.ii.

Quo nomĩe uocet̃ Lapillus q exilit cũ credit̃ marmor

Nam miosæ in macedonia).Legendũ:Nam Miezæ in macedonia.Est autem Mieza oppidũ macedoniæ qđ olim Strimoniũ uocabant a Mieza Beretis Macedonis filia cognominatum: auctor Stephanus.De Mieza uero & Plinius lib.iiii.& cæteri. Ex eodem.ii.

In phausia cheronnesi rhodo).Scribendũ,puto Rhodiorũ:de quo & ĩferius hoc lib.Rhodiorũ inquit fons in Cherõneso nono anno purgamẽta egerit.Est aũt Cherõnesus hæc in Caria: ubi Gnidus oppidũ extrema eius obtinet:auctore Plinio Ptolomæo cæteris.q̃q̃ huic uicina Cherrõessus ẽ altera: ubi Halycarnassus & fons ut inqt Strabo salmacis:de quo tamẽ multa græci latiniq;:Seneca:Est ĩquit in Chersoneso Rhodiorũ fons q post magnũ ĩteruallũ tẽporis fœda quædã turbidus ex imo effundit donec liberatus eliquatusq; est.ubi tamẽ corrupte nõ Rhodiorũ sed Chodiorũ quãdoq; legebat̃:sicut haud multo post:Circa Messenem & illas:scribendũ est Mylas.ita.n.in Sicilia uocat̃ locus:ut secũdo libro indicatũ est.idẽ Seneca:Fuit inqt aliquãdo aquarũ inops humus. sed cũ Gallorũ gens a Cassandro obsessa in illã se cõtulisset & cætera.Scribendũ est nõ Humus:sed Hæmus:ex Theophrasto ac Plinio superiore capite. Ex capite.iii.

Emendat̃ locus apud Senecam

Etiã limi nõ aliis inesse plus aut animaliũ quæ amplius faciũt tediũ).Verbũ amplius:ĩ uetustis codicibus nõ legit̃.Et ĩfra. Vnus in toto orbe tradit̃ fons aquæ iocunde olentis in messopotamia cabille).Vetus lectio Cabure.Sed & Plinius libro ꝓxime sequẽti Caburã nõ Cabillẽ scribit.Porro Cabiria ĩferioris Asiæ Cappadocũ ciuitas ẽ:q̃q̃ & in Bœotia populi sunt Cabirii.Est & Cabile urbs:sed in Thracia:ut auctor ẽ Polybius.Et ĩfra de aqua martia. Fornicibus ĩstructis ꝑ ĩductũ).Vetus lectio Fornicibus structis ꝑducta.itẽ paulo ĩfra. In uillas & suburbana decoquẽtibus publicã salutẽ).Antiqui codices habent Detorquẽtibus nõ Decoquẽtibus.Extimandũ relinquo. Ex eodẽ.iii.

Donicum ad aquam uentũ est sine arena tophus surgit).Vetusti codices sunt e quibus ita restituẽda uidet̃ esse lectio.Cũ ad aquã uentũ est sine arenato opus surgit.sequit̃.enim ratio:ne uenæ obstruantur.Vitruuius octauo libro unde Plinius hæc accepit:Secundũ inquit puteũ dextra ac sinistra defodiantur æstuaria:ita enĩ quẽadmodũ per nares spiritus exacti dissipabunt̃.cũ hæc sic explicata fuerit & ad aquã erit peruentũ tunc sepiatur structura ne obturentur uenæ. Est aũt Tophus lapis qui græce dicitur Porus a Vitruuio:producta prima.

Tophus lapis qũo græce

Ex eodem.iii.

Athenis & neachronos nimbosa æstate frigidior est. Legēdum: Athenis Enneacrunos & reliqua. Nomē fontis est Enneacrunos a pysistrato cōditi:auctores Pausanias & Thucydides:a numero saliētium dictus:quos græci κρουνους appellant hoc est fistulas aquæ ductus ue. Nostri uero ut dixi Salietes uocant: Vitruuius frontinusq;. Verba sane illa quæ habentur paulo ante:hoc est simili ratione portus & oppidi:uidentur ad clausulam hanc referri ex Vitruuii octauo. Hæc inqt maxime considerātur Athenis ibi enim ex eiusmodi locis & fontibus nasci usq; ad portū Pyrrheū ducti sunt Saliētes: e quibus bibit nemo ꝓpter eā cām sed lauationibus & reliquis rebus utunť. bibūt autem ex puteis & ita uitant eorū uitia. Itē. Nimbosa æstate frigidior est deinde maximo æstuq; puteus in iouis ortu). Nec in uetustis codicibus nec in Romanis uerba illa tria reperiuntur: deinde maximo æstu. uidētur enī ex præcedenti clausula ut fieri solet plerunq; repetita. Ex capite.iiii. Enneacrunos

Velut in narmensi agro). Vetus lectio Velut in Narniensi agro. nā municipes eius loci Nartes appellabantur: ut antiqua marmora ostendunt. Ex capite.v. Nartes

Arethusam syracusis fimum redolere ꝓpter olympia). Vetusti codices nō propter Olympia: sed per Olympia. Strabo εν ολυμπια βουθυσιων.& Seneca iis diebus Olympia sunt: uictimarūq; stercus secundo flumine illic redundat: Vt sensus sit: aquam fontis eius q̄diu ludi agunť Olympii olere fimū: quoniam inquit Alpheus in eam insulam sub ima maria ꝑmeet. Celebrantur autem Olympia in Elide: cuius oppidum pisam amnis Alphæus præfluit. Aretusa inqt Plinius fons est Syracusanus ī quo reddunť iacta in Alphæum: qui per Olympiam fluens Peloponnesiaco lateri infunditur. Timæus & Phialam quæ in Alphæum ceciderat: & sordes alias in Arethusa reddi ꝑ id tēpus scribit: quod & apud Strabonem legitur: etiam si non credat ipse Silius: Hic Aretusa suum piscoso fonte receptat Alphæū sacræ portantem signa coronæ. Ex capite.vi. Vbi Olympia Celebrāť

Commissuris pixcidatis). Scribendū Pixidatis. Huius autem de quo hic agitur præcepti rationē iterpretationēq; Frontinus & Vitruuius penultimo libro cōtinēt. & īfra. Sicut in segesta Siciliæ). Scribendum Egesta. Philon εγεςα πολισ σικελιασ ερσα θερμα υδατα απο εγεςου τροωσ. Strabo ταμεν σεληνουντια υδατα κατα ιμεραν αλμυρα εςι τα δε αι γεςαι αποτιμα.

Ex eodem.vi.

Phthiade aspide resperfis). Legendū ptyade aspide respersis. Sunt enim aspidum tria genera: Chelidoniæ: Chersææ: Ptyades: a sputo dictæ. Ptyaden fuisse quam Cleopatra sibi admouerit testis ē Galenus. Ex capite.vii. Tria genera aspidum

In bactris duo lacus uasti alter ad scythas uersus alter ad darios). Legendū fere fit Arios: non Darios: quanq̄ Bactriana inter eos quasi media locatur Arios a Meridie: Scythas a Septentrione spectās auctore Ptolomæo. Alioquin & Daritis regio uocatur Arianæ quædam pars: teste Plinio: ut & Darios quis possit defendere. & infra. Ad Stitium in cypro). Vetus lectio Ad Citiū. & infra quoq; ubi dicitur. Quem stitiū appellamus). Scribe Citticū: ab oppide Cypri Cyttio: unde Cittieus Zeno: auctores Strabo Plinius cæteri. Ex eodē.vii. Cittieus zeno

Apud bactros amnis ochus & xerxes ex appositis montibus deferunt salis ramenta). Legendū arbitror nō Xerxes: sed aut iaxartes ex Plinio in situ orbis: & Ptolomæo: aut iaxtes. Claudianus Annue sic: Nobis Scythicus famuletur iaxtes. in quo uersu tamen corrupte legebatur Artaxerxes. Sūt enī circa Bactrianam Sogdianāq; tam iaxartes q̄ iaxtes flumina. inter iaxartem inqt Ptolomæus Oxūq; duo habentur amnes Polatmetos & iaxtes. aut tertio qđ & magis probo lege: apud Bactros ambis Ochus & Oxus & reliqua. & ita sane codices habent nōnulli ueteres. alioqn & Oxus & Ochus in Bactris sūt & miscentur. qđ ꝙ Plinius hoc ipso cap. Ruffus inquit sal est circa Oxū. Q. Curtius: Superatis inquit Ocho & Oxo urbem Marguriam peruenit.

Ex eodem.vii.

Spiritu madido sic adiuuante mollientes ut adiuuent aquæ). legendū Adiuuant: non Adiuuent ut sit sensus: Leuem in specu suo ꝓpterea salem uideri mollientibus quia cuniculorū spiritus ita eum suspendit ut aquæ inuectu sustinere solēt. Et infra. In hispania citeriore e galeaste ceditur). Scribendum est Egelaste: ita enim uocatur oppidum Straboni & Plinio: unde sunt Egelastani.

Ex eodem.vii.

Apud Theophrastum inuenio imbros). lego aut imbrios. Est autem imbrus Thraciæ insula Mercurio sacra quam uocant imbramum: oppido quoq; in ea nomen est imbrius: ex Stephano. aut certe Vmbros: quod & uetusta sequuntur exemplaria: fereq; in Theophrasto legisse memini. Imbrus

Ex eodem.vii.

Vulgo heminis iocundissimis). Codices uetusti: Vulgo e Menis iocundissimus: ut sit sensus: Salē qui e Muria Menarum recocta sit esse iocundissimum. Et infra. At e stagnis tarentinis). Legendū est at e stagnis Tarentinus. Ex eodem.vii.

Ac eriguis qui tateus uocatur). Sunt codices in q̄bus legiť: ac Phrygius qui Tattæus uocať. Dios.

E ſtagnis inquit ualidiſſimus omnium eſt phrygius: qué alii Tattæon alii Tritæon:alii Ganteon. Erit
ergo ſenſus:e ſtagnis maxime probari Tarentinum ac Phrygiũ:q Tattæus uocatur. E Cappadocia q,
dem galatiæ cõfinio Morimenorum gente ſtagno ibi ſalis natiui quod Tattá uocát:unde nomé. Sed
quia magnæ tamen Phrygiæ pars ea fuit ut inqt Strabo:nihil mirũ ſi Phrygius quoq; ſal dici recte:po
tuit.& infra. Rubeus memphi).Legendum eſt Rubet Memphi: ex uetuſtis codicibus: Alioqn ru,
bens non Rubeus ſcribendum fuerit. Ex eodem.vii.

Adeoq; neceſſarium elementum eſt ut tranſierit intellectus ad uoluptatem.animi quoq; ſammia
ſales appellantur).Lego:Adeoq; neceſſarium elementũ eſt ut tranſierit intellectus ad uoluptates ani
mi quoq;:nam ita Sales appellantur.Quidá legebant Animi quoq; ſolatia Sales appellantur.Sunt qui
Samniones — Samnia non Sammia hoc loco ſcribant.Samniones inqt Marcellus a Samniis dicuntur: qui ſunt ĩ di
ctis fatui & in motibus & ĩ ſcenis:quos græci μωρουσ uocát:unde Moriones Plinio Cæcilio Martia
Sales — liq;.Terentius in Eunucho.Solus Samnio ſeruat domũ.Cicero de oratore: Quid enĩ poterá ridiculũ
quaſi Samnio quærere uultu imitantis moribus uoce deniq; corpore ridentur.Sales uero ꝓ ridiculis
accipi quandoq; teſtis eſt Fabius libro ſexto:Salſum inquit in conſuetudine pro ridiculo tantum acci,
pimus natura non utiq;.hoc eſt q̃q̃ & ridicula oporteat eſſe ſalſa.Cicero ad Papyrium Pætum ſalis in
quit ſatis eſt Samniorum parum.Probus Samniones a Sanna dictos putat quæ ſit os diſtorum inquit
cum uultu. Ex capite.ix.

Contra ceraſtem cum origano & cera).Legendum uidetur ex Dioſcoride:Cõtra Ceraſté cũ ori,
gano aut cedria.& infra. Ad hecerocranas).Legendũ Ad Heterocranas:hoc eſt ad capitis doloré
qui altera tantũ eius parte ſentiat́:ſiue ad teredines:ex Dioſcoride Galeno cæteris.& ĩfra. Ad hoc
Tattæus — maxime ꝓbatur etateus).Lego aut Tattæus.qui & phrygius ſal uocatur ex Dioſcoride ac Plinio ſupe
rius:Hi duo inquit hoc eſt Tattæus & Tarentinus oculis utiles.Aut Tragaſæus:Sunt enĩ exéplaria in
quibus non Tattæus parte hac:ſed Tragaſæus legatur:quem & iumentorum oculis probari ſupra eſt
dictum. Ex eodem.ix.

Crocodilorum morſibus ex aceto in linteolis ita ut battuerétur ante ictum ulcera). Dioſcorides
legit:Crocodilorum morſibus ex aceto in linteolis ita ut aſtringant́ a recte uinctu loca:hoc eſt ϛυφο,
Battuere — μεϻωϻ εϻ δεσμοισ:ut fortaſſe Plinius τυπτομεϻωϻ legerit:non ϛυφομεϻωϻ.Vtcunq; non ante ictũ
ſed uel ante ictu uel arcte uinctu legere oportet. Verbũ aũt Battuere pro eo qđ eſt uerberare uſitatũ
Comicis & gloſſematariis expoſitũ prætereo. Ex capite.x.

Quod uocant halmigara).Vetuſti codices Halmiraga quaſi Salſacinum ꝓpter exiguitatem:græ
ci.n.ραγα nominant quod nos Acinũ.& infra. Optimũ copioſum q in clitis Macedoniæ). Quid
Chætæ — ſi legatur in Chætis Macedoniæ:́Fuerunt auté Chætæ ut Ptolomæus inquit oppidum haud longe a
Lete — Macedonici ſinus ora:in quo & Chalaſtrá Plinius in terrarũ ſitu collocat.Quid ſi non in Chætis: ſed
in Letis:́Fuit aũt Lete ciuitas non procul Chalaſtra.Plinius.Chalaſtra inqt & intus Phileros & Lete.
Scio & Cletum Macedoné Pallenæ uirum fuiſſe:a quo populi fortaſſe Cliti per ea loca nominentur:
quemadmodũ a Pallene Pallenæi:ut in ea relatione diximus.Dioſcorides certe Nitrum in Bunis Ma
Bunos — cedoniæ cõmendat:ſiue nomen loci ſiue colles eo uocabulo ſignificet.Porro Bunos ciuitas eſt etiam
Bunema — illyrica.Eſt & in Epiro Bunema oppidum ab Vlyxe cõditum auctore Stephano.
Ex eodem.x.

Salinis mare infundunt.nihilũ autem nitrariis).Legendum puto non Nihilum:ſed Nilum:ex ſe
quentibus.Et infra. In lacu aſanio).legendũ Aſcanio:ex uetuſtis codicibus: unde ipſa quoq; regio
dicitur Aſcania.quæ tamen gemina eſt:altera Phrygiæ:altera Myſiæ ut Strabo inqt.Sed & fluuius q,
dam Aſcanius uocatur in Phrygia.id nomen habuit ab Aſcania ciuitate quá cõdidit Aſcanius Aeneæ
filius auctore Stephano. Ex eodem.x.

Naucratis — Nam circa achatim & mẽphin).Vetus lectio:Nam circa naucratin & Memphin.Eſt aũt Naucra,
tis in Aegypto ciuitas a Mileſiis appellatione indita:qui mari tunc potirent́ & claſſe præpotentes eſ,
ſent:ex Strabone ac Stephano.Et infra. In pane ſalis uice utuntur caleſtrico).legẽdũ Chalaſtrico:
Chalaſtra — ex Strabone Polluce Stephano.Eſt autem Chalaſtra quá leo uocauit Charaſtiam ad Thermæũ ſinũ
Straboni a Chalaſtra ꝓximo portu dicta.Et infra. Furunculos admixtum reſinæ extrahit).legen
dum forte uideretur Exterit:hoc eſt ut inqt Dioſcorides ϛομοι quo uerbo utuntur græci cum acié
ferri ut exacuta ſit:exterendá ſignificant.ſed & aciem trahere dicuntur aquæ pro eo quod eſt exacue
re:id ϛομοσιϻ græci uocant:auctor Plinius.xxxvi.uolumine de Cotibus.
Ex eodem.x.

Solium quõ græce — Podagricis in balneis uti ſolia nitri prodeſt). legendum eſt Solio : nõ Solia.Soliũ eſt quod græci
Pyelon uocant:id ex Nitro quoq; fieri potuiſſet:cũ ex eo uaſa quoq; utenſilia in ægypto cõficerétur
auctore Plinio:Sicut ex aſio quoq; lapide ad podagras ĩ balneis fieri ſolia præcipiũt Celſus & Dioſco
rides & Plinius. Quidá tamen legere malunt Vngi folia Nitro prodeſt.Et ĩfra. Salnitrum ſulphu
ri concoctum in lapidem uertitur).Vetus lectio: Sal & Nitrũ Sulphuri concoctum in lapidé uertit́

Quod quidem quo ad Nitrum pertinet superius hoc capite monstratum est Lapidescit inquit in acer
uis.Item.Liquatum inquit cum sulphure coquentes ex eo uasa faciunt.Porro Salnitrum ut modo ĩ cõ
suetudine uulgi dicitur:factitium & ad tormenta ignium missilia repertum ueteribus fuisse uidet̃ ĩco Salnitrum
gnitum.

Ex capite.xi.

Maribus duriores alias quas appellant tragos).Dioscorides:E maribus duriores alias quas appellãt
Tragos.& infra. Ex aqua uero coelesti impositæ siccant recentia non patiuntur intumescere).Ve
tusti codices non habent Siccant:sed loco eius Secta : hoc est uulnera.quod & Dioscorides hac parte
præcipit.Et infra. Imponuntur & integris partibus & fluctuatione occulta laborantibus).Legen
dum Fluctione.Dioscorides.& infra. Si Ferueat impetus ex aqua eadem e callo salso madidæ).Ve
tusti codices & Dioscorides:Si ferueat impetus ex aqua:eædem & callo salsa madidæ:hoc est imponũ
tur & callo:madidæ aqua salsa.Item Nunc autem mollissimæ circa muros antipolis urbis reperiun
tur).Vetus lectio nõ habet Antipolis:sed Antiphelli:quod & probamus. Sunt autem Antiphellos & Antiphelli q
Phellos urbes in Lycia:de quibus Strabo Ptolomæus Plinius cæteri.

Castigationes Plinianæ eiusdem Hermolai Barbari ex libro.xxxii.

Ex Capite Secundo.

Inguescere lactatu).Vetusti codices iactatu non lactatu.Item. Sed quæ ueteres ꝓdi
dere in stagnis non piscinis admirati).Legẽdum:Sed quæ ueteres prodidere ĩ stagnis
p nos in piscinis admirati.& infra. In helore siciliæ castello).Scribendum ĩ Eloro Sici Elorus
liæ castello a flumĩe id nominis obtinuit ĩ quo e manu Vesci pisces Appollodorus me
minit in chronicis & Nymphodorus & Athenæus:qui lupos & angulas esse tales dixe
re.De hoc & supra libro tertio.

Ex eodem.ii.

In mesopotamiæ quoq; fonte cabura de quo diximus pisce).Legẽdum arbitror:in Mesopotamiæ
quoq; fonte Cabura de quo diximus:ut uerbum Pisce: superuacuum intelligas.Etenim sũpiore libro
non de pisce ullo fontis huius:sed de ipso tantum fonte locutus est:Vnus inquit in toto orbe traditur
fons aquæ iocũde olentis in Mesopotamiæ Cabura.quanq̃ nõ Cabura:sed Cabile ibi legitur:ut testa
ti sumus

Ex eodem.ii.

Nã in lycia miris ĩfonte apolinis.quẽ curiũ appellãt).Legẽdũ ex Athenæo:Nã in lyciæ Lymira fõ
te Apollinis:quẽ Dinũ appellant.& ĩfra Ad apellẽ insulã & ad clazomenas). Vetusti codices nõ ad
Apellẽ insulã:sed ad pelẽ habẽt.Plinius quoq; libro qnto haud ꝓcul locis iis Pelen cõstituit : etiã si & Pelle insula
ibi quoq; scribitur Apele:ut ĩ ea relatiõe diximus.Thucydides lib.octauo:Naues ĩqt cæteræ tenuerũt
ĩsulas Clazomenis obiectas.Marathusam Pelen Drymusam.

Ex eodem .ii.

Circa cephaloniã & ampeloporõ & Deli petras).Vetus lectio:Circa Cephaleniam Ampelon Pa
ron & Deli petras.Est autem Ampelos ad Samum ĩsula uel promontorium Straboni:Item Cyrenis Ampelos ad Samũ insula
& Toronæ.quanq̃ Toronæ multæ:& Ampeli quoq; præter iam dictas multæ.& infra. Porcũ quẽ
lacedæmonii ostagoristum).Lege Orthragoriscum ex Plinio ĩferius & Athenæo:qui lactãtes porcel
los atq; adhuc subgrumos ita nominari scribit Lacedæmone:απο του ορθρουκαι αγοραζεσθαι quo
niam matutinis omnibus uenales circunferentur.Et infra. Beneuenti recentia refici constat). Le
go Effici:non Refici:ut sensus sit apertior.

Ex eodem.ii.

Numa constituit ut pisces qui squamosi non essent ni pollincerent patrimonia ad conuentus & cõ
uiuia publica & priuata cœnasq; ad puluinaria facilius cõpararentur:ni qui ad pollinctum emerẽt pre
cio minus parcerent eaq; præmercarentur).Legendũ arbitror partim ex uetustis codicibus:ꝑtim ex
coniectura in hunc modum:Numa constituit ut pisces qui squamosi nõ essent:ni pollicerent patrimo
nia cõmentus ut conuiuia publica & priuata cœnæq; ad puluinaria facilius compararentur:ni qui ad
pollinctum emerent præcio minus parcerent eaq; præmercarent̃. Martialis iam scrobe iam lecto iã Pollictores q
pollinctore parato Heredem scripsit me numa conualuit.Quid autẽ sit ad pollinctũ emere:aut quod
idem est pollincere:de quo & pollictores hoc est funerũ accuratores & redemptores dicunt̃. Vulpia
nus Festus Nonius post Plautũ Martialẽq; docebũt.At sensus uerborũ talis:Numam instituisse uti ne
pisces qui squamosi nõ essent emerẽtur ad pollinctum a patrimoniis : patrefamilias defuncto.Excogi
tata ratione:ut publica & priuata conuiuia epulæq; item sacræ prophaneq; impendio minore cõpa
rarẽtur ne pollinctores ea præmercati rerum præcia ut fieri solet accẽderent annonamq; flagellarẽt
hoc est duriorẽ facerent.Ob id græci eos ut inquit Pollux Timiopolas uocãt:idest τιμιοπωλασ qua Timiopole q
si precio non parcentes:propter quod annona solet ingrauescere.In funeribus cœnam delitiosam ap
parari solitam constat:quæ ut Probus ait ad rogum delata cũ ipso defuncto cremaretur: ut illud Vir
gilianum.Congesta cremant̃.Persius:Sed cœnam funeris hæres & reliqua. Festus Polluctores uidet̃
pronunciare nõ Pollinctores:Quas inquit pollucere merces liceat :sunt Far Polẽta Vinum Panis fer
mentatus Ficus passa Suilla Bubula agnina Casei Ouilla Alica Sesama & Oleum & Pisces quibus est
squama præter squalum.Herculi autem omnia esculenta posculentaq;.Plautus in Sticho:Hodie inqt

pollinctura est. Nonius: Pollinctores inquit sunt qui mortuos curant: auctoritatéq; Varronis affert in eo libro qui Mulum muli scabũt inscribitur: in quo menda est in oĩbus codicibus: Pro eo quod est Mutuum muli scabunt. Cuius prouerbii meminit Ausonius: etiamsi corrupta in ipso quoq; lectio est. De pollinctoribus & Ammiani uerba sunt. Et qui cum iustino floruit Christiani hoĩs fulgentii. Verbum autem Ni: pro eo quod est Ne: ueteres usurpasse testis est Apronia̋us in Virgilium eo uersu: Ni faciãt maria ac terras cœlumq; profundunt. Quippe ferant uenti. Diximus & Posculenta non Peculenta: cũ ex antiquis Festi codicibus: tum ex uetustissimo monumento quod Ferentini ostenditur.

Corrigitur locus apud Ausonium. Apronianus in Vergilium

Ex eodem.ii.

Acri ferramento præcidi hac de causa cheralium uocitatum). Lego ex uetustis codicibus Ciralion siue Ceralium απο του κειρεσθαι quod est eradi: stringi: demeti. siue Curallium απο τησ κουρασ. nec aliter sane appellatur a Theophrasto. Et infra. Nec scabrosum aut lapideum). Dioscorides nec scabiosum aut lapideum. Et infra. Conicientibus gummi cum sale). Vetus lectio nõ cum sale: sed cum sanguine: quod & probamus ex Dioscoride: qui hæc ipsa fere ad uerbum tradit.

Ex capite.iii.

Quoniam hammoniaci coloris esse debeant circũdati). Dioscorides: Quoniã Hammoniaci coloris esse debeant tunicis circũdati. Et infra. Aduersus chalcidas). Forte legas nõ Chalcidas sed Chalcidicas: de quibus supra dixit uocari etiam Sepas. cuius rei & Dioscorides quoq; testis est. Cæterũ cum Aristoteles Calcida Lacerto paruo similem esse tradat: nõ ausim mutare: præsertim q; Chalcis alia uidetur esse q̃ Chalcidice: ut hoc ipso libro demonstrabimus. Sunt tamen quidã enarratores Nicandri quibus Seps a Chalcide non differt.

Ex capite.iiii.

Amphibia

Geminis similiter uictus in aquis Terraq; & testudinum). Legendũ Geminus: nõ Geminis: ideoq; talia græce Amphibia dicuntur Plinio Varroni cæteris. Item mox infra. Effectusq; pari in honore habẽdo). Scribẽdũ arbitror Effectus quoq; pari honore habendi. Item statim post. Figuræq; ueræ proprietatem). Vetus lectio: Naturæq; proprietatẽ. Et ĩfra. Mas quidem egræcis emidas appellãt). Codices antiqui. Has quidem græci Emydas appellant. Idẽ Aristoteles atq; Theophrastus: ut sit εμυσ εμυδοσ. Item. Pedum remas). Dic Pedum rimas hoc est quas græci Rhagadas & Rhagadia.

Ex eodem.iiii.

Auctor est helopi scincoq; appelles). Lego: Auctor est Pelops: Sĩcoq; Appelles: ut sensus cõstet. itẽ ex uetustis codicibus & Pliniano indice. Et infra. Peculiariter a chalcide cerasto aut quas sepas uocant). Sunt aliquot exemplaria in quibus non Chalcide: sed a Chalcidice legatur: de quo superius diximus. Sed cum Chalcidice uideantur eædem esse cum iis quas Sepas uocant: placet Chalcide non Chalcidice. Item. Aut helope dipsadeue percussis). Legendũ Helape non Helope: Auctor Aetius: Pelias inquit & Helaps in serpentium numero ponuntur: Sed quia notæ sunt ĩquit discriptione nõ indigẽt.

Pelias & helaps serpẽtes

Ex eodem.iiii.

Ex templo id inueniri nam obiecta rana formicis carnibusq; erosis singula in oleum addi). Legoĩ solium scilicet feruẽtis aquæ: nõ in oleũ ut sensus stet. Item uerbum. Extemplo & uerbum nam in). Vetustis aliquot exemplaribus non sunt: Repetitumq; id uidet ubi præcedens uerbũ. Exempto). Proinde ita scriptum reperio: Adinueniri obiecta rana formicis & reliqua. Item. Et iis qui succum carphati biberint). Lego Succum Carpati non Carphati: quem Dioscorides & cæteri Opocarpathõ & Opocarpason appellãt inter uenena.

Ex eodem .iiii.

Sicut circa grymum & muriam). Vetus lectio Sicut circa Grynum & Myrinam. Est autẽ Grynus siue Gryni oppidulum ut inquit Stephanus Myrinæorũ. Hecatæus Gryneã uocat ubi Gryneus Apollo colebatur. Myrrina uero ciuitas est in Lemno insula: & in Aeolide item altera. De Grynea & Myrrina utraq; Plinius quoq;.

Apollo gryneus unde

Ex eodem.iiii.

Gaudent perigrinatione transferiq; in ignotas aquas sic brundusina in auerno contra ista & suum retinere succũ & a lucrio adoptare eredunt). In uetustis aliquot exẽplaribus loco uerbi eius. Cõtra ista). Inuenio Cõpasta: quod & ꝓbamus collatione eorũ quæ li.ix. Plinius ita scribit: Postea uisum tãti est petere Brundusiũ Ostreas. At ne lis esset inter sapores: nuper excogitatũ est famẽ lõge aduectiõis cõpascere in Lucrino. Et paulo supra. Addũt peritiores notã ambiente purpureo crine fibras eoq; argumento generosa interpretantur callibia parata appellantes). Vetus lectio fere nõ Callibia parata: sed Calliblephara. Mouent autem me uerba Plinii quæ mox prætexui de crine purpureo. Etenim græce Calliblephara uocantur: quæ pilos in facie præsertimq; genis & oculis honestant.

Calliblephara quæ

Ex eodem.iiii.

Sed dicemus aliena lingua digna quæq;). Vetus lectio commodior hoc modo: Sed dicemus aliena lingua: ut uerbum Digna: superfluat. uerbum autem Quæq;: initium sit sequentis coli. Propterea uero aliena lingua se dicturum describit: quoniam Mutiani uerba inquit subiiciam. Et infra. Sicciora coryphatenis). Vetus lectio Coryphantenis: quod & placet: a Coryphante qui locus est in Aeolide. Pli-

nius quinto libro. Heracleoticus ĩquit tractus & Coryphas. Strabo Coryphantida appellat κορυφαρτισ και ηρακλεια. Poteſt & a Coryphanta oppido Bithynniæ Coryphantenum deduci. meminit eodem libro Plinius prope calcem.

Ex eodem.iiii.

Ranæ quas diphthitas & calamitas uocãt). Nuſq̃ legi Diphthitas appellari ullas ranas.. Proĩde fieri poteſt ut non Diphthitas: ſed Drypyhtas ſcribere oporteat: alioquin uetuſtá exemplaria neſcio qd affinius corrupta ſint licet: præferunt. quod etiam infra caſtigauimus. De hac Nicãder οσ τερι θαμροισ ειαρι προσφυεται μορεισ λιχμωμεροσ ερσηρ. Et infra. Madeſcere autem conciſa ĩ aqua). Vetus lectio Madeſcere autem debet conciſa in aqua.

Ex eodem.iiii. de ichthyocolla.

Vtilem eã in capitis doloribus affirmant & tetanicis). Dioſcorides nõ Tetanicis: ſed Tetanothris Sunt autem Tetanothra eiuſdem cuius Pſillothra formæ: ſed Pſillothris ad pilos uellendos: Tetanothris ad erugandam extendendamq; in facie cutem utimur. Porro Tetanicis a Tetano dicũtur qui ut conſtat morbi nomẽ eſt: huic ichthyocollam auxiliari nemo ſcripſit unq̃. Et ĩfra. Meges pſillothrũ palpebrarum faciebat in aceto enecans putreſcentes). Vetus in quibuſdã lectio nõ Meges ſed Mecenas Alioquin & in ipſo libri huius indice Mecenas non Meges citatus eſt: Liberum & hoc relinquiť. Tametſi nõ ignoro apud Celſum Cornelium celebrati auctoris nomen eſſe Megem inter Vulnerarios.

Tetanothra
Pſillothra

Ex eodem.iiii.

Iidem cheni iecur ſiccatum). Vetuſti codices Tenui non Cheni. Ergo aut Tæniæ legendũ erit: aut Channæ. Eſt autem Tænia piſciculi genus Ariſtoteli Oppiano Athenæo. a gracilitate dictum & longitudie: quẽ Vittam interpretatus eſt Gaza. Eſt & Channa piſcis: quem Hyatulam conuertit. Poteſt & Channus dici ut eſt apud eundem Oppianũ περκαι και ιουλιδεσ αμφιτε χαννοι. Et infra. Auribus utiliſſimum batiæ piſcis fel). Legendum puto Bati: nõ Batiæ. Dicitur autem Batus item Battis quam nos Raiam uocamus. Eſt & Batis inter aues: quam Theodorus interpretatur Rubetram.

Tænia piſcis
Batus

Ex eodem.iiii.

Item bachi quem quidam myzem uocant). Legendum ex athenæo: item Banchi quem quidã Myxona ſiue Myxinon uocant. Eſt autem Banchus inter Mugiles ut eidem placet auctori: minimus: quẽ Ariſtoteles Chelonem hoc eſt ut Theodorus uertit Labeonẽ. uocauerit: quanq̃ Myxon quoq; apud Ariſtotelem: ſiue Myxinos apud Athenæum pro alio mugili q̃ Chelone capitur: Muconem Theodorus tranſtulit. Eſt & aſellus marinus quandoq; Banchos appellatus Plinio: ꝓpterea additũ hic putauerim: quem quidam inquit Myxona uocant: idem auctor: Tripatinum inquit appellabatur ſumma cœlarum lautitia: una erat Murenarum: altera luporũ: tertia Myxonis piſcis. Aſellum piſcem. M. Varro a colore nominatum ſcribit: ut umbram turdumq;.

Aſellus marinus quomodo appellať

Ex eodem.iiii.

Gari excellentis ſuccum cyathum mellis dimidio amplius aceti cyathum). Legendũ ita ut uerbũ Succum: dematur: alias nec ſenſus conſtabit nec fides ueteris lectionis ſeruabiť: niſi quis loco eius uerbi Sociorum collocet. Garum enim tale cõmendatiſſimũ fuiſſe ueteribus oſtendi libro nono. Et ĩfra. Et cyria uetere aluta) Lego & Cybia uetera eluta. Plinius paulo infra: Purgant ĩquit & Cybia uetera. De Cybio quid eſſet libro nono expoſui. Et infra. Subærea teſta). Vetus lectio habet Sub æreo teſto. quod non diſplicet. ut ſit quod græci uocant Clibanum. unde panis teſtaceus is dicitur apud nos quem illi Clibanitin: ut in Dioſcoride monſtrauimus.

Garũ ſocioꝝ
Cybia
Panis teſtaceus qui

Ex eodem .iiii.

Muricum generis ſunt quæ uocant græci colytia alii corythia). Videretur legẽdum ex Athenæo Colycia ſiue Corycia. Etenim Chamæ genus quoddam græcis ait uocari κωρυκουσ in Macedonia: quas Athenis κρειουσ dicant. Cæterum eas nõ Muricibus: ſed ut dixi Chamis præſertimq; Tracheis aſcribit: quod & Plinio placuiſſe huius libri calce uideo Facit hoc generum affinitas.

Ex capite .v.

Theteæq; ſimiles oſtreæ). Legendũ Tethyaq; ſimilia Oſtreæ. Ariſtoteles. Hæc Theodorus Vertibula ſiue tubera & ĩterim Callos trãſtullit: holothuria quãdoq; ab eodẽ philoſopho uocata. itẽ Optimũ e Scorpionibus & duride). Scribendũ iulidæ non Duride: uetus lectio & Dioſcorides. Sũt autẽ iulides ĩter ſaxatilia: de qbus fere omnes Græci: ſed athenæus aelianus Aetius & ãte ipſos Ariſtoteles apud quem Theodorus iulias interpretatur. Nam iulus piſcis uocatur alius qui Balenis Cetiſq; dux eſt itineris: ob id ab Oppiano Hegeter appellatus.

Iulius piſcis

Ex eodem.v.

Purgant & myes). Legẽdũ Purgãt & Myaces ex uetuſtis codicibus & Dioſcoride: quanq̃ & Myes dicuntur ab Ariſtotele Oppianoq; item. Contra dorignium aut opocartum). Lego contra Doricnium aut Opocarpathum Eſt autem Opocarpathon id quod Plinius aliquando Succum uocauit carpathi: ut prædiximus. item. Degenerant in duas ſpecies in mytulos qui ſalem uiruſq; recipiunt muſcaſq;). In exẽplaribus aliquot uetuſtis non Muſcas ſed Myiſcas legimus. Athenæus tamen Myas hoc eſt muſcas uocat.

Opocarpathos
Mya muſca

Ex eodem.v.

Lauantur quoq; plumbi modo ad gingiuarum crassitudinem).Dioscorides Genarum:non Gingiuarum.Et infra. Thete torminibus).Legendum Tethya torminibus:ut paulo ante dixi ex Aristotelis sententia.inuenio tamen aliquando scriptũ in Athenæo θηθεα & θηθη hoc est Tethea & Thete: sed neutro genere pluratiuo numero.Et infra. Enydri iecur blendiorum cinis). Legẽdũ puto

Enydris

Enydridis iecur Blenniorũ cinis.Est aũt Enydris coluber in aquis uiuens:ut Plinius supra exposuit:Lutrix a Theodoro dicta.Blennius aũt siue quod magis pbauerim Blennus similis est Gobio ut inquit Athenæus:Oppianus quoq; ita uocat:hunc & Belennum uocari auctor est Sophron.in Aristotele libro historiarũ quarto Balinus quoq; piscis legitur:quem Theodorus Balerũ:idem sit an diuersus:haud constat.Habetur & Barenus libro sexto inter Amnicos.Balagrus a Theodoro dictus.Nec inuenio quamobrem eos ita uerterit:nisi si librarius corruperit. Ex eodem.v.

Banchus piscis

Inueniuntur & in branchia piscis uel capite ceu lapilli). Codices uetusti:Inueniunt̃ & in Brãchii piscis capite ceu lapilli:ut fortasse Branchium piscem pro Bancho sit scriptum Est autem Bãchus piscis Aselli genus alterũ ex.Athenæi sententia ut prædiximus:in cuius cerebro lapillos molari forma cõtineri auctor idem est.Plinius quoq; hoc libro.Ex Asello inquit pisce lapilli:qui plena luna inueniuntur in capite.De Bancho Plinius libro quoq; nono meminit. Ex eodem .v.

Ex iis mares dorcas uocãt fœminas onychias).Athenæus.Ex iis mares alii Donacas alii Aulos:fœminas Onychas uocant.Codices quoq; manu scripti habent quidem omnino:Donacas:non tamẽ aulos:sed corrupte Aluos ut a fistularum similitudine tam Auli q̃ Donaces dicti esse uideantur: etiam si Athenæus ĩ genera hæc nõ pectines ut Plinius:sed Solenas diuidit hoc est ungues & digitos ob uicinitatem ut arbitror naturæ cõfundentibus genera ut sæpe fieri solet auctoribus. Quid q idem Plinius in libri huius calce:Solen ĩqt siue Aulos siue Donax siue Onyx siue Dactylus.Meminit & Oppianus.

Coracinus piscis

& infra. Salsamenta coracina).Melius Coracini hoc est piscis:de quo ĩmulta Plinius aliubi.

Ex eodem.v.

Sanant interanea & asquamæ cõbustæ).Vetus lectio Sciænæ interanea & squamæ cõbustæ quod & probamus:Nã de Sciæna pisce Plinius hoc libro. Athenæusq;.sed ante ipsos Aristoteles:unde.M.Varro Vmbrã eum uocauit.Et infra. Itẽ ophidion scombro similis).Vetusti codices Gongro non

Gongrus nõ Scombrus Ophidion & Ophin

Scombro:Aestimandum relinquimus.Dubitandi causa fuit:q Ophidion a serpẽte cognominatus est ut gongro potius q̃ Scombro similis uideri possit.inter pisces & hunc Plinius ĩ calce huius uoluminis enumerat.Aristoteles serpentis genus pusilli nomĩat Ophidion.is & Ophin Thalassion idest marinũ anguem nominat. Ex capite.v.

Leucophæatus

In panno leucopho).Scribendũ Leucophæo:ita enim græci uocant λευκοφαιον ex Polluce:unde Leucophæatus Martiali.Sunt & medicamenta certi generis hoc nomĩe: quasi suffusca siue subcãdida Vitruuio Celso paulo Aetio.& infra. Tertianus mederi dicit̃ & spõdylus percæ adalligatus):Multi codices habent non Percæ sed Per se:qui modus loquẽdi familiaris & perfrequẽs est Plinio ac omnino medicis.Perca quidẽ saxatilis est pisciculus.Verum quid in ea sit Spondylus haud commode inuenias.ergo Spondylus multa significat quæ ĩ huius libri calce notabunt̃. hic autem uel pro piscis uel pro salsamenti genere capiendum:si quis nõ Percæ sed Per se ueterem fidem secutus legat.Forte autẽ Spondylus hac parte pro uertebra sumitur quæ sit in testudine:nam de ipsa loquebatur.

Ex eodem.vi.

Strombi in aceto putrefacti).Legunt antiqui codices modo Rhõbi modo Scombri. Sunt tamẽ & Strumbi ex huius libri calce:item Aristotele Oppiano Athenæo inter Bucina·Theodorus turbinẽ & Cochleã cõuertit.Et infra. Thetææ utiles sunt cum ruta ac melle). Vetus lectio Tethya utilia sunt Ruta ac melle.Idem Aristoteles:ut diximus.& infra. Neruos præcisos purpurarũ callũ quo se operiunt tusum glutinat).In uetustis quibusdam codicibus nõ Callũ sed Cauũ legitur:nec displiceat inuenio:quandoquidẽ Callus genere uirili Plinio dicitur præterea non se operiunt callo suo purpuræ:sed Cauo potius:id græce πωμα dicitur galeno.itemq; Ostracon:ut in Dioscoride notauimus.

Ex eodem.vi.

Secari arundĩe ferro eminente in uitiũq; thrahere natura deserente).Vetus lectio Secari arundĩe ferro enim intingi uitiũq; trahere:natura deserente.Nam & uerbũ Natura deserente : quasi manum præbet ad intellectum nostrum.inficiuntur enim & uirus morticina cõtrahũt:cũ primũ natiuus eorũ uigor dissipari cœperit:euanidusq; fieri.Et infra. Inueniunt uirus remedio uerso.Legẽdũ arbitror Inuehunt uirus remedio uerso.i.remedio in contrarium cadente uenenũ afferunt.

Ex eodem.vi.

Salpes & Salpi piscis

Et alpe expurgat ulcera).Lego & Salpes expurgat ulcera.Vetusti certe codices habẽt Alpes.Cæterum & Salpes & Salpa dicitur hic piscis de quo Aristoteles & Plinius & Athenæus Virgatũ eum prodentes:multisq; ac rubentibus lineis distinctum de qua uarietate Colophoniũ siue Iocrum Mnaseã: qui pægnia conscripsit.Salpem nominauere:quanq̃ lesbiam Salpem fuisse quæ Pægnia cõdiderit:nõ

nulli putant.Et ĩfra. Verucas tollit glauci iecur tritum).Antiqua lectio nõ Glauci ſed glani habet Eſt aũt Glanus:ſiue ut Ariſtoteles & Athenæus uocãt Glanis:idem qui & Silurus:ut libro nono dixi.

Glanis idem eſt qui & Silurus

Ex eodem.vi.

Lactis copiam facit glaucus).Antiqua lectio Glauciſcus q̃q̃ & Clauciſcus & Glaucus apud Athenæũ ſunt.De Glauciſco Plinius ĩ calce huius libri.& ĩfra. Oſtreatiũ).Scribũt uetuſti codices Oſtraciũ qđ & placet:ita.n.græce ꝓnũciat̃ σΣρακιορ.Ab hoc uerbo relegatiõis illud genus deducit̃ quæ uocat̃ Oſtraciſmus:hoc eſt ut Aemilius probus interpretatur Collabefactari Teſtula. Ex eodem.vi.

Relegationis genus oſtraciſmus

Mixtaq; cedro).Legendum arbitror Mixtaq; Cedria:aut mixtoq; Cedrio:Nam & uetus lectio habet Mixto:nõ Mixta.Quid ſit Cedrium & Cedria docebit Plinius:docebit Dioſcorides: itẽq; Vitruuius:ſed & res eſt aperta.Item. Ex aceto ſcillito).Scribendum Scillite ut græci: a ut Scillitico ut noſtri.& infra. Venerẽ inhibet & cinis hippopotami Frontis e ſiniſtra parte pellis ĩ linteolo).Vetus lectio:Venerem inhibet Echeneis & Hippopotami frontis e ſiniſtra parte pellis in agnina. Itẽ. Iecur ranæ dyrophetes & calamites).Scribẽdũ forte ſit:Dryopetes ſiue Dryophytes & Calamitæ:quoniam in arboribus frutetis arundinetiſq; uerſent̃:ut hoc illud ſit oĩno qđ ſupius Diphthites mẽdoſæ legebatur.& infra. Phraxmatis radix).Dioſcorides Phragmitæ ſiue phragmitis radix item. Cypri uero:qui & donax uocatur).Legendum Cyprii:hoc eſt Calami:Dioſcorides ac Plinius.

Venerem inhibet Echeneis

Ex capite.vii.

Animalia.lxxvii.omnium generum).Vetus lectio Animalia centũ.lxvi.oĩum generũ.idẽ libro primo ex indice,ſed & propior uero hic numerus eſt:ſi genera hoc capite notata ſupputes.utiq; demptis Ouidianis:quæ ab alio auctore nominari negat.Item. Oceano quæq; naſcunt̃).Legendũ putamus Oceano quæ naſcuntur:aut Oceano quotquot naſcunt̃ item. Phyſetres). Legendum Phyſeteres ex Plinio ſuperius & Strabone.& enim φυσητηρεσ ab effectu græci nominis uocantur quaſi flatores. Item. Piſtrices).Ex Ariſtotele Oppianoq; Priſtes leguntur.itẽq; ex Plinio ſupius.q̃q̃ uero Priſtes apud græcos Serras ſignificent:aliud tamen genus piſciũ ſunt Serræ q̃ Priſtes:ut hoc ipſo capite mõſtrari poteſt.

Sphiſeteres

Ex eodem.vii.

Fibri quorum genera nuſq̃ mari accepimus mergi).Vetus lectio.Fibri quoꝝ e genere Lutras nuſq̃ mari accepimus mergi. Cæterum & Lytras dici poſſe Varro docuit:quia radices arborum in ripa inquit ſuccidãt atq; diſſoluant.hodie in Boryſthenis ripa & Sarmatia tota plurimæ.Poteſt tamẽ & aluẽdo uideri nominata:q; ĩ aquis ſe lutet:quoniam Enhydris græce nominetur a quibuſdam.Plinius.viii. li.Cauda inquit piſcium fibro.cætera ſpẽs Lutræ utrunq; aquaticum:utriq; mollior pluma pilus.ob id Germanii ieiuniorum diebus cauda eius ueſcuntur quaſi piſce.Miror Domytium in ſylua quadã Papinii tradidiſſe immundas aquas græce Lutras uocari:auctore nullo:ut uerſum eius Poetæ nõ Lutras ſed intras dicentem luxauerit:Hæc mira uirtus protinus auſonum Portus uadoſæ neſciit africæ ĩtras ad optatoſq; tuſcis Gurgitibus puer innataſti.Porro uerbũ Neſciit ſcribendum eſt Neſcius & conſtabit ſenſus.

Contra Domitium ſup Syluas papinii

Ex eodem .vii.

Drynones).Non inuenio Drynones apud Ariſtotelem:Dromones ĩuenio curſores a Theodoro dictos.item. Cõmuneſq; mari terræ anni.Lego Amni. Item.alopeca anguilla).Lego Alopecias caſu recto iuxta Diphilum Opdianumq; ριμαι αλωπεκι αι και ποικιλοι.Itẽ: Box batea bacchus). Lego box batis banchus:ex Athenæo : quanq̃ Bacchus quoq; ſcribitur quandoq;.ſed perq̃ raro :ut eſt apud Diphilum.de bati & Ariſtoteles:Raia latine dicta:ut oſtendi li.ix.Cæterũ uetus lectio hac parte non habet box:ſed boca.In quo ſciendum eſt:a Theodoro quoq; Vocam dici:qui a græcis box.

Ex eodem .vii.

Rumborum genera).Vetus lectio Chrumborum:quaſi uel Caraborum ſiue Cãmarorũ genera: uel aliquid huiuſmodi qđ a littera.c.incipiat:Etenim hoc loco Plinius digeſtos litterarum ordĩe piſces explicat.Sunt aũt Carabi modo pro locuſtis marinis:atq; ita hodie ligures appellant.modo pro Cãmarinis a ueteribus ut Athenæo placuit accepti.Dicat aliquis:ſed cũ de Locuſta agatur paulo poſt:nõ uidetur hic Caraborum legi poſſe?An locuſtæ quidem Carabi quandoq; nominantur : nec alio fere modo Theodorus ĩ Ariſtotele cõuertit:Cæterum Plinius eſt ubi pro diuerſis habeat libro nono: ubi cum de Locuſtis ſcripſiſſet:de Carabis protinus ſubiũxit:quaſi genus aliud exiſtimaret:& ſi nõ diuerſum maxime.item. Chalcis gobio).Vetuſti codices Peſſimus Chalcis Gobio.legendũ forte Cyprinus Chalcis Cobio.ubi notatu digniſſimũ eſt Cobionem per.c. non.per.g.ſcripſiſſe Pliniũ græcos ſecutum De.Cyprino Ariſtoteles & Plinius libro nono.Pariunt inquit Mulli ter:ut Chalcis: Cyprinus ſexies.

Carabi locuſte marinæ

Cobio pro gobio

Ex eodem .vii.

Collurus aſellorum generis ni minor eſſet colla).Athenæus Callarias qui & Gallarias & Galleridas uocat̃ ab eodẽ.Verbũ aũt Colla:initiũ ẽ ſequẽtis clauſulæ.Piſcẽ uero aſellũ nõ a corpis ſimilitudĩe ſed a colore dicius:ut Vmbrã atq; Turdũ auctor.M.Varro. Ex eodem.vii.

Piſcis aſellus qualis

Colla ſiue parianus ſiue ſextanus a patria beatica lacertorum minima(.Legendum Colias:non Colla itẽq; Saxitanus:ex Athenæo:Sarda inquit Coliæ piſcis magnitudine conſpicitur.Colias uero glu-

Scomber

tinosior & mordacior & peioris succi q̃ Scomber:alias corpus alit. Commẽdatur autem Amyclanus
& ex Hispania. Saxitanus inquit tenuiore ac dulciore callo. Papinius in risu Saturnalitio ad Plotiũ ui-
deri põt hoc genus accepisse cũ Dixit Aut byzantiacos collũt lacertos. Itẽq; Martialis: mox uetus & te-

Cordyla Lacertus Botellus

nui maior cordyla lacerto Sed quã cũ rutæ frondibus oua tegant. Alibi: Secta coronabũt rutatos oua
lacertos Et madidum thynni de sale sumen erit. Alibi. Vel duo frustra rogat cybii tenuemue lacertũ.
Nec dignam toto se botryone putat. Botryon uero non salsi genus liquaminis: ut Domitius auctore
nullo dixit: unde Botellus inquit farcimen: sed ollares uuas & cõdititios racemos significat. græci eni
βοτρυασ & βοτρυομασ uocant V surpat idem uocabulum & Hieronymus pro racemis. De Lacer-
to autem hoc qui Colias græce nominetur Celsus: Piscium inqt qui ex media materia sunt quibus ma-
xime utimur tamẽ: grauissimi sunt: ex quibus salsamenta quoq; fieri possunt: qualis est Lacertus. De sa-

Saxitana salsamenta

xitanis porro salsamẽtis Strabo & scriptores fere cæteri: ab urbe Sexi de qua in situ Bæticæ. Noĩat &
Aristoteles Colias των κωλιωμ οι πολλοι εισ τομ πορτομ ουκ εμβαλλουσιμ. Theodorus parum
ut opinor recte Monedulas interpretatur: quasi non κολιασ sed κολοιουσ scribendum putauerit. iu-
lius Pollux: inter pisces inquit Thynni Coliæ Saperdæ Lesbiæ. Aristoteles in eo libro qui ut Athenæ-
us inquit ζοικοσ aut de piscibus ĩscribitur ρωτογράπτοσ ο βωξσκολιογραπτοσ ο κολιασ hoc est
picturas habet in dorso Box: habent & Coliæ: sed obliquas. nisi quis nõ σκολιογραπτοσ sed κοιλιο-
γραπτοσ legẽdũ putet: hoc est Bocas dorso. Colias aluo pictos esse. Ex eodem. vii.

Abysinon elesse cybium). Inuenio codices in quibus ita scriptum sit: ab iis Motici & Cybiũ. ut for-
te in hunc modũ legi possit: ab iis Mæotici & Cybium: ut sit sensus: ab iis idest Post Parianos & Saxita-
nos Lacertos haberi etiã pisces Mæoticos & Cybium & Cordylam. quod & sequentia declarant. accel-

Cibius piscis

dit q; fere apud auctores cũ Lacertis iuncta mẽtio est Cybiorũ & Cordylæ. ut in iis quos supra retuli
Martialis uersibus: Vel duo frustra rogat cybii tenuemq; lacertum. Item. Mox uetus & tenui maior
cordyla lacerto. Ex eodem. vii.

Vranoscopus cynædi soleæ phisinulæ). Corrupta scio noĩa: quippe quæ a littera. c. ĩcipe oportea-
Nam de Solea manifeste agitur ĩferius. antiqua lectio: V ranoscopus Cinædi soli piscium. lutei. De ci-

Cinædiæ

nædis libro ultimo: Cinædiæ ĩquit geminæ inueniunt in cerebro piscis eiusdem nominis. De Trano-
scopo Aristoteles Athenæus Dioscorides. Ex eodem. vii.

Chamæcistitæ chameleos chamepotorides). Lego Chame Trachea Chame Leos chame Pelori-
des ex Athenæo. Sũt enĩ e Chamis ĩqt aliæ Tracheæ hoc est asperæ tenuesq;: aliæ uero λειοι hoc ẽ le-
ues maioresq;. item Chamaæ inquit aliquæ Pelorides a magnitudine uocantur: aliæ minores sunt. ho-

Peloris

ratius Lucrina Peloris. Martialis: Tu Lucrina uoras me pascit aquosa Peloris. Alibi. & fatuam summa-
cœnare pelorida mensa. Pelorides autem siue quod idem iulio Polluci est Peloriæ etiam basilicæ hoc
est Regiæ dici solent: ex eodẽ Athenæo. Plinius quoq; Peloridas memorat: & ante ipm. M. Varro: pe-
loris inquit & Ostreæ & Echinus. Alio loco Athenæus a Peloro Siciliæ promõtorio Peloridas appel-
lari Conchas innuit. Spartianus Ostreas & Liostreas cum dixit ĩ Heliogaballo: Chamas Tracheas &
Chamas Leas ĩtellexit: etiamsi lithostreæ scriptum erat. id ex Athenæo sumitur: qui ait Chamas Tra-
cheas Ostrea quandoq; dictitata. Ex eodem. vii.

Chamæglycia menides). V etus lectio Chamæ glyciamerides: ut sit genus Chamarũ quod ita no-
minetur: Nam & Macrobius Glycimeridas uocauit ĩ adiitiali cœna lentuli flaminis appositas: Patina
inquit Ostrearum Peloriarum balanos nigros balanos albos. iterum: Spondylos glycomeridas. Sunt

Balani

autem Balani quas Theodorus glandes inter uertibula hoc est holothuria conuertit.
Ex eodem. vii.

Glycia siue corophia). V etusti codices Colecia siue Corophia. Fortasse Colycia siue Corycia ut su-
perius quoq; dictum est capite huius libri quarto ex Athenæi Cœnis. Coniectura sit hæc nõ sñia. itẽ

Coccyx
Cynopus
Cynops
Cammarus

Cucumis). Quidam legunt peruerse Cuculus: quẽ græci Coccyga uocant. Sed & Cucumis ĩter pi-
sces est ex Plinii libro. ix. per initia. ltẽ. Cynopos). Legendũ arbitror aut cynopus: hoc est canis pes
aut cynops hoc est canis oculus: sicut Boops piscis: quia paruus esset & magnos haberet oculos ut ĩqt
Athenæus. item. Camymarus). Codices uetusti Cãmarus: quẽ græci uocant astacon: etiam si athe-
næus auctor est aliquos eundem existimasse Carabum & Astacum idest locustam & Cammarum.
Ex eodem. vii.

Dracunculum. est autem græcculæ similis). Forte Gracculo. quanq̃ turanius Graccula cognomen
habuit non Gracculus. Est autem ĩter pisces gracculus Theodoro ita coracinum interpretante: quẽ &
Coruulum uocari credidit inuitatus affinitate nominis. Siquidem coracinus non a coruo: sed ut ĩquit

Coruus piscis alius a coracino

Athenæus απο του συχμωσκορασκιμειμ dictus intelligitur: quasi Genimouus. iam coruus piscis ali-
us est q̃ Coracinus: ex Plinio athenæo Ausonio. Præterea graculus inter aues Monedulam potius q̃
Coruũ significat. Est aũt ĩ pisciũ genere Monedula: quã græci Colœon uocãt. Propterea. cum ĩ Plinius
hac parte Dracunculũ piscem Gracculo similẽ esse dixit: de pisce Monedula capiendũ existimo. Dra-
cunculum græce δρακαιμιδα puto nominatum Athenæo.

Ex eodem.vii.

Fabri siue zeugaucisci glaneus).scribo Fabri siue Zeus Glaucisci Glanius. Plinius libro nono:Faber inqt q & zeus uocat.De Glaucisco & Glani Aristoteles:qui Glaucum tamē non Glauciscum nominat.Glaniū uero dici eum qui sit & Glanis auctor Stephanus iis uerbis:Glanis īquit fluuius est Cumæ a quo piscis uocatur Glanius.

Glanis flu. ē Cumæ a quo piscis Glaius

Ex eodem.vii.

Conger gyres.(Scribendū gonger ipsius Plinii auctoritate græcos imitantis:quippe qui gongrū hoc loco inter pisces a littera.g.īcipiētes numeret.Itē Gerres nō Gyres:ex uetustis codicibus. Martialis tertio:Teq; iuuent gerres & pelle melandrya cana.Miror aūt quāobrem Domitius Pliniū scripsisse tradat hoc libro Gerres locustarū esse genus: cum hoc nusq̄ legat. Vilem & aleculariū piscem esse Martialis alio quoq; loco tradit lib.xii.fuisse Gerres:aut inutiles mænas odor īpudicus urcei fatebat. Apud nos quidem mænarum specie candidiores tantum ac minores.quidam pisciculi uisuntur quos girros & Girrulos uulgo dici constat.sint hi nec ne:haud cōstat. Theodorus quoq; cerros uocat Menarū genus illud qd̄ græci Smaridas appellant.Sed Plinius tamē apertissime gerres a smaridibus hoc ipso capite distinguit:ut pbabimus.Nec illud præteribo tria græcis admodū germana reddi genera: Menas:smaridas:Bocas.quæ omnia & a Plinio traduntur hac parte:uti mirum ne sit confundi nomina interdum:& smaridas aut Mænas accipi quæ sint Boces.Speusippus:Boces īquit sunt leucomænides hoc est Mænæ candidiores:quas nos paulo ante girros siue girrulos uocari diximus.

contra Domitium

Gerres

Boces

Ex eodem.vii.

Ali pleumon). Legendū ut unum sit uerbum cuius initio aspiratum sit Halipleumon:hoc est marinus pulmo:cum q; de afflatis agitur hoc loco:tum q; uetusta exemplaria confirmant.

Ex eodem.vii.

Heparcotinos).Forte legēdū sit Hepar Helacatenes.Est enim & piscis Hepar:hoc est iecur marinū:quē & Hepaton uocāt Aristoteles Oppianus Athenæus cæteri.Theodorus uero iecorinū sūt & q Helacathenes dicunt ut idē Athenæus īqt:q eos Ceteri generis salsamētis idoneis haberi dixit.statiq; post Hepatū enumerauit:quoniā uterq; litterā.η.principio recipet ηπατοι ηλακαθηνεσ.Proīde monēdi sunt qui hæc adibunt:Plinium censuisse ut per.h.scriberent Helacathenes:Athenæus contra.

Hepar piscis est

Ex eodem.vii.

Sunt lacertorū genera).scribe lacertoꝝ genera:ut ītelligas initiū esse sui sensus:nihilq; ad pcedētē referri clausulā:sed ne ad sequētia qdē uerba.sicut supius quoq; hoc ipso capite ubi ait:Cancrorum genera:Cōchaꝝ genera.Itē. Melanuros).Si Melanuros oculata piscis ē:ut Theodoro placuit:uiderentur errasse Plinius:q paulo post de Oculata quasi diuerso pisce loqt:ut alter eoꝝ necessario.sit lapsus. Itē. Mena metis murena).legendū forte sit:Mæna Meryx murena: ex Aristotele q piscē quēdam meryca uocet ab effectu ruminādi.eū Theodorus Ruminalē cōuertit.

Melanuros oculata piscis

Merica piscis unde

Ex eodem.vii.

Mismylus).legēdū aut mormylus ut īqt Doriō Oppianusq;:aut mormyrus ut Aristoteles.Theodorus mormolarē quasi mormylū potius q̄ mormyrū pbaret:uocauit.pōt & distincte legi Mys myllus:Nā de mormyro siue mormyra paulo īferrius ex Ouidii snīa loquēdū est:uti duo pisces intelligātur Mys & myllus.De primo Aristoteles.de myllo Pollux Oppiāus & Athenæus.Eū & Platistacō & Platacū appellari tradit utiq; maiusculū sicut media ætate Myllū:& cū pusillus ē Gnothidia. Sunt tamen inqt nōnulli qui Platistacas & Platacos eosdē esse cū Coracinis putent:myllum uero qui dicatur a græcis uulgo Mylocopion.

Mys & Myllus

Ex eodem.vii.

Miscus).Lego Mystus:siue ut Aristoteles Mystocœtus:quē Theodorus Musculū cōuertit Athenæus & Mya.idem Murem piscem dicit esse quendā:cui & Caprisco nomen sit.Et pisciculus qui Balenis oculorū uice fungitur:ut libri noni fine dicitur:Musculi nomen habet & iuli.Claudianus in Eutropiū Eunuchum:Sic ruit in rupes amisso pisce sodali belua.& Oppianus quoq; meminit.Quid si legatur Mytlus:siue quod idē est Mytulus? De musculo supra quoq; Plinius hoc capite.Item Plautus in Rudente:Captamus inquit echinos: Lopadas Ostreas Balanos: Marinā urticam musculos Plagosas Striatas.Tria inuenio in mari quæ μυσ dicuntur.primum Testudines sunt:ideoq; non μυεσ in plurali:sed μυλεσ & εμυλεσ uocantur.genus hoc aquatilis mus & lutaria testudo a Theodoro:marinus mus a Plinio quādoq; libro.ix.uertitur.alterū inter pisces.Tertiū inter Ostrea pro mytulo.

Aquatilis mus quomō

Ex eodem.vii.

Oculata ophidium ostria eotia). Lego Otia non Eotia:hoc est marinas aures quas græci uocant ωτια ex Athenæo:itēq; ωταρια.Hoc est autem genus Ostrei ut idem auctor est ουσ αφροδιτησ uocabant aeoles hoc est aurē ueneris.Aristoteles marinam aurem a quibusdam scribit appellari αγριαμ λεπαδα hoc est patellā ferā.Oculata uero is uidet esse piscis quē plautus Ophthalmiā appellauit Pernā inqt Ophthalmiā Horræū Scōbrū & Trygonē & Cetū.Thedorus Gaza Melanurū in Aristotele cōuertit oculatā.itē. Orthagoriscus). Legendū Orthragoriscus ut supra ex Plinii Athenæiq; sentētia docuimus.Est aūt aper siue porcus piscis.

Oculata piscis

Ex eodem.vii.

Pichus).legēdū Phycus siue Phycis:ex Athenæo Dioscoride Plinio Aristotele: qui & Phycon uo

cauit eum Theodorus Fucam.ita uero dicit:quia piscium sola nidificet ex Alga.Oppianus φυκιαδεσ ασθαλιησ αμδροσ επωμυττινη θηλυφρονοσ ηυδαζαντο.uulgo has græcos recentiores Pephycarismenas uocasse īuenio.item. Saxatiliumq; pelamis).Lego Saxatiliū:Pelamis. ut uerbum Saxatiliū ad Phycin de qua modo supra dictum est referas.Est enim Phycis inter saxatilia: Pelamis nequaq̄.

Pelamis

Ex eodē.vii.de Pelamide.

Triton id est qđ græci chelidonia uocāt

Earum generis maxima apolectus uocat durius triton).lego Pelamis earū generis maxima Apolectum uocatur durius Tritone.Est aūt ut coniectura consequor Triton id quod græci Chelidoniam uocant.Apolectus uero quā Synodontida.Athenæus:Maior inqt Pelamis Synodontis appellat durior q̄ Chelidonias.ltē paulo post:Orcynus inqt similis est Chelidoniæ cum magnus est.Confer hæc uerba cū Plinio:Orcynus inquit Pelamidum generis maximus non redit in Mæotin similis Tritoni. Archestratus αμφι δε την ιεραν και ευρυχωρον σαμον οψει θυννον αλισκομενον σπουδη μεγαν ον καλεουσιν ορκυν αλλοι δαυ κητοσ τουτου δε θεοισ χρη οψωνειν απρεπει ταχεωσ και μητερι τιμησ.De Apolecto quædam & libro nono diximus.

Ex eodem.vii.

Pectines laudatissimi militenis rhyas tyndaridis salonis altinatia in insula alexādriæ in ægypto). Vetusti codices nō habēt uerbum Rhyas.Proinde ita uidet legi posse:Pectines laudatissimi Mitylenis tyndaride Salonis Altini Antii ī isula Alexādriæ in ægypto.Mitylenæos pectines ad Methymnā eius insulæ oppidū iulius quoq; Pollux & Athenæus celebrāt.tyndaris in Sicilia ē urbs maritima Plinio Straboni Silio Diodoro cæteris.Salonæ in Dalmatia sunt.De Altino & Antio qbus sint in italiai regionibus constat. insulas quoq; in Alexandria ægypti Pharon & Chœrades appellatas sciunt oēs. ltē. Pectunculi purpuræ pegrides).lego Pectunculi Purpuræ percides. Sūt aūt percides idē quod percæ ut Aetio uidet:de qbus fere oēs loquunt Aristoteles Plinius Athenæus Dioscorides.Quid āt Pectines a pectunculis distēt:alio nobis loco differendū:ut illud tamē obiter:ne dilatum excidat:aperiamus:Pectines græce dici Ctenas:pectūculos uero etiā p tellinis a Plinio quādoq; uideri acceptos.

Ex eodem.vii.

Sparus

Sciæna & Syæna

Salpa horus scorpæna).Verbū Horus mēdam habet absq; dubio:cū hic de piscibus a littera.s.ordientibus agat.ltaq; aut Saurus aut qđ magis pbo Sparus legendum:uterq; piscis in nomine est: Sauros Athenæo:Sparus etiā Aristoteli Oppianoq;.De scorpæna libro nono.De salpa multis locis diximus ltē. Scyascia sciæna). Vetusti codices sciadeus & sciæna:satis placet. Etenī & de sciadeo pisce legimus apud Athenæū:q tamē cū Sciæna eūdē uideri uoluit.De sciæna uero & Aristoteles & Athenæus:qui & Sciathida eum uocari tradidit.& Plinius libro nono lapidem habere scribens in capite. Nos ut ait.M.Varro umbrā.Oppianus duos pisces nominat: Sciænam ab umbra dictam: & Syænā a sue:quem proinde græci recentiores Chœrillam interpretantur:hoc est porculum.

Ex eodem.vii.

Noměclaturæ piscium

Smarides pisciculi

Myrus).Legendū Smyrus ex Aristotele.potest quidem & Myrus legi:ut est apud Athenæū.Sed hic nomenclaturæ pisciū a littera.s.incipiunt.Theodorus Murum.ltem. Aegypta strombus).Vetusti codices Peptasi Strombus.Forte legendum sepiæ Strombus:aut Scepini Strombus.Sūt aūt Scepini Athenæo pisces quos & atagenos ut inqt appellamus.Vtcunq; certū est uerbum Aegypta nullo modo ferendū esse.ltē. Maristella).Vetus lectio Smarides stella.sunt autē smarides pisciculi quos & Marides uocari tradit Athenæus:& similes esse Mænis ut paulo ante diximus.

Ex eodem.vii.

Tynnus tranus).Vetusti codices Timus Tianus.Nos Tomus Thurianus ex Athenæo: marinus inquit canis est:cuius frustra Romæ Ehuriani Tomi siue Pulmenti nomine uendebant tribus obolis in libras.Hoc & Thursionem & Thurionem dici solitū affirmat latina lingua : suauissimum id ac lautissimum prodendo. Galeoten & Xiphian quoq; dici ab aliquibus hunc piscem uideo ex Strabonis & Plinii sentētia hoc loco protinus:quem alii Xiphiā inquit uocant.Plura de hoc aliubi explicata sunt a nobis.Forte uero Thurianum siue Thurionē dictū quis putet a Thuriis oppido Italiæ : quod Sibarin & Anthiam mox & Copias appellant ut inqt Pausanias & Stephanus:ceu illuc primo sit conuectus e Sicilia:ubi frequens est.De Thursione Delphino simili & Rostrato ut Canicula dictū est libro nono: ut inde forsitan & huic nomen datum sit.

Thursio Delphino similis

Ex eodem.vii.

Tethea

Melos primam habet correptā sed & lōgā quoq;

Stassa torpedo tethea).Vetusti codices Tassa.lego thessa siue quod idem est thrassa & thratta.Est autem pisciculus marinus:quem Dorothæus Ascalonites thessam ut Athenæus inquit appellabat minus castigate.Sūt & thrissæ pisces Aristoteli Strabōi Oppiano Aeliano:quos Tiphernas Grægorius & Theodorus Alosas interpretati sunt:Clupearum generis Tiberi iuxta Romā laudatissimos. Nam Tethea ut diximus etiā Tethe nominantur:quemadmodum in Peloponeso locus Thyrea & Thyre. ltem Melea & Mele Lucretio:Et Musea Mele:idest τηθεα και τηθη.θυρεα και θυρη.μελεα και μελη. Porro uerbum Melos primam quidam habet correptam:sed & longam quoq; Homero in hymnis: ut illud Persii Pegaseium credas Melos.etiā defendi possit:aut ita sane legi: Pegaseius Melos credas: etiam si nectar quoq; in quibusdam scriptum est:nō Melos.

Ex eodem septimo.

Triphonon pelamidum generis magni). Vetusti codices habēt Tridonium. lego Triton Pelamidū generis magni. Sunt aūt tritones ut prædixi: quos græci Chelidonias appellant: ex Athenæo pausanias Tritonem uidisse meminit Romæ: nec Chelidoniā sed Tritonem uocando: ut nesciam genus idē sit cū Tritone Pelamide: an alterū. caput ei reddit specie comosum ut ranis palustribus etiam colorē: ne discerni tamē capillus a capillo queat. Cæterū corpus squamosum ut Squatinæ: brāchias sub aures. nasum hoīs: os amplius: dentes ferinos: oculos glaucos. manus præterea & digitos & ungues Cōcularū testis similes: subtus aluū caudam uice pedū: ut Delphini.

Tritones q & quales

Ex eodē. vii.

Ex eo serena cimbia fiūt). lego ex eo: idest Tritone siue Chelidonia ut mox docuimus: Cybia fiūt. Quod aūt hic serena dicit: fateor nondū scire: nisi qs ita legat: Ex eo Vræa Cybia fiunt: siue Horæa. Est autē uræeon salsamentū caudæ proximū: ex Athenæo Plinioq. Varro: Cybium inquit & Thynnus: cuius partes Melandrya & uræon. Horæum uero cuius mētionē & Plautus quoq noster habet. Athenæus idem qd sit ostendit. Salsamentum inquit aut Horæum est aut Thunnium. in Horæo macra pinguibus: in Thunnio macris pinguia. præferimus. Quæ Cybia inquit dicunt: inter macra sunt: inter pinguia Cordylæ. Quanq̄ uero forte nihil attinet hoc loco: meminisse tamē quid obierit: Sacellum Romæ quod Sereniæ diceretur fuisse ad caput sacræ uiæ: auctor. M. Varro.

Thynnus

Ex eodem. vii.

Veneri euax xiphi). Legēdū forte sit: urenæ uua xiphiæ. De urenis. M. Varro: Soleæ inqt Mustellæ Vrenæq. De uua & Xiphia: hoc est gladio: Plinius libro nono capite secundo: Rerū inquit in mari non solū animalium simulacra inesse licet intelligere intuentibus uuam gladium serras cucumin.

Ex eodem. vii.

Pompium qui semper comitetur). Ex libro nono legendum uidetur: Pompilum: siue ut Aelianus quandoq Pōphilū: e Thunnorū genere. Oppianus και πομπιλοσ ομ περι ναυται αζομται εξοχα γαρ ρηεσσι γεγηθοτεσ υγρα θεουσαισ εσπορται.

Ex eodem. vii.

Sudis latine appellata a græcis phyreostreæ similis nomine). Lego sudis latine appellata a græcis Sphyræna Rostro similis nomine. Est autē Sphyræna piscis. Oppiano & prius Aristoteli: quē Theodorus Maleolom uocauit: quia σφυρομ Græci Maleolum: siue ut Plinius uoluit: intelligi rostrum calcarq significet. Non fuisset necesse Theodoro fingere uocabulū. si locus hic emendatus fuisset. Athenæus & Pollux Sphyrenam cum Cestra eandem esse uoluerunt. Nec illud quis inutile putauerit: si locum in Varrone corruptissimū ac pene demortuum uitæ reddidero. is in piscium quorundam mentione: Anguilla inqt lingula casudis. legendum est Anguilla: Lingulaca: Sudis. De lingulaca nono libro dixi: ut Plautinū salem prætercam: a græco sumptum id pisci nomen: quando Aristoteles Glottida eū uocauit: si Theodoro credimus: aut Buglosson ut. ix. lib. diximus.

Sphyrena piscis

Maleolus

Locus corruptissimus apud Varronē pene demortuus uite redditus

Ex eodem. vii.

Intus pro spondili grādis caro est. Lego intus p sphondylo grādis caro est. Sphondylus a uerticilli credo similitudīe callū siue carnē significat īteriorē Ostreorū. oium ex hoc ipso lib. Vtit Martialis & p aīalium ossiculis in Santrā lib. vii. Rosos tepenti spōdylos sinu condit. Est & salsamenti cuiusdā genus Sphondylos Athenæo. piscis Plinius est hoc ipso capite: insectum Aristoteli Sphōdyle. Plinius septimo & uigesimo uolumine: Nullū inquit animal radices a nobis dictas attingit excepta Spondyle: quæ oēs psequitur. genus id serpentis est. Athenæus id quod in capite Mugilum echinata spē conspicimus Sphondylū tradit appellari. Sed & Calculus is æneus quo suffragia. sua iudices Athenis dabant spondylos uocabat: ut est apud iuliū Pollucem.

Spondylus

Spondylos calculus

Castigationes Plinianæ Eiusdem Hermolai Barbari ex libro. xxxiii.

Ex Prologo.

T aurum iam accessu eius). Codices uetusti. Et aurū accessione. Sed legendū: & aurū iā accessio est: quasi dicat: principalia luxuriæ irritamēta sunt gemmæ. accessoria uero aurū argentūq. Est aūt uerbum iuris ut constat Accessio. Plinius paulo supra: Sordere inquit cœpere & auri argentiq nimiū fuit. Proinde seqtur. Vtinamq īquit posset e uita totum abdicari aurū: ut nō solum accessionis loco habitum uilesceret: sed etiam omnino repudiaretur.

Principalia luxuriæ irritamēta sunt gemmæ

Ex Capite Primo.

Ex qua consuetudine multa legum antiquarum). Legēdū Mulcta. Item. Etiam insertorii usu). Lego etiam consertoris usu: hoc est pugnatoris bellatorisq.

Ex eodem. i.

Aediculam æreā fecit in grato tasio: qui tunc supra comitium erat). legēdū: In Græcostasi quæ tūc supra Comitiū erat. Meminit Cicero ī epistolis. De hoc & septimi libri fine dictū. M. Varro: Sub dextra inqt e Comitio locus structus ubi nationū subsisterēt legati: qui ad senatum essent missi Is Grecostasis appellat a parte ut multa. Senaculū supra Græcostasin ubi ædes Concordiæ & basilica opimia. hæc Varrōis uerba eo libētius apposui: q erāt mēdosissima: ut duos auctores nobilissimos una iuuaremus opa. Pōt & p diminutionē grecostasiū dici qđ & P. uictor ita uocat. eūq locū ī regiōe octaua qua

Græcostasis

Romanum forum erat:collocat.

Ex eodem.i.

Inter ſcipioné quoqꝫ & druſum ex anulo in auctione nauali inimicitiæ cœpere: unde origo ſocialis belli & exitia rerum). Videtur legendum:iter Cepionem quoqꝫ & Druſum ac reliqua:ut ení Cicero inqt Druſus cũ.Q .Cepione inimicitias exercuit.Subiiciam de Cepione hoc ſiue altero etiãnum Põpeii Trogi uerba:De auro Toloſſano:quod magno inqt poſt tempore Cepio Romanus conſul oé abſtulit fere auri pondo centũ.x.milia.argenti pondo quinquies decies cẽtum milia: quod ſacrilegiũ cauſa excidii Cepioni exercituſqꝫ eius poſtea fuit:Romanos quoqꝫ Cimbrici belli tumultus uelut ultor ſacræ pecuniæ ĩſecutus.Meminit &.A.Gellius & Strabo:qui niſi uitiũ in codice eſt Scipioné eius facti nõ Cepioné ſcribit auctorem fuiſſe.ob id & deum ira extorrem in exilio uita functum.

Ex eodem.i.

Samothracia q̃ inſula

Alia per ſeſe auro mero decorant.cuius licentiæ origo noĩe ipſo in ſamothracia id inſtitutũ declarat).Quidã uetuſtos codices ſecuti nõ in Samothracia ſed in Samo legũt.Ipſe in Samothracia defendo.Habet aũt hoc genus ornamẽti nomen Dardanũ:ex Plinio ĩferius: Cuius ĩquit ſceleris nos coarguimus illũ primum qui auro dignitatem per anulos fecit ut habeant in Lacertis iam quidam & uiri quod e Dardanis uenit:& Dardanũ uocabaẽ.Porro Samothracia inſula:eſt quam prius Dardaniam uocabant a Dardano:qui Palladium Mineruæ ſecum eo ferens confugiſſe traditur:poſt Samiis inſula bello eiectis cũ eo ſe in Thraciam ex Aſia reciperent indidere nomen ut pro Dardania ſamothraciam uocarent Pauſanias & Stephanus.Mentionem Dardanorũ & iuriſconſulti faciũt: ſed pro iis capiunt qui preciis immanibus annonas flagellant:ut apud nos Cenomani monticolæ:ité Becuni quos Plinius Focunates uocat.

Ex eodem.i.

Marcipores Lucipores

Alii bratteas inſerunt leuiore materia propter caſum gemmarum totam ſolicitudinem putant). Legendum forte ſit non Putant:ſed Amputant.Item. Marciferes lociferesue).Scribendũ Marcipores Luciporesue:a Marco & Lucio:Sequitur enim Dominorũ gentiles:hoc eſt autem heris ſuis cognomines.auctor eſt & Varro qui & Satyram ĩſcripſit Marciporem.& Fabius Quintilianus:Primo in ſeruis inquit intercidit iam illud genus quod dicebatur a domino:unde Marcipores publipores.

Ex capite.ii.in fine.

L.helii ſtellionis præ conini).Legendũ.L.Hælii Stilonis:ex Plinio inferius:Vulgato ĩquit ſtilonis præconini ſale.Varro quoqꝫ ac Fabius inter auctores.L.Hæliũ ſtilonem citant nobilem grãmaticũ.

Ex capite.iii.

Viriolæ celticæ uiriles celthibericæ).Omnis fere uetus lectio habet non Viriles: ſed Viriæ.Ité: Habeant fœminæ in armillis digitiſqꝫ totis collo auribus per has diſcurrãt cathenæ circa latera). Vetus lectio non per has:ſed Piris:ut fere putem legendum Peris.

Ex eodem.iii.

Locus mẽdoſus apud Varronem

Impédiũ qd

Tocos uſura

uerbo credulitatis numen intelligitur quæ ꝓpter facilitatem mobilitatemq; bigis inueheret̃. De cre
dulitate hac & Plinius aliubi. Ex eodem. viii.

Sthenius cererẽ). Scribe Sthenis. ex Strabõe pausania uetustis codicibus. itẽ. Scopas utrasq;).
Vetus lectio Vtrosq;. Pausanias quoq; duos Scopas facit. Itẽ. Eunuchir). Codices ãtiq Euchir: pau
sanias. Atheniẽsis inq̃t Euchir fuit Eubulidæ filius. idẽ auctor Eucherꝝ q̃dã nomĩat hoĩem Coryn-
thiũ ĩter plastas. Itẽ. Myagarus). Scribendũ Myagrus: ex pausania: quo nomĩe Muscarũ quoq; de
us appellabat̃. item. Palydus pythocrius). Pausanias polydorꝝ & pythodorꝝ Thebanum iuxta no
minat. Itẽ. Patrocles phyllis physidonius). Antiqua lectio Patrocles polis possidonius. De patro-
cle dictum supra est. Ex eodem. viii.

Cacizotechnos). Vetus lectio Texitechnos: hoc ẽ labefatactor artis: quoniã uidelicet calũniator
sui esset nec finẽ inquit diligẽtiæ haberet απο του τηκει ρ την τεχνην. Significat hoc q̃dem & uerbũ
Cacizotechnos απο του κακι ζειρτην τεχνην: quod est ĩprobare artem suã. Cæterum Pausanias mo
uet ut qui ait lib. i. Callimachum adoptasse nomẽ sibi τηξι τεχνοσοσ ει φη πρωτοσ ετρυπησε τουσ
λιθουσ. item. Alter qui pupillũ luculli filiũ). In codicibus antiquis uerbũ Qui & hic & paulo post
nõ legit̃: & sane officit sensui. Ex capite. ix.

E centenis ꝓflata). Vetus lectio centenis proflati. Ex capite. x.

Et ab eo argumẽto botrysentos cognominata). Lego botryitis ex Dioscoride. itẽ. Intus ony
chiti maculis similis). Codices antiq habent: intus onychis maculis similis. itẽ. Ostracitis toga ni-
gra). Dioscorides: ostracitis tota nigra. itẽ. Eadem iolliæ actio). legẽdũ iollæ nõ iolliæ. hũc & Dio
scorides & Plinius crebro citant. Ex capite. xi. de Flore æris.

Velut milii squamæ q̃s uocãt lepidas). Vetus lectio: Velut Milii squamæ: q̃s uocãt florẽ. cadũt aũt
cũ panes æris aqua refrigerant̃. rubẽtq;. Similiter ex eis fit quã uocãt Lepida. Quod uero seq̃t̃ paulo Seplasia
post. Est aũt squama æris decussaui clauis). Scribẽdũ: est aũt squama hæc decussaui clauis. Plinius.
Differẽtia inquit hæc est: ꝙ squama excutitur ictibus iisdem panibus. Flos cadit sponte. Dioscorides
quoq; duobus locis docuit æris florẽ aquæ frigidæ ĩfusiõe cõtrahi. Ex eodem. xi.

Credunt semplasiæ). Legendum seplasiæ. de quo superius quoque dictum. Primus hunc locum

Laus Merule

Merula reſtituit.Heliogabalus ut eſt apud lampridium.Cupediarũ inquit & Seplaſiarium pingi ſe fecit.Cicero in Piſonem:Seplaſia dignus & Capua.idem contra Rullũ ſecũda:iam uero qui metus erat tunicatorum illorũ & in Albana & in Seplaſia.ubi tamen corrupte Seblaſia inuenias.Albanum uero Capuæ forũ fuiſſe Valerius Maximus nono uolumine oſtẽdit.Idem auctor Seplaſiæ delitiis euiratũ ſcribit Hannibalẽ.Meminit & Pedianus & Auſonius poeta.Erat ergo Capuæ Seplaſia qualis Romæ uicus unguentarius & alter iugarius qui & Thurarius quoq; dicebatur:ut modo apud nos Speciarius uicus:a ſpeciebus Arabis peregriniſq;.Marcianus iuriſconſultus:Species inquit pertinens ad uectigal cynamomum:piper longum:piper albũ:& reliqua:ut etiamſi nomẽ generis eſt Species : uulgus tamẽ ipſum quaſi p quãdam Exochen ad merces indicas & Arabicas fere id accõmodet.Itẽ.

Exoche

Oris etiam gingiuarumq; exulcerationem mire ſedat).Dioſcorides:Oris etiã & gingiuarum extuberationem.i. ἐξοχάσ.Nihil muto.

Ex capite.xii.in inſcriptione.

Pſoro).Legendum Sori aut Pſorico.Etenim hoc capite de utroq; agitur.Idem & Galenus & Dioſcorides & cæteri.Item. Medicamentũ efficit ſoricon dictum).Lege pſoricon.ex Dioſcoride Galeno paulo Aetio.Item. Sentientem uiolam leucanthon appellant).lectio uetus leucoion.ita enim uiola candida græce nominatur.

Ex capite.xiii.

Spodios quam uocant lauriotin).Hippocrates illyriotin Spodion commendat: niſi codex mẽdoſus eſt:quando qdẽ Pauſanias locum in Attica regione ubi metalla fodiebantur argenti: laurion uocari ſcribit:unde:lauriotis deduci potuit.

Ex eodem.xiii.

Pſegma

In aerariis officinis & ſmegma fit).legẽdũ pſegma:ideſt ψηγμα ex Dioſcoride ac cæteris. Eſt autem pſegma æris idem fere quod flos æris. Nam Smegma longe aliud eſt ut conſtat. Itẽ. Maxilla ab ea diſcernitur).Vetus lectio fere non Maxilla:ſed Facile ab ea diſcernitur & reliqua.

Ex eodem.xiii.

Expuitur aeris pala quædam).Quidam legunt Palea:nõ Pala.quidã Salium:ut impræſſi Romæ codices:Mihi uerbum Pala non ſolum placet: ſed perplacet.ex Strabone:qui ſelibrales auri purgatioris glebas ita dici Romana uoce aut etiã Hiſpana retulit: a quo tranſlatũ id nominis uidet̃ ad alia quoq;. Plinius quoq; libro ſupiore Palacas appellari maſſas auri tradit in puteis repertas decem & amplius librarum pondere:quas alii Palacranas inquit uocant.ſicut id quod minutum eſt Balucem.

Ex capite.xiiii.

Vita ipſa nõ defuit honorẽ initio habere ferro quoq;).Vetuſti codices nõ initio:ſed mitiorẽ.erat uero mirũ qui fieri poſſet ut ad mitiorem uſum aliquem ferrum ad ſanguinem & ad bella natum placeret.ſed hoc tamen Ariſtonidis exemplo mox demonſtrat.quanq̃ Pauſanias Ariſtomedẽ Thebanũ nõ Ariſtonidam appellat inter artifices:Itẽ. Halicon).Antiqua lectio non Halicon: ſed Alcon:qd qdem celebre nec infrequens nomen eſt.Item. Hoc ſignum extat hodierno die).Scribendum puto:Hoc ſignum extat Thebis hodie.ſequitur enim:Eſt inqt in eadem urbe & ferreus Hercules: nã & Athamantis furorem ibi fabulantur:& Herculis natale id ſolum.Eſt & Bœotiũ ferrum poetis cantatiſſimũ:ut Dionyſio:qui Aonium tridentem Neptuni appellat:non q; in Bœotia tamen præcipuum ut inqt Euſtathius:ſed quoniã ibi maxime id numen colatur.

Ex eodem.xiiii.

Neq; alia genera ferri eximia acie temperant̃).Vetus lectio non Eximia:ſed ex mera: hoc eſt ſolitaria & ſine comitatu alterius ſpeciei.ſequit̃ enim:Cæteris inquit admiſcent̃:& cætera.

Ex eodem.xiiii.de Ferro & Magnete.

Sola hæc materia uirus ab eo lapide accipit). lege Vires ex Ariſtotele ac Themiſtio & cæteris de auſcultatiõe phyſica uolumĩe octauo.itẽ. Neſcio an ultro fundẽdo pinde utilis).Legẽdũ Vitro:nõ Vltro.Plinius uolumĩe ſequenti:Cœptus inqt addi & lapis Magnes quoniã in ſe liquorẽ uitrũ quoq; ut ferrũ trahere dicit̃.itẽ. Sparſa bubbatione).Vetuſti codices Bullatione. iudicio relinqmus.itẽ. Dinocrates architectus alexãdri).Plinius alibi & Vitruuius & uetuſti codices Alexãdriæ: nõ Alexandri.Chirocratẽ nõ Dinocratẽ uocari hũc.vii.lib.monui apud Strabonem Aelianumq;.

Ex capite.xv.

Quõ liquida emplaſtra

In irge emplaſtro).Legendũ:in Hygremplaſtro.ita enim uocat̃ liqda emplaſtra:ſicut Xeria:quæ ſunt arida:ex Galeno Paulo Aetio.

Ex cpite.xvi.

Metalla quæ alutia uocant aqua ĩmiſſa eluunt calculos nigros).Vetus lectio non Eluũt:ſed Eluẽte.de quo Elutia fortaſſe uerius q̃ Alutia uocaueris.itẽ. In colatis in quibus aurum colligitur).Vetuſti codices:in calathis.Quod aũt hic duobus locis ſcribitur. Gallitia).Scribendũ Gallecia: a galleca gente Plinius Strabo Ptolomæus cæteri:itẽ. Homero criſſiriton ab eo dictum).Lego Cattiteron ſiue Caſſiteron:ſiue Caſſiriton:ĩmutatis ab Homero conſuetudine ſua litteris.

Gallecia

Ex capite.xvii.

Cœpere deinde & eſſeda baculis & petorita exornare)Vetuſta exẽplaria:Cœpere deinde & Eſſeda & uehicula & Petorita exornare ſequitur enĩ. Quæq; in ſcyphis cerni prodigũ erat hæc in uehiculis atteri cultus uocatur.itẽ. Ad aurea quoq; & argentea uehicula). Codices antiq non uehicula

ſed ſtaticula.Plinius de Achate gẽma libro ultimo:Reddunt inquit ſpecies fluminū nemorum & iumentorum etiam eſſeda & ſtaticula & equorum ornamenta.quanq̃ ſtatūculas ibi quidam impræſſere parum uidentes.Sunt qui non ſtaticula:ſed ſtraticula quaſi a ſtratis equorū utroq; loco ſcribãt.Plinius:Frenos ĩquit & ſtrata equorū Peletronius ĩuenit.nam Staticulus in Perſa plauti ſaltatiõis genus eſt.ſed hæc in librū ultimū differimus.itẽ. Plumbi albi permiſſum in charta eſt).Vetus lectio:plūbi albi experimentū in charta eſt.nec aliter conſtabit ſenſus inſequẽs. Ex capite.xviii.

Staticuli

Frenos & ſtrata equorū pelectronius ĩuenit

Fit & lotura plumbi uſus in medicina).Lego plurimi:non plumbi.Item. Plūbum lauatur & ſtibiis & cadmiæ).Lego ex Dioſcoride:plumbū lauatur ut Stibi & Cadmia.Stibi autem eſt Stimi.Itẽ.

Scobem in fictili cado coquunt).Dioſcorides:Elimatã ſcobem in fictili crudo coquūt. Itẽ. Ne fece quidem neu rerū excrementorumq; fœditate intentata).Verbum Neu:ſuperuacuū eſt:& intellectum quaſi lancinat.Item. Quod in ſenili corpore cum amurca additur). Vetuſti codices nõ cū Amurca:ſed cum Fracibus. Ex eodem.xviii.

Præter quæ ad candorem fœminarū).Legendum eſt præterq;:ut ſitq; cõiūctio non relatiuum.

Caſtigationes Plinianæ eiuſdem Hermolai Barbari ex libro.xxxv.

Ex Capite Primo.

Patia montis in cubiculo dilatantia).Legẽdū puto:Spatia mõtis in cubiculo delitẽtia. hoc eſt non placere iã ſyluas & innata montibus nemora:ideſt inteſtina opera & ſublicia:cœpiſſe pingi lapides.ꝑinde paulo infra:Montium ĩquit hæc ſubſidia deficiẽtiū.

Ex capite.ii.

Cum ſcipionis pomponiani tranſiſſet atrium).Sunt codices in qbus nõ põponiani ſed Africani ſcriptū eſt.Pomponiam certe Scipionis matrem fuiſſe legimus. Itẽ. Tabulina codicibus implebant).Vetus lectio caſtior:Tablina ut Figlina q̃ Figulina.Tablinum igitur eſt Pinacotheca:nã Tabularium Ciceroni armarium erat in quo publicæ tabulæ ciuitatum aſſeruabant.item.

Inuentioni muneris etiam diis inuidioſis).Lego inuentione muneris etiam diis inuidioſus.

Põponia mater Scipiõis fuit

Pinacotheca tablinū etiã dicitur

Ex capite.iii.

Pro aeris).Lego Pro æreis.& ĩfra. In ædilibus ſacris).Scribe:in ædibus ſacris.& ĩfra. Apud ſicyones).Dic Apud Sicyonios.ſiue Apud Sicyonem:ita enim uocatur urbs in Achaia non ꝑcul Corynto.Plinius Sicyone Pauſias uitam ĩquit egit:deniq; fuit illa patria picturæ. Itẽ. Si Tecti natura ꝑmiſiſſet).Vetus lectio nõ Tecti ſed Tectorii ut infra Plinius: Tectorium inquit opus propter excellentiam picturæ ligneis formis incluſum Romam deportauere.Itẽ. Apud romanos quoq; honor naturæ huic arti contigit).Antiqui codices Mature:hoc eſt uelociter.

Tectorium

Ex capite.iiii.

Sed ad res in riſu & iã contumelia erat).Lege.Sed ea res in riſu & reliqua. Itẽ. Hinc.M. Craſſi oratoris ille lepos Agentis cui cum reus ſub ueteribus cum textis compellatus inſtaret.Vetus lectio: Hinc.M.Craſſi oratoris ille lepos agentis ſub ueteribus cū teſtis cõpellatus ĩſtaret.Eſt aūt loci nomẽ Sub ueteribus:ex Plinio inferius:Meniana inqt operiebat Serapionis tabula ſub ueteribus. In auguſto Suetonius: Biſariam inquit laudatus eſt: pro æde diui iulii a Tiberio & pro roſtris ſub ueteribus a Druſo:quanq̃ non Sub ueteribus:ſed Veteribus dūtaxat modo legitur.Plautus in Curculione: Sub ueteribus inquit ibi ſunt qui dant quiq; accipiunt fœnore.Cicero academicorum libro quarto: interim ille cum æſtuaret Veterū & Menianorum ſic academicorū uiam ſecutus eſt. Sed & pars in foro ſub nouis appellabatur.M.Varro.Sub nouis inquit dicta pars in foro ædificiorũ quod uocabulū eius peruetuſtū:ut Nouæ uiæ:quæ uia iam diu uetus eſt.Liuius:Filiam inquit Virginius ſeducit ad nutricẽ prope cloacinam ad tabernas quibus nunc Nouis nomen eſt : atq; eam lanio cultro arrepto occidit. Habebantur & ueteres & nouæ curiæ ut ait Feſtus: ſed ad rem nõ pertinent. De hoc aūt lepore non M.Craſſi ſed iulii Cæſaris qui & Orator & poeta fuit Quinti Catuli ex Pompilia matre frater:ciuili bello Marii & Sullæ abſumptus:mentionẽ habẽt & Fabius & in libro de Oratore Cicero: Valde ĩqt ridenť imagines quæ fere in deformitatẽ aut in aliquod uitium corporis ducūtur cū ſimilitudine turpioris ut meū illud (ex Cæſaris enim ꝑſona loquiť) in Helmiū Manciã:iam oſtẽdam cuiuſmodi ſis: cū ille oſtende quæſo:demonſtrauit digito pictum gallum in Mariano ſcuto Cimbrico ſub nodis diſtortis exerta lingua:buccis fluentibus.Verbo autem ſub detractū ab imperitis exiſtimo Veteribus. ꝑinde non ſub nodis diſtortis:ſed ſub ueteribus nodis diſtortis & cætera legendū contenderim. Fabius:Rarū inquit eſt ut oculis ſubiicere contingat:ut fecit.C.iulius qui cum Helmio Manciæ ſæpius obſtrepenti ſibi diceret:etiam oſtendã qualis ſis:iſq; plane inſtaret interrogatione qualem ſe tãdem oſtenſurus eſſet:digito demonſtrauit imaginem galli in ſcuto Cimbrico pictam:cui Mancia tūc ſimilis eſt uiſus.Tabernæ autem inquit erant circa forum:ac ſcutum illud ſigni gratia poſitum.Itẽ. In facetiſſime).Cum inficetus nõ infacetus dicatur auctore uel Catullo:ſcribẽdū eſt inficetiſſime.item.

Lepos. Marci Craſſi oratoris

Sub ueteribꝰ unū uerbum

Immensam uel unam si quis tantum hanc tabulam æstimet potentiam artis). Vetus lectio nõ immensam potentiam: sed immensa potentia: casu septimo.

Ex capite.vi.

Purpurissus

Chrysocolla. indicũ. purpurissimum). Lege purpurissum ex Plinio inferius Est aũt Purpurissum quod Græce Andricelon uocari ex Aristotele Theophrasto ac iulio polluce colligo. Item. Palmã enim lemniæ dabant). Sunt qui Sphragidem Lemniam appellari negẽt rubricã: ac terram potius dicendam censeant Galeno auctore. Sed cũ rubra sit ea Creta: & Miltos Lemnia uocetur a Nicandro: Celsus quoq; Glebam Minii appellet eam: non uideo quãobrem Plinius iure incessatur.

Ex eodem.vi.

Ex ea fit ochra exusta rubrica in olis). Dioscorides: Ea fit & ochra exusta in rubricam ollis. Theophrastus γιμεται μιλτοσ και εκτησ ωχρασ κατακαιομερησ. Item. Eucophorũ fit). Plinius alibi Leucophorum. item. Tectoriis tenacissimum propter liuorem). Lego Propter leuorem: nõ liuorem: ex Plinio superius: sed & Theophrasto qui gypso græcos uti scribit λιατην γλισροτητα και λειοτητα. hoc est ꝓpter tenacitatẽ ac leuorẽ.

Leuor

Ex eodem.vi.

Vasta casu repta in incendio pyræ cerussa in hortis cremata). Vetus lectio: Vsta casu reperta ĩcẽdio pyræ: cerussa in orcis cremata: hoc est capsis pigmentorum muliebrum. Erat uero Vsta qua primus Nicias usus est: quod genus picturæ dicitur Encaustõ Plinio Martiali cæteris. hĩc ortũ ut uulgus atramentum librarium appellare cœperit Encaustũ. Orcam Probus in illo Persii uersu. Angustæ collo non fallier orcæ: interpretatur amphoræ specie: omnino ueteribus & uinarium & oleariũ uas erat Orca item Salgamarium: ut in quo fici quoq; ut Plinius inqt asseruabantur: item Salmentarium hoc est Salsamentarium. & infra. In insula rubri maris topazono). Scribendũ Topazo aut Topazio: auctor multis locis Plinius. de hac & sexto uolumine locutus & septimo ac trigesimo. item & Alexander cognomẽto Polyhistor. & Stephanus: qui per. x. nõ per. z. ueteres prius id nomẽ scripsisse tradit.

Capse pigmẽtoꝝ muliebriũ quõ Atramẽtũ librariũ cepit uocari ẽcaustum

Alexãder cognomẽto polyhistor

Ex eodem.vi.

E uinaceis fecere strigmon) Codices uetusti Tryginon hoc est fecatũ. græci enĩ fecem Tryga nominant. item de purpurisso. Vtilissimũ a canusio). Antiqua lectio Vilissimum. quod & plus probatur. Item. Pingentes sandyce subdita). Lego sublita: non subdita: ex sequentibus. Est autẽ Sublitio quasi primum tectoriũ & fundamentum coloris eius quem reddi uolumus inductione manus ultima. Item. Causa est ꝙ id genus maxime ĩficitur rubiáq; cogitur sorbere). Vetus lectio fere: Causa est ꝙ hysgino maxime inficitur rubráq; cogitur sorbere. Vitruuius: Fiũt inquit purpurei colores ĩfecta creta rubra radice. Item paulo inferius: eadem inquit ratione uacciniũ temperantes & lac miscẽtes purpuram faciunt elegantem. Est aũt uaccinium idem quod hysginum hiacynthusq;. ut alibi apertissime docuimus.

Sublitio q̇

Quõ fit purpura elegans

Ex eodem.vi.

Qui adulterant uero indico tingunt stercora columbina aut cretã silenusiam uel annulariã ultro inficiunt). Tria errata. lego: Qui adulterant uero indicũ: stercora columbina aut cretam Silinusiã uel anulariã uitro inficiunt. Vitruuius: Propter inopiã inqt coloris indici cretã selinusam aut anulariã uitro quod græci Hyalon appellãt inficiẽtes imitationẽ faciunt ĩdici coloris. De uitro aũt q̃d ad colorẽ anulariũ quæratur: paulo infra Plinius hoc ipso capite. fit enim ipsum ex uitreis gẽmis De terra siue creta Selinusia Dioscorides & Plinius & cæteri. itẽ. Indicũ rigores & impetus sedat). Dioscorides Indicum tumores & impetus sedat: idest οι λημματα και φλεγμορασ. Etenim si astrictoria siue styptica uis eius est: ut inter omnes conuenit: nõ uideo qui rigores indico summoueri debeant. An qa in phlegmonibus hoc est inflãmationibus siue collectionibus quas & ĩpetus nostri uocant: necessariũ ẽ τασιν contingere: hoc est tentionem loci eius in quem materia nocens confluit: ut Galenus ait: ea tẽtio dici rigor potuit? Item. Et quod chrysocollam lotum mẽtitur). Lego nõ lotum: sed Luteã. De Chrysocolla duplici Lutea & liquida superius est monstratũ. Luteã inquit ab herba lutea dictam putant: quoniã ipsam ceruleo subtritam ꝓ Chrysocolla inducunt. idem & Vitruuius confirmat: qui herbam eam modo infectiuam: modo Luteum uocari tradit.

Hyala quare sic

Astrictoria Styptica Tasis quæ

Ex capite.vii.

Melanchius). Legendũ ex Fabio Quintiliano & Plinio infra Melãthius. item. Nero princeps iusserat colosseum pingi). Vetus lectio Colosseũ se pingi. item ĩfra. Publicas porticus occupauit pictura). Vetus lectio fere nõ Occupauit: sed inuestiuit. quæ uox qa paulo sordidior & de triuio accepta uidebatur: displicuit emendatoribus. Cæterum scire licet latinũ id uerbũ esse nõ Barbarum: ꝙ in Calliæ Viena ellogiũ est iis uerbis. D. D. Flãminica Viennæ tegulas æneas auratas cũ carpusculis & uestituris basiũ. & signa Castoris & Pollucis cum equis: & signa Herculis & Mercuri. D.

De triuio q̇ accipi dicũt

Ex capite.viii.

Qui clipeũ intus pinxit elide mineruæ quã colotes fecerat). Scio quidẽ in Elide opera fecisse cũ Phidia fratrẽ Panænum. sed fere placet ut in Aegide Mineruæ potius q̃ Elide scribatur. De Colote hoc & Strabo uolumine octauo. item. Hic cataglypha inuenit). Vetus lectio Catagrapha. Catullus: Catagraphosq; thynnos. De Anaglyphis uero alia ratio est. hæc cæli. Catagrapha pennicili

Catagrapha Anaglypha

ſunt.Extiment uolentes.Item. Paneus).Strabo interim Panænũ: interim Pandenum: nec fratrẽ:
ſed ex fratre filium.Pauſanias quoq; modo Panæum modo Panæmũ fratrem Phidiæ appellat: a quo
ut Plinius hoc loco:prælium cõtra Perſas apud Marathonem factũ in porticu Pœcile dicta pictũ eſt.

Ex eodẽ.viii.

Vt in eo prælio iconicos.Duces pinxiſſe tradatur).Quidam legunt Nicomachus ꝑ eo qđ eſt ico
nicos:parũ quidem illi recte.Siquidem panæus Phidiæ frater eius picturæ auctor fuiſſe:nõ Nicoma/
chus uidetur.Porro uerbum Econicos ſiue Jconicos poteſt & caſus eſſe nominis & aduerbiũ:ut qua/
litatem picturæ modũq; ſignificet:ideſt ει κορικωσ:honeſtius ita græce.q̃ ſi latina forma dixiſſet ico/
nice.Atq; hoc in aduerbiis eius lingue ꝑpetuũ fere eſt.Comparatiua quoq; nominum græcorũ figu/
ra potius græca q̃ latina efferre moris ẽ:ut Muſicotera & Coloſſicotera & Graphicotera: Vitruuio.
iconicos autem pinguntur ea de quibus ita ſuperiore libro Plinius:Eorum ĩquit qui ter ibi ſuperauiſ/
ſent imagines ex membris ipſorum ſimilitudine expræſſa quas Econas uocant. Tranqllus Ecunculã
ab Econe deduxit in Nerone:Pro ſummo inquit numine tribuſq; in die ſacrificiis colere ꝑſeuerauit
Ecunculam puellarem.quanq̃ nõ Ecuncula ſiue quod idem eſt icuncula:ſed Acuncula mẽdoſe legeba
tur.ut uitanda ſit eorum interpretatio qui aut acum in eo uerbo intelligunt:aut lectionẽ interpollãt:
non Ecunculam ſed imagunculã ſcribentes.auctor:in Caligula ſimulachrum inquit ſtabat in templo
aureum iconicũ:amiciebaturq; quotidie ueſte quali ipſe uteretur.

Quõ cõparatiua greca efferantur.
Locus apud Suet. in Nerone

Ex capite.ix.

Porticum quæ poetile uocatur).Legẽdum eſt Poecile:auctor Pauſanias & alii fere innumeri:a ua
rietate dicta picturarum.Fuit & in Elide porticus Poecile:ut idem pauſanias affirmat:quam & Echus
uocabant.itemq; ut Plinius Heptaphonon quoniam ſepties eadem uox reddatur.Item. Cũ patrẽ
eius mycon mercede pingeret).Legendũ eſt Partem:non patrem.Mycones aũt fuere duo:Atheniẽ/
ſis & Syracuſanus:ut ait pauſanias.Nam qui legunt:Cũ pater eius Mycon mercede pingeret:diuinã/
do mentiuntur:cum polygnotus Aglaophõtis filius non Myconis fuerit eodem auctore. in calce hu
ius capitis. Androgydes).Scribendum Androcydes.

Ex eodem.ix.

Penelopẽ in qua mores pinxiſſe uidetur).Quanq̃ mores qdem ĩ pictura ſunt.qui græce tamẽ ho
neſtius uocantur ηθη.& a nobis ſenſus:non mores.ſed & ueterẽ lectionem ſequimur:in qua non Mo
res:ſed Amores ſcriptũ eſt.Accedit ꝙ lycophron quoq; impudicam facit penelopem illo uerſu ηδε
βασσαρα σεμνοσ κασσωρευουσα κοιλάρει δομουσ θοιναισιν ολβον εγχεασαι τλημονοσ.
Duris quoq; Samius penelopem affirmat pudore proſtituto conſuetudinem habuiſſe cum omnibus
procis:unde natus ſit pan qui caprinis pedibus τραγοσκελησ uocetur.Alii panem hũc alterius pene
lopes e Mercurio genitũ uolunt.penelopem ĩfamat & Ouidianus uerſiculus in priapeo carmine.Fa
bius libro ſexto.ille iam pene medius affectus eſt ex amoribus & deſideriis amicorũ ac neceſſariorũ.
nã & hoc maior eſt:& illo minor.

Lycophron ĩpudicã facit penolopem

Ex capite.x.

zeuxis alitũ iudicio timens).Vetus lectio Tumenas:non Timẽs:quod & melius.itẽ. Prædicã/
tes quoq; non ſolũ confitentes alia multa).Diſtinguendum ita ut ſequentis clauſulæ præbeant initiũ
illa uerba duo. Alia multa).graphidis uidelicet ueſtigia extãt in tabulis ac membranis. Eſt aũt gra
phis idem quod ars ipſa pingendi:a ſtilo dicta quem Græci Graphion & Graphida quoq; nominant.
in quo ſciendũ:per graphidis ueſtigia picturæ genus accipiendum eſſe:quod græci uocant Ichnogra/
phiã.ea eſt circini regulæq; modice cõtinẽs uſus:ex qua capiunt formarũ in ſolis arearũ deſcriptiões
auctor Vitruuius primo lib.q & Orthographiã & Sciographiã nominat.item de Parraſio. Pinxit
& theſiam).Vetus lectio Theſea ſiue quod idem eſt theſeum.Plinius hoc capite: Opera inqt Euphra
noris ſunt.xii.dii & theſeus in quo dixit eundem apud Parraſiũ roſa paſtum eſſe ſuũ uero carne.item.
Atq; ut auctor eſt decius epulo).Antiqua lectio & hic & in indice:Decius Eculeo.

Quid ſit graphis
Ichnographia quæ

Ex eodem.x.

Vlixes facundus artifex).Nomen opis eſt nõ ut Sipõtinus credidit artificis Vlixes: quẽadmodũ
ſupiora quoq; alia Aeneas Caſtor Pollux Telephus Achilles Agamemnon: quæ Parraſii omnia fue/
re:de quo per acclamationẽ quandam ait Fœcundus artifex.ita enim legendũ:non facundus:docent
id ſequentia.Fœcundus inqt artifex:ſed quo nemo inſolentius & arrogantius ſit uſus gloria artis.Nã
& cognomina uſurpauit Abrodiæton ſe appellando & cætera: cuiuſmodi omni de Parraſio ſcribit
Athenæus:ut mox ĩdicabimus.itẽ. Herois noĩe & ſe moleſte ferre).Lego Herois noĩe id ſe mole
ſte ferre:hoc eſt nõ ſuã ſed Aiacis uicẽ dolere ꝙ ſecũdo uictus eſſet ab Vlixe cũ uiueret & a Timãthe
cum pingeretur.Athenæus:Abrodiæton inquit ſe in operibus ſubſcripſit Parraſius:adiecto ellogio.
αβροδιαιτοσ ανηρ αρετηντε σεβων ταδεγραψεν.Principẽ quoq; artis ſe dixit: quã & ꝑfeciſſe glo/
riabat: ηυχησε δαμε μεσητωσ επι τουτοισι καπιςα κλυουσι λεγω φημι γαρ ηδη τεχνησ ευρησ/
θαι τερματα τησ δε σαφη χειροσ υφημετερασ.De Timanthe uero ita αγωνιζομενοσ ποτε παρ/
ρασιοσ προσ κατάδε εξερον εν σαμωτον αιαντα καὶ ηττηθεισ συναχθομενων αυτω των φι
λων.εφησε, αυτοσ μεν ολιγον φροντιζοι αι αντι δε συναχθοιτο δευτερον ηττηθεντι.

Cõtra Sipõtinum

Ex eodem.x.

Quot genera picturæ primo Nobilium pictura quõ

Diuiſo helladico tria facta ſunt).Lege Dimiſſo:nõ Diuiſo: ut præcedentia cõſentiant. Duo enim fuere genera picturæ Aſiaticum & Helladicũ.poſt facta ſunt tria:Ionicum aſiaticum Atticum. ita facile intelligitur Helladicum fuiſſe dimiſſum.itẽ. Pamphili pictura eſt cognatio & prælium ad philiuntem).Scribo Ad philuntẽ ut libro quarto dixi.Cognationem Plinius intelligit nobilium picturã quaſi Stemma:quod alibi græce Syngenicon appellat:ut ſequenti libro Agnationes.

Ex eodem.x.

Deltion herodotus appellat tabellã buxeam q̃ grammatici utuntur

Antigraphicen ideſt picturam in ludo docerentur).Vetus lectio Graphicen id eſt picturam in buxo docerentur.iulius Pollux Buxum hoc eſt Pyxion inter ea numerat quæ ad pueros litteris ĩbuẽdos ptinent.id ipſum & pictoris inſtrumentum eſſe tradit.Alio loco:Pyxion inquit tabella eſt qua grammatici utunť.cuius uocis apud Ariſtophanẽ ſit mẽtio:& Herodotus Deltion appellet.id ipſum Aelianus & Euſtathius:qui tabellas uocari Pyxia hoc eſt Buxulos tradit:quoniã ueteres inquit elementa in buxo deformabant.Buxi quanta ſit firmitas Theophraſtus & Plinius.Itẽ. In officina ĩperite multa differenti).Hoc non de Alexãdro ſed de Megabyzo retulerũt Plutarchus Aelianuſq;:ſed hæc memoriæ non eruditiõis peccata ut Ciceroni placet:cui & Brutus & Atticus in hoc genere nõ paucis locis collapſo quaſi manum præbebant:modo Eupolin pro Ariſtophane: modo Agamemnonem pro Vlyxe modo Aiacem pro Hectore ſcribenti.de quo & Gelius & nos alio loco pluſcula.

Ex eodem.x.

Venerem dioneam).Vetus lectio Anadyomenen.Plinius:Venerem inqt exuntem e mari Auguſtus dicauit.quæ Anadyomene uocatur.Ouidius: Vt uenus artificis labor eſt & gloria coi: æquoreo madidas quæ Premit imbræ comas.Meminit & Cicero multis locis.Itẽ. Cedebat amphioni de diſpoſitione nec aſclepiodoro de menſuris).Vetus lectio:Nã cedebat Amphioni de diſpoſitiõe & aſclepiodoro de menſuris:atq; iſtæc illa maior arte ſimplicitas.Plinius haud multo poſt:aſclepiodorus iqt quẽ in Symetria mirabatur appelles.

Symetria

Ex eodem.x.

Metopoſcopos q planiq ſint impoſtores qui

Quos metopus uocant).Lego Metopoſcopos.ita enĩ græci appellant qui per liniamẽta oris atq; frontis mores hominũ euentaq; prædicunt.de hoc & Suetonius & alii.Item. Agnoſcẽte uultũ planoregio).Legendũ agnoſcente uultum Plani Rege.Sunt autem plani non Sycophantæ delatoreſue ſed Scurræ.ne id qdem ſimpliciter ſed certi atq; ſui generis:impoſtores Decollatoreſq; a fallẽdo nominati:ut inquit Athenæus:qui hoc ipſum retulit de Protogene.Inter Planos uero maxime celebres fuere Cephiſodorus & Pantaleon:qui deceſſurus utrũq; filiũ deceperit: ſeorſum iis ꝓdendo qua parte domus infodiſſet aurum.quod nuſq̃ erat.De planis & Cicero & aul.Gellius & in epiſtolis Oratius Itẽ de antigono rege. Tantumq; ea in parte a facie oſtendit).Vetus lectio.Laniumq; ea in parte a facie oſtendit. Item. Verſibus græcis tali opere dũ laudatur uicta ſed illuſtrata). Codices antiqui non uicta:nec illuſtrata.ſed Victo & illuſtrato.

Ex eodem.x.

Epheſiæ dianæ ſacerdotes quõ

Megalyſi ſacerdotis epheſiæ).Scribẽdũ Megabizi ſiue Megalobizi.ita enim ut inquit Strabo uocabanť Epheſiæ dianæ ſacerdotes.Quintilianus libro quinto:Artifices ĩquit clariſſimi cum corpora q̃ſpecioſiſſime pingendo fingendo ue effingere cuperent:nunq̃ tamen in hunc ciderunt errorẽ ut Bagoũ aut megabizũ aliquem in exemplum operis aſſumentes ſibi: ſed Doryphorum illum aptum uel militiæ uel paleſtræ:aliorum quoq; iuuenum bellicorum & Athletarum corpora decorare exiſtimarint:Bagoum uero megabyzumq; pro imbellibus & mollibus accepit:cuiuſmodi Spadones ſunt. De Bagoo diximus.xiii.uolumĩe.de megabyzo trogus Thucydides Plutarchus.Nã & ſacerdotes dianæ oportebat eunuchos eſſe.in Fabio tamen non Bagoum:ſed mendoſe bacchiam ſcriptum erat.Potes & bacelum in Fabio legere:quem & ſemiuirum deſidia & libidine inſignem fecit ꝓuerbium βακηλοσει Suidas auctor.item. Clytum).Superius oſtendi cliducum ſiue cledicum ſcribi poſſe.quã quã & clitum ſcio Alexandri tẽporibus fuiſſe ab ipſo interfectũ.Fuit & clitus alter cognomento Leucos ut Athenæus inqt mollicie atq; luxu diffluens:qui dum cognoſceret in foro:purpuratus deambulandoq; ius dicebat.Quod uero ſequitur Equo ad bellum feſtinãtem:altera uidetur eius pictura nec ad clitum referenda.

Quales Dianæ ſacerdotes eſſe oporteret

Ex eodem.x.

Laus ĩ pictore maxima quãdo naturã ipſam prouocauit

Alexandriæ gorgonas tenentem tragœdum).Vetuſti codices.alexandriæ Gorgoſthenẽ Tragœdũ:ut ſit nomen eius proprium.pingebantur enim & Tragœdi.Plinius hoc ipſo capite: Cyliſcum inquit Tragœdiarum ſcriptorem meditantem pinxit.Item. Diuus Claudius pluris exiſtimauit in utriſq; excisa facie alexandri:diuidi auguſti imagines dedere).Lego nõ imagines dedere:ſed imaginẽ ſubdere:ut ſenſus ſit illuſtrior.Item. Ad quam picturam natura eũ prouocauit).Vetus lectio: Eaq; pictura naturam ipſam prouocauit.Itẽ. Eſt & equus ſiue fuit pictus).Legi poteſt:Eſt & equus eius ſine fine dictus & cætera.hoc eſt ſine fine decantatus. quod genus loquẽdi familiare Plinio eſt. ut ĩfra. Pinxit inqt ægrũ ſine fine laudatum.Item. Sed & cum ratione magna).Scribendum Sed & tũ ratione magna.Itẽ. Patria phicaunus).Antiqua lectio:Patria Sicaunus.Scribo Patria ei Caunus.ſeqtur enim:Gentis Rhodiis ſubiectæ.Caunum fuiſſe Rhodiorum in continenti.Strabo.

Ex eodem.x.

Nobilem paralum).Quidam codices non Paralum sed Patalum.falso. Athenæus Pyttalũ Eleum: patre Lampide:non modo pugilatu:sed composita inter Arcadas:& Eleos:de finibus:graui lite. celebrat.cuius imaginem Sthenis fecit Olympiæ:Plinius tamen libro septimo:Paralum tradit appellatũ qui nauem longam primus inuenit.Cicero sexta contra Verrem:Solitum Athenis pictũ mõstrari ait Parthalum.mẽdose(.Vt arbitror).Pro Paralũ.Scio & Paralos in Attica uocatos:qui regionis eius Paraliam colebãt.Plutarchus Paralos Factionum unam e tribus quæ Athenis erant Solonis tempore:intelligit.Plato in Menone:duos Pericli filios fuisse refert Paralũ & Xantippum.Ex iis colligo uel Pyttalum uel quod magis probo Paralum & hic & apud Ciceronem legendum. item supra. Popyleon). Scribe popyleon.de quo alibi.sed & Cicero in Officiis.

Qui primus naũe longam inuenit quo nomine

Ex eodem.x.

Hammoniadam).Legendum Hemionida.quoniam sequatur.Quam quidam inquit Nansican uocant.Pausanias hoc genus operis monstrari tradit Olympiæ παρθενουσ επι ημιονων την μενεχουσαντασ ηνιασ την λεπτικει μενην καλυμματη κεφαλη.ναυσικαν δε νομιζουσιν την αλκινοου και την θεραπαι ναν αυνουσασ επι τουσ πλυνουσ.inde ortum in uirgines in iumẽtis siue mulis sedentes Hemionidas uocarent artifices.item. Lalysus qui est usque hodie).Scriptum inuenias apud Aelianum fere non ialysus sed Hyalius:Duæ inquit protogenis picturæ Hyalius & Satyrus:cæterum corrupte:nam & Cicero in Oratore ad Brutum & Actione sexta contra Verrẽ: Gelius & Strabo:non Hyalium sed ialysum appellant:ab ialyso Rhodi uico:quem Demetrius Rex incendere noluerit:q in eo tabulas Protogenis haberi nouerat.De Satyro Plinius haud multo post:ad quem usq locũ pendet.hæc sententia.Proindeq non dixit palmam habet tabularum eius ialysus:sed palmam habent hoc est & ialysus & de quo statim agendum erit Satyrus. item. Longius a uarietate). Scribendum: A ueritate.

Duæ protogenis picturæ q̃

Ex eodem.x.

Cum pingeret popizonta retinente pane).Codices multi:Cũ pingeret Popyzõta : retinẽtẽ equũ. Est autem Poppysmos:quo blandimur equo plausus:de quo alias plura. Item Fecit & cypippem & triptolemum).Vetusti codices Thlepolemum.Notum est inter ea nomina discrimen.itẽ. Nobiles uaccas).Scribo Bacchas:ex Plinio superius:& quia sequitur:Arreptantibus Satyris item. Niceros & aristippus).Vetusti codices:Nicros & Ariston.item. Rhyparogranos).Lege:Rhyparographos: hoc est sordidarum humiliumq rerum pictor.item E diurso mediana).Vetus lectio non Mediana: sed Meniana.Est quidẽ Vitruuio Medianũ pro Medio.Sed placet Meniana : quippe quæ ut est apud Varronem in foro fuisse constet.Verbum autem Sub ueteribus:loci nomẽ est:ut superius hoc libro docui.

Popysmos quid sit Thlepolemus

Ex eodem.x.

Dignis digna loco).Nullus sensus nisi quis extorqueat Digna pro Digne Cæterum siquis nõ digna loco:sed Dignu loco:scripserit:astipulabuntur ei Cicero & Fabius.qui aiunt ueteres non Dignus loco sed Dignu loco pronũciare solitos.uersus autem ille. Marcus ludius elotas Aetolia ordinis). Ex eo genere uidetur quod Encyon Græci uocãt.hoc est fœtum & habens uterum:ut ille Virgilianus : Aut ouium fœtus aut urentes prata capellæ.proinde uerbum Elotas per Synalœphen cum sequenti legitur:elisa littera.s.quod erat ueteribus creberrimum. Sed & ad imitationem Græcorum Aetoliæ penultima producitur.Elotas porro id uidetur quod Græce ειλοτησ scribitur.quo nomine famulitia Spartanorum dicta nouimus:de quo & Aristoteles in Politicis:& Athenæus perq̃plurima.Itẽ. Nobiles plaustri accessuuillæ sub collium sponsione mulieres labentes trepideq feruntur plurimæ).Vetus lectio non Plaustri accessu:sed Palustri.Quidam non legunt Sub collium sponsione mulieres:sed Subcollantibus sponsione mulieribus.Non displiceret emendatio si sequentia concederent: Labẽtes trepidæq feruntur:nam uerbũ Plurimæ initiũ est sequentis clausulæ:Plurimæ ĩquit præterea faciles argutiæ.igitur legi potest:Nobiles subcollãtiũ specie mulieres labẽtes trepidæq. Est autem Succollare apud Varronem in tertio rei rusticæ item Suetoniũ ĩ Otone:idem quod sustollere subleuareq ceruicibus subiectis.nã decollare:modo securi cedere modo fallere significat Plauto Lucilio Fenestellæ Diomedi.

Famulitia

Succolare quid sit

Ex capite.xi.

Nicanoris & maresilai).Vetus lectio Archesilai non Maresilai.item. Picturæ suæ inscripsit eneten).Lego Encauten:quod significat inustam.aut Encausen:qđ significat ĩnussit.sequitur enim protinus:Quod profecto inquit non fecisset nisi eucastica inuẽta.Morem uero talem fuisse pictoribus hac inscriptione uti:constat ex Plinio superius:Quam Nicias inquit se inusisse.tali enim ait usus est uerbo Martialis:encaustus phaeton tabulã tibi pictus in hac est.idem. In equo extãtia ostendens).Scribẽdum:in æquo:idest æquali.nec eminulo:cuius rei rationem commonstrat Optice.

Encaustus phaeton Optice

Ex eodem.xi.

Euphranos isthimius).Legẽdũ Euphranor:ex Plinio Vitruuio mille aliis.Nam pausanias .xii.deos eius & Theseum & prælium equestre Athenis spectari tradit.Fuit autem prælium id quod inter Lacedæmonios & Thebanos ad Mantineam siue Leuctra gestũ est:in quo & dux Epaminundas:& Gryllus Xenophontis insidentes equis ita sunt conspicui:ut statim inqt noscantur.Atq hoc intelligi uole-

Mantinea

bat Plinius cum diceret:primum euphranorem uideri expressisse dignitates insigna heroum & usurpasse Symmetriam.

Ex eodem.xi.

Megalysi sacerdotis).Legendum est Megabyzi ut diximus.de quo & Plutarchus in Alexādro.itē.

Gynæconitis

Frequentiam:quam uocauere polygennaton).Vetus lectio Gyneconitin. Et sane mulierum ut ita dicā Senatulus & in domo pars sic appellaṫ Vitruuio.

Ex eodem.xi.

Papinius in syluis

Cum aesculapio filiæ hygia aegle:pane:calasus & piger). Legendum:Cum Aesculapio filiæ Hygia Aegle panacea iaso·ita.n.quattuor eius filiæ uocantur Aristophani. Deprauatus uero locus hic in causa fuit:ut alia earum nomina Domitius in quadam papinii syluula tradiderit.itemq; illo Martialis uersu:Quod sanare criton nō quod hygia potest.cum patre uero pingi eas præcipue Hygiā testis est pausanias:ei comas suas fœminæ dicabant.De pigro autem siue Ocno illud scitu dignū:picturæ id genus Delphis a polygnoto quoq; Thasio dicatum fuisse:nec tam significari eo desidem & ignauum: q̄ laboriosum quidem & industrium:sed cuius uxor sit prodiga. etenim asellum non marem sed fœminā fingebant ait pausanias:qui tamē in ionia prouerbium inoleuisse refert συναγει οκνου την θωμιγγα. contra eos qui rebus nullum fructum ferentibus multum operæ impendūt. De Ocno græci latiniq; scriptores fere certatim:sed & in marmore celatum id argumētum Romæ duobus locis uisitur:ī Capitolio & Vaticanis hortis·itē. Apocoptonta).Vetus lectio Aposcopeuonta siue aposcopūta:quasi considerabundum explorabundum ue.illud autem apocoptunda:præcidētem battuentem ue significat.

Battuens

Ex eodem.xi.

Numerosaq; tabula)·Scribēdum Numerosa æque tabula·item. Scyllam ancoras persicæ classis præcidentem).Legendum non Scyllam sed Scyllin pausanias: Scyllis inquit Scionæus homo cū Cyne filia classis Persicæ:qua Xerxes græciæ bellum intulerat:ancoras natādo urinādoq; præcidit ad pelium montē & Sepiada Magnesiæ:idq; signum in apollinis templo positum ab amphictionibus quod erat commune Græciæ concilium:a Nerone principe Romam traslatum.

Amphyctionum conciliū quod erat cōe græcie a Nerone principe Romam translatū est

Ex eodem.xi.de Dioxippo.

Circa pulueris iactum(quod uocant aconiti).Legēdum:Citra pulueris iactum· hoc enim significat uerbū Aconiti·sicut Acleti:citra uocationē.Vtrūq; prouerbii loco diciṫ·hoc quoties īuocatus qs accedit ad conuiuium:quod & amici faciunt & Cœnipetæ.alterum quoties quis sine labore uicerit: quod quidem nos citra puluerum sudoremq; dicimus:origine ab Atlhetis sumpta:qui puluerē Inspergebāt corporibus.Idq; a Græcis Aphe dicebatur:quasi tactus Martialis:Et flauescit aphe·Meminit & Seneca.Ouidius de lucta Herculis & Acheloi.inq; uicē fuluæ tactu flauescit harenæ. ut fere putē hoc quoq; loco:non tam iactum q̄ Tactum scribendum fuisse.Pausanias quoq;:Diorcum inquit Aconiti uicisse Pythia:& Heraclidem Alexandrinum Olympia Pancratio.Aconiti autem tanq̄ sine compari· nullo uidelicet qui certaret reperto·siue quia ipsi dimicare nollent quibus licebat: siue quia lege aliqua cōgredi prohiberentur:ut in Heraclide mox dicto contingit.reiecto Rhantio Alexādrino æque pugili: q; fraude cōperendinatus esse uideretur·idem auctor primo qui Pancratio citra pulueris tactum uicerit: Dromea nomen fuisse refert ex Mantinea.

Comperidinatus

Ex eodem.xi.

Cœnus stemata).Legendum est cum superiore clausula:Coneti Nemea·ut sit sensus:Dioxippum: qui Olympia uicisset:Aconiti:hoc est sine puluisculo:eundem Coneti Nemea:hoc est in altero a sacris græciæ certaminibus:qđ Nemea diciṫ:cum inspersione pulueris uicisse.Non potest negari locū hūc ex altissimis ruinis egregie restitutum esse.sed ingenue fatebor:unius exēplaris utcunq; laceri atq; deprauati comparatio hallucinantem & oscitantem me cōmonuit huius mendi.Hic porro Dioxippus q̄ nobilis pugil fuerit:& quamobrem ipse sibi mortem cōsciuerit Alexandri magni ætate.Q. Curtius docebit.

Ex eodem .xi.

Cratinus comedus Athenis Pompeium pinxit).Si de Comico accipiam Pompeiū pingere nō potuit:Si de pictore·ueterem lectionem sequamur:quæ ait Cartinus Comœdos Athenis in Pompio pixit:hoc est in eo loco qui πομπειον dicitur:ut est apud pausaniam:qui & alio loco celebrat artificem Cratinum ex Aegira.

Pōpius locus

Ex eodem.xi.

Euchides bigam regis).Vetus lectio Eutychides·quod nomē & supra quoq; asseruimus nec semel auctore Pausania & Plinio.item. Nealtes).Legendum Nealces ex Plinio sæpissime.item. Testidemus oecaliæ expugnatione).Legendum arbitror:Ctesidemus:ex Græca nominandi consuetudie. De Oechaliæ expugnatione Homerus.

Ex eodem.xi.

Nealces

Nealces uenerem solleris in arte ingenioso operi superpinxit).Vetus lectio Nealces Venerē ingeniosus & sollers in arte Mihi placeret uel sic Nealces Venerem:sollers hic arte īgeniose operi supppinxit siue superpinxit:ut hoc significet quod græci uocant υπογραφειν siue υπεργραφειν siue παρεργογραφειν:cum quid uedilicet adiicitur operibus iam perfectis Emphaticos. Quæ sint autē ut in p

ςturis ita in aliis quoq; artibus parerga.etiam Vitruuius demonſtrat.

Ex eodem.xi.

Leontiſcus aratum uictorem cum tropheo pſaltriam.leon ſappho).Diſtinguendũ ita:ut intelligas ipſam Sappho quã Leon pinxit:Pſaltriam fuiſſe:auctor nõ Suidas mõ:ſed Athenæus quoq;:q Sappho meretricẽ Ereſſiam quæ Phaonem adamauerit alteram ab illa poetria uidetur exiſtimaſſe.Sũt q Saphus duas Ereſſiam & Mitylenæam tradãt:utranq; Pſaltriam:utranq; Poetriam.Didymus certe grãmaticus q quattuor milia librorum ſcripſit ut ait Seneca:ſiue ut Athenæus mille quingentos:ob id Bibliolathas appellatus:quærit & hoc:an Sappho Sybilla fuerit?

Didymus grãmaticus quattuor milia librorũ ſcripſit

Ex eodem.xi.

Quinquatriis celebrantem).Lege Quinquatrus Dicitur autem Quinquatrus:ut Triatus & Sexatrus & Septimatrus & Decimatrus:ex Feſto:poſt Varronem.Itẽ. Theodorus ſamius & tadeus nicoſthenis.diſcipuli).Vetus lectio nõ Tadeius ſed Stadius.Nominat quidẽ Pauſanias Atheniẽſem Stadicum inter artifices.ſed Diodorus:apud ueteres maxime inquit cõmendant cælaturæ arte.Teleclius ac Theodorus Samius Rhœci filius:quorum manu Pythii apollinis imago facta:ut dimidiũ Teleclius dimidium Theodorus Epheſi perſolueret nec duorũ tamẽ opus:ſed unius eſſe iudicaret.De Theodoro uero & Herodotus & Pauſanias:qui tamẽ Rhœcũ philæi:Theodorũ uero Teleclii filiũ:utroſq; Samios fuiſſe ſcribit.Omnino fere ſentio non Tadeum hic:ſed Teleclium ſcribendum.

Ex eodem.xi.

Et pennicillo pinxit & ceſiro.item paulo infra Ebore ceſiro ideſt uiriculo).Vetus lectio nõ Ceſiro ſed Ceſtro Ceſtron inquit Suidas genus erat teli Perſico bello inuenti.Sophocles quoq; Ceſtran dixit pro ſtimulo ſiue ſtilo ut ait Pollux.Sed & lorũ aut opus interpunctũ: acu ue pictum:& ueneris. itẽ ornamentum & in commune fœminarũ:Ceſton græci uocãt,pinde Celſus africanus contra quẽ ſcripſit Origẽs.xxiiii.libros edidit:quos a rerũ uarietate Ceſtos appellauit.Præterea Sphyrenã piſcẽ Attici Ceſtrã uocant latine Sudi appellatam quia roſtratus ſit:& ſimilis Belonæ:ut ĩquit Athenæus. Eſt autem Belona piſcis:quem nos Acum & Aciculam quoq; dicimus.Habetur & herba Ceſtron pro Betonica ceu a uarietate remediorũ & efficacia noĩe impoſito.Sed & Mugil piſcis ideo Ceſtreus uidetur a græcis appellatus.quia teli modo publica Athenienſium pœna inter adulteros. Vtcunq; hoc genus miſſilis:quod græci Ceſtron uocant:noſtri Viriculum:nam & Terebram uulgo ita dicimus. Pictores ebore a Plutarcho in periclis uita ελεφαρτεσ ζωγραφοι nominantur. niſi quis ελεφαρτοσ putet non ελεφαρτεσ ſcribendum.

Ceſtros pro Betonicą & unde

Quomodo uulgo terebra

Ex capite.xii.

Primos omnium placiſten inueniſſe ideochum rhetum & Theodorũ).Vetus lectio nõ habet ideochũ:ſed Rhœcũ & Theodorũ:ut ſuperiore dixi capite.itẽ. Demorotũ).Lego Demaratũ ex liuio cæteriſq; ſcriptoribus.Itẽ. Euchirapũ).Scribo Euchira uel Euchiron: quẽ Pauſanias Corynthiũ fuiſſe tradit:ut prædixi.Itẽ. Plaſte appellata).Scribendum Plãſtæ appellati.nam ars πλαςικη ſed artifices πλαςαι nominantur.habet hoc & uetus lectio.

Plaſtæ

Ex eodem.xii.

Praxitelem qui plaſticen matrem & reliqua).Vetus lectio paſitelem.Sed & Pauſanias paſitelẽ magnificat.Nam Praxiteles alius fuit..

Ex capite.xii.

Prolibatur ſimpulis).Quidam legunt Simpuuiis ex Nonio:Simpuuium ĩquit uas eſt ligneum:Sed Varro tamen Simpulum:ubi ait deos ipſos uili ſimpulo inuitari. Feſtus: Simpulum inquit uas paruũ nõ diſſimile cyatho:unde mulieres diuinis rebus deditæ Simpulatrices uocentur·Appuleius:ĩ hodiernum ĩquit populus Romanus diis ĩmortalibus ſimpulo & catino fictili ſacrificat:Sed & Simpulũ.M. Varro appellat minutatim fundens uas in cuius locum ſucceſſerit Epichyſis.cuius mentionẽ Plautus quoq; faciat:ut hinc forte minutas res & nullius precii Simplarias uocauerint antiqui.quãq̃ & a Simplo quoq; qđ ad duplionem refertur Simplariæ actiones uocantur:quia in ſimplum dentur.ut duplariæ in duplum:quadruplariæ in quadruplum:unde Quadruplatores proprie dicuntur qui eo ſe quæſtu tolerabant ut ea perſequerentur quorum ut Feſtus ait ex legibus quadrupli erat actio.quo nomĩe fœneratores ut teſtis eſt.M.Cato ueniebant.

Simplũ uas

Actiones uariis nomĩbus appellantur

Quadruplatores qui

Ex eodem .xii.

Aſta pollentia in hiſpania & ſaguntum).Scribẽdum ita puto ut aſtam & Pollentiã cum priore colo iungas:& in Liguria nõ Hiſpania eas urbes ponamus:nõ ꝗ nõ in Hiſpania quoq; illo nomine ferãtur aliquæ:ſed ꝗ aptius ita coit Claudianus:Nec plus pollẽtia rebus Cõtulit Auſonius aut mœnia uindicis aſtæ.Silius:Ferax pollentia uilli.Meminit & Auſonius:& qui de ſitu orbis ſcripſere.

Ex capite.xiiii.de Lateribus.

Lidoron quo utimur).Quid ſi Didoron:hoc eſt duorũ palmorũ.id aũt eſt Seſquipes:hoc eſt cubitus unus.Etenim Romanus pes digitis cõſtat ſexdecim: Palmus ideſt ſpithama duodecim.Quæ autẽ hic a Plinio dicunt:ſumpta ſunt ex Vitruuio:apud quẽ mẽdoſe ut puto ſcribitur Lichũ.Eſt quidem Lichas mẽſuræ genus:ſed quæ digitos nõ excedat quaternos.Vetus quoq; lectio nõ Lidoron ſed Lydiũ hoc loco habuit.Itẽ. In græcia pithagne).Scribendũ pitane ita ut uerbũ ĩ Græcia cũ ſuperiore am

Seſq̃pes Spithama Lichas mẽſure genus

Pitanæ lateres in aqua fluitant

bitu nectatur hoc modo: Minore inquit latere in priuatis operibus maiore ĩ publicis utunť in Græcia ex Vitruuio. nã Pitane ubi lateres in aqua fluitant non in græcia ſed in Aſia eſt: ut Strabo & Aelianus teſtantur oppidum Troadis: ut in circuitu terrarum dixi. eſt & altera Pitane ſed in Laconio atq̃ nõ in Aſia: quãto grãmaticorũ quorundã errore: qui ſic ſcripſerũt in Græcia & Aſia & pleriſq̃ Hiſpaniæ ciuitatibus lateres ſiccati nõ mergebanť: ideo Pithagne ĩqunt uocati. Seneca naturaliũ quæſtionũ tertio uolumĩe: Eſt adhuc ĩqt ĩ Sina ſtagnũ ĩquo natãt lateres & mergi ꝓiecti nõ poſſunt Credo nõ ĩ Sina ſed ue ĩ Aſia uel ĩ pitãe uel in Hiſpania uel Maxia legi oportere ut mox ĩdicabiť. Ex eodem. xiiii.

Maſſilia & calento). Maſſiam in Hiſpania non Maſſiliam inuenio. Maſſia inquit Theopompus regio Beticæ tarteſiis appoſita eſt. Vitruuius quoq̃ non Maſſiliam ſed Maxiam appellat hanc. in Ptolomæo tamen nec Maſſia nec Maxia ſed Maxilia iiſdem locis ponitur. itẽ. Lapideas columnas & epi

Epiſtylia q̃

ctylia). Lego Epiſtylia ex Vitruuio: unde omnia hæc: Epiſtylium trabs eſt quæ ſuper columnas poniť auctore Feſto. Item. Acreti & meuaniæ). Legendum. Aretii non acretii. Vitruuius.

Ex capite. xv.

Collibus qui uocantur leucogabi: Vetuſti codices & Plinius aliubi leucogæi. item. Quod e cuniculis effoſſum perficitur igni). Antiqua lectio Lybiæ cuniculis effoſſum ꝑficiť igni. Item. Quarto autẽ ad lychnia maxime). Exemplaria manu ſcripta: Quartũ Cauton ad Ellychnia maxime. Et ſane cõuenit ut quo ad Ellychnia utuntur Cauton hoc eſt Vſtile appellent. Item. Harpacticon uocatur a celeritate auellendi). Vetuſti codices Harpax ita uocatur a celeritate uellẽdi. Itẽ. Alterum Genus q̃d

Strõgyle q̃d ſignificet

Strigilin). Dioſcorides Strongylen. quæ uox rotundum ſignificat: Item. Furfuribus corporũ cũ pice). Vetus lectio non cum Pice ſed cum Seropice. Dioſcorides: cum cera & pice.

Ex capite. xvi. in inſcriptione.

Sibaniſia & phiniti & appelliti). Ex Dioſcoride Selinuſia & pnigiti & Ampeliti. Item. Quæ ſyropicon & quæ aſter). Omnes uetuſti codices nõ Syropicon ſed Collyriõ: itẽq̃ Dioſcorides. itẽ. Prioris laus ut recens ſit & lenis). Legendum leuis: hoc eſt minime põderoſa. Dioſcorides enim ελαφραμ. Item. Altera globoſior). Legendum Gleboſior ex Dioſcoride πλακωδη eam dicente: hoc eſt gleboſam & cruſtaceam.

Ex eodem. xvi. de Eretria.

Aere præducatur). Magis proprie credo legeretur Aera præducantur. Plinius de Cimolia. Eſt ĩqt & uiliſſima qua circum præducere ad uictoriæ notam pedeſq̃ uenalitiorũ trans mare aduectorũ denotare inſtituerunt maiores. Dioſcorides quod hic dixit Plinius. Aera prædacantur: ipſe προσ χαλκωματα inquit ελκυσθεισα η γη. itẽ. Phnitis eretriæ ſimilima). Dioſcorides pnigitis ut prædixi. itẽ.

Si ĩ cera accepta olei modo liqueſcat). Vetuſti codices & Dioſcorides: Si ceræ modo: accepto oleo liqueſcat.

Ex capite. xvii.

Cuprium

Aphronitrum & Cyprium). Legi põt Aphronitrum & æs Cyprium. quippe cuius uis ſit exiccare aſtrigere: cõprimere. Aut ſi uerbum æs: nõ placet addere: nihilo ſecius pro ipſo ære Cyprio capiendũ fuerit: quod uulgari quoq̃ uſu nominatur Cupriũ: unde Cuprini claui Palladio.

Ex eodem. xvii. de Cimolia & Cretarum generibus.

Naſcitur & lycia creta circa bubonem). Vetus lectio: Naſcitur & in Lycia circa Bubonem Eſt autẽ bubo ciuitas Lycie ut diximus. itẽ. Timpanico utitur gypſo). Legẽdũ ex Theophraſto Tympiaico poteſt & Tymphetico: ut docebitur inferius. Aetate noſtra quoq̃ Gypſum quibuſdam ueſtibus cocinnandis belgica fere tota & aliæ quoq̃ gentes adhibent. item. Grãmaticæ ſtaberiũ eroten). Scribendum Grammatices Taberium Erotem: Suetonius de Grammaticis.

Suetonius de grammaticis

Caſtigationes Plinianæ eiuſdem Hermolai Barbari ex libro. xxxvi.

Ex capite. ii.

Vt quid omnimodis reliquimus). Scribendum: Aut quid omnino diis reliquimus?

Ex capite. iiii.

a

Dipoenos & ſcyllus). Scribendum Scyllis: non Scyllus: uetus lectio & Pauſanias.

Ex capite. v.

In libedo inſula). Codices antiq̃ nũc in leſbo: nũc ĩ Lededo: utrãq̃ auctores noĩant ſed ĩ Cõtinenti lebedũ iuxta delubrũ Appolinis Clarii. itẽ. Alchmanẽ atheniẽſem). Scribẽdũ Alcamenẽ: ut ſupiore libro docui. itẽ. Aphrodite exopolis). uetus lectio nõ Exopolis: q̃d extra muros urbis ſignificat: ſed En cepis: hoc eſt ĩ hortis. Pauſanias quoq̃ prĩo li. εςι δε περιβολοσ εμ τη πολει τησ καλουμενησ εμ κηποισ αφροδιτησ ου πορρω. Septa inquit in urbe ſunt haud ꝓcul Aphrodite quã En cepis cognominant.

Exopolis qui ſignificet

Ex eodem. v. de Pandora.

Ibi dii ſunt uigĩti numero noſcẽtes). Vetus lectio Naſcẽtes. deinde ſeqť. Victoriã mirabili & ꝓcipuo ꝓcio miramur & ſerpẽtẽ). Scribẽdũ: Victoria ꝓcipue mirabili. ꝑiti miranť & ſerpentẽ: ex uetuſtis codicibus & Pauſania: q̃ ſic ait: in ipſa baſi cælata eſt Pãdoræ geneſis quæ prĩa inquit mulier fuiſſe crediť. De uictoria uero & Sphinge ac ſerpente idem auctor ſic ait Victoria quoq̃ aderat magnitudine cubitorum quattuor & iuxta ipſum Mineruæ iaculum Dracon Erichthonius: ĩ medio aũt galeæ iam

Pãdora ꝑmu lier credita

go Sphingis imminebat. Ex eodem.v.

Romæ praxitelis opera sunt flora triptolemus.ceres).Quidam legunt Cora idest proserpina nõ Cora ꝓserpina
Flora.quidã Horæ idest deæ quæ quattuor anni tẽporibus præsunt custodes celestis ut Homero pla
cet aulæ.Et iuuentutis quoqꝫ dea uocabatur Hora.Ennius.Quirine pater ueneror horãqꝫ quirini.Flo Hora dea
ram enim græcus homo praxiteles pingere inquiunt nõ poterat.Sed ratio hæc parum euincit:qa Flo Chloris
ram nos dicimus quam Græci Chlorin.Ouidius:Chloris eram quæ Flora uocor.Fuit & Pompei ma- Flora
gni ætate Praxiteles:quem argentea primũ specula fecisse auctor est Plinius:sed hunc non pictorẽ sed Pasiteles
sculptorem fuisse tradit:& Pasitelem potius q̃ praxitelem uocatum autumo.ut is sit de quo sequẽti li-
bro iouem inquit eburneum Pasiteles fecit in Metelli æde in Græcia italiæ hora natus & ciuitate iqt
Romana donatus.De hoc ipso forte Marcus Tullius in diuinationum primo libro:Hanc inqt Roscii
speciem cælauit argento Praxiteles & uersibus expressit Archias:ut fere pasitelem non praxitelẽ ĩ Ci
cerone quoqꝫ lectitem.Vtcunqꝫ hoc loco praxiteles & Flora siue Chlora uel Chloris scribendũ est ex
Pausania:qui Praxitelis opus Chlorin fuisse tradit apud Argos in Latonæ templo.Chlorin uero Nio-
bes fuisse filiam ita dictam ꝙ metu Apollinis & Dianæ mutauisset colorem:cũ prius ab Argiuis Me-
liboea diceret.hanc & Amiclam sororem solas implorata Latonæ uenia seruatas.Homerus tamẽ oẽs
interisse cecinit.pinxit Chlorin in tabula Delphis posita etiã Polygnotus attingentẽ Thyiæ nymphæ
genua.quod quidem amicitiæ inter eas argumentum erat.Thyiam Neptuno:Chlorin Neleo Neptu-
ni filio contubernalem fecere fabulæ. Ex eodem.v.

Theyladas).Scribo Thyiadas.nam & Thyias Strabo eas uocat a Thyia dictas quæ prima Liberi Vnde thyia
patris initiata sit orgiis auctore pausania.Item. Carsatidas).Scribendum Caryatidas a Carya laco-
nicæ regionis oppido:Vitruuius libro primo.Athenæus pausanias sed Lactantius grãmaticus:a nuce
dictas ꝙ ibi uirginum chorus metu ruinæ cõscendisset nucis arborem.Apud Diomedem quoqꝫ libro
tertio Dianam Caryatin non Curyatin scribendũ erat.Papinius Plaudentiqꝫ habiles caryæ resonare
dianæ Stephanus & Caroeam quoqꝫ dici urbem illam tradit.de hoc & infra differemus.

Ex eodem.xv.

Symplegarum signũ nobile).Antiqui codices & Plinius hoc ipso capite nõ Symplegaꝝ Sed Sym- Symplega
plega:uidetur autem Symplega esse opus in quo lactantes & omnino consertores spectantur quanq̃ quod opus
Symplegma quoqꝫ legitur in quibusdam.Itẽ. Praxitelis filius cephissodo & rei & artis hæres fuit).
Vetus lectio:praxitelis filius Cephissodorus & artis hæres fuit.Itẽ. Duasqꝫ chameteras).Potest cõ-
motrias hoc est eius deæ subministras & ornatices.Romæ quidẽ ut Festus ait:sex Vestæ sacerdote cõ
stitutæ sunt:ut populus pro sua quaqꝫ parte haberet ministram sacrorum:quia ciuitas Romana in sex Commotriæ
esset distributa partis.hinc & instrumentum muliebre Commotrion apud iulium Pollucem Nicãder quæ
quoqꝫ famulas Rheæ ab aris Bomistrias appellat ĩ Alexipharmaco.Põt & chametæras defendi : quas Commotriõ
Chametæridas græci uocãt:idest pedissequas & quasi seruas a pedibus.Quod aũt paulo post subiũgit

Canephorus).Nõ ꝓ uiro sacra eius numinis ferẽte capit:ut ĩterpretati sunt nõnulli : sed pro sacra
uirgine:quã a cista græci Canephoron appellãt nõ Canephorã.Proĩde Cicero ĩ Verrẽ Canephoroe
cum dixit:secutus est græcos qui scribũt καρηφοροι.Ad eundẽ modũ Arrephoros nõ Arrephora uo-
cabitur.Est autẽ hæc nõ quæ sacris administrat:sed eius tantũ Mineruæ fabula:quã Atheniẽses Polia
da cognominabant.Nam si latine id nomen reddere collibeat:non Canephora sed Canifera scriben
dum pronuntiandũqꝫ Pompeius Festus significat:Canifera inquit mulier est quæ fert canũ:idest qua Canum nos
lum:quod est cistæ genus.& alibi:Cana inquit Græci:nos Canistra & per diminutionem Canistella. canistrum
Item. Pistrices).Lego Pristes:ut prædixi. Ex eodem.v.

Liberum patrẽ palla uelatũ ueneri præfert(.Vetusti codices non Veneri:sed Veneris:hoc est ue-
latum palla Veneris.Item. Alter liberum similiter).Fortasse legẽdũ sit:Alter liberũ Semeles.ut sit
sensus:alterum e Satyris Liberũ patrem præferre uelatum palla Veneris:alterũ uero eundẽ præferre
uelatum palla Semeles.Porro syllaba Ter:in uerbo Similiter principiũ erat sequentis coli: Tertius in
quit ploratum infantis cohibet.Item. Mnestrati).Scribendũ Menestrati.Item. Nõ post ferunt
& charites in ꝓpylæis).Vetusti codices:ĩ Pirræo non in Propylæis.Aliqui Prothyris.Sũt autem Pro Protyra quæ
thyra in ianuis domoꝝ uestibula:ut inquit Vitruuius.Sed Propylæis tamen scribẽdũ est ex Pausania loca in domibus
qui Picturam hanc Socrati philosopho uidetur ascribere.Propylæa uero hæc ad ipsam erant arcem Acropolis
Atheniensium quam Acropolin uocabant:ubi Mercurius quoqꝫ uisebatur cognomento Propylæus.
De Propylæis his & Plutarchus in Pericle. Ex eodem.v.

Enthochi).Male suppuncta lectio cõfundit intellectũ.itaqꝫ distinguẽda est:ut uerbũ hoc ad sequẽs
cæsum ꝑtineat:& nomen sit artificis.Sequitur aũt in uetustis exẽplaribus nõ Hermerotes:sed Appia
des & Hermerotes.Sũt aũt Hermerotes idẽ fere q̃d Erotes:hoc est cupidines.De uerbo aũt Herma
Cicero in quadã ad Atticum epistola:Hermæ inquit illi tui pentelici capitibus æneis.Ac significat ea
quidem uox Mercurium:sed prostatuis sigillisqꝫ in uniuersum quoqꝫ accipitur : præcipueqꝫ trũcis &
quorum capita permutari possunt:Suidas auctor.Appiades quid sint nondum repperi.Cæterũ Hip-

Hippiades q̄ statuæ piades statuæ mulierum equestres appellabãtur:cuiusmodi fuisse uident̃ Amazonum:quas mortaliũ
primas equum scandere ausas Lysyæ oratori creditur.Item. Papippi). Vetus lectio Papili. Quid si
Pappi:nam & hoc Græcis uiri proprium est.

Ex eodem.v.

Et carsatides in columnis).Legendũ Caryatides non Carsatides ut diximus: statuæ muliebres in
ædificiis ut ait Vitruuius:sicut uiriles quæ mutulos aut coronas sustinẽt Telamones a nostris:Atlãtes
a græcis appellatæ.Vrbem Caryam pausanias multitudinis uocabulo Caryas pronuntiat.Athenæus
ευκρατησ ο κορυλοσ πιμωμ παρατιμι σαπρασ ουσησ τησ οι κιασ εμ ταυθα φησιλει λειπρειμ
υποζησαμτα την αρισεραμ χειρα ωσπερ αι καρυατιλεσ.

Ex eodem.v.

In paruis marmoreis famã consecuti).Plinius libro.vii.non marmoreis.sed Eburneis. meminit ci
cero.meminit.M.Varro.Fuit hic Myrmecides e Mileto.Callicrates autem Spartanus. Itẽ. In colũ
narum epistyliis insculpta).Vetus lectio non Epistyliis sed Spiris.utrunq; quid sit:Vitruuius Festusq;.

Ex capite.vi.

Thapsos Marmor Thasium E tapso cycladum insularum una).Legendum Thaso:non Tapso:ex Strabone Ptolomæo Plinio.
Alioquin Thapsos alibi.Paulo quoq; supra. Quo ĩ tractu subit mentem).Scribendum Quo in tra
ctatu subit mentem.Marmor Thasium commendari nouimus & a Seneca Tranquilloq;.Scio & co
dices fuisse in quibus nõ e Thasso:sed a Paro scriberetur.Erat enim & marmor Parium in nomĩe :sed
candidum.

Ex eodem.vi.

Non fuisset picturæ honor ullus non modo tãtus aliqua marmorum auctoritate). Vetus lectio.Si
ne aliqua marmorum auctoritate.item. Præfectum fabiorum).Lege non Fabiorum:sed Fabrorũ.
Plenæ sunt huius nominis & muneris historiæ.Item. Sed ĩ massa & uilissimo liminũ usu). Codices
Mesa q̄ loca in domo romani loco uerbi.Massa.habent ĩ ianuis.uetus lectio:in Masea.quid si legamus in Mesa:ita enim uo
cantur in domo partes.quas Vitruuius latine dici Medianas auctor est. item. Et quæ fit e toro lapi
Porus q̄ lapis de).Legendum:Et quæ fit e Poro lapide.Porus lapis est producta prima:quem ut prædixi Tophũ ap
pellare possis.Plinius quoq; infra:Minus inquit ponderosus est qui Porus uocatur : marmori Pario si
milis cætera.

Ex capite.vii.

Naxium diu placuit ante alia uti).Melius uetusti codices sine uerbo illo Vti.Item. Argumẽto ip
se laboris circa ludentibus per quos totidem cubiti summi incrementi augentes se annis eius intelli
guntur).Vetus lectio:Argumẽto.xvi.liberis circa ludentibus per quos totidem cubiti summi ĩcremẽ
ti arguentes annos eius intelliguntur. Nondum recipio.extimandũ uolentibus proponit̃. itẽ. Ony
chiten etiam tum in arabiæ.mõtibus).Lege ut sit capitis initium.Præterea.non Onychiten sed Ony
cen.ex uetustis exẽplaribus.& quia Onycen dici nouimus:qui & Alabastrites.itaq; paulo ĩfra Plinius:
Hunc inquit aliqui lapidem Alabastriten uocant:quem cauant ad uasa unguentaria.

Ex eodem.vii.

Amphoras ex eo & urceos magnitudine cadorũ).Omnes antiqui codices:Amphoras ex eo Chio
Ceramia Metretæ & Quadrãtalia rum magnitudine cadorũ:ut uel Chiorum:uel certe Antiochiorum scribere oporteat.Sunt enim Am
phoræ quas & Ceramia & Metretas & latine Quadrantalia quoq; uocant.aliæ minoris mensuræ:ut
Italicæ:aliæ maioris duplo:ut Antiochicæ.Cados autem a græcis quoq; pro amphoris quãdoq; acce
ptos auctor est apud iuliũ Pollucẽ Philochorus.nã & cadus Antiochicus amphorã capiebat Italicam.

Ex capite.viii.

Circa syenẽ uero thebaidis simites).Scribi potest Syenites:ex Plinio inferius hoc uolumĩe.Nisi q̄s
malit Stigmites:quia & Pyropoecilos a uarietate dicebat̃.inuenio enim exemplaria in quibus Signi
tes quasi pro Stigmites legatur.Item. Sothis).Herodotus Sochis:idest σωχισ.

Ex capite.ix.

Vnus a myrne positus:alter a phio).Vetusti codices:Vnus a Smarre positus : alter ab Eraphio.
Aelianus ĩter ægypti reges Marre m:Eusebius Merrẽ uocauit.qui nusq̃ Phion aut Eraphion nomĩat:
sed Menophin:& filium ionis Epaphon:qui Memphin condidit.itẽ. Asseruatũ eum quẽ.C.Cæsar
Quis Memphin condiderit importauerat).Scribendũ asseruatam eam qua & cætera.Item paulo post. Perductũ hostiam).Ve
tus lectio non Perductũ sed perductam:ut non Obeliscum qui mersus nõ est:sed nauẽ ipsam ĩtelligas.
Plinius sextodecimo uolumine:abies ĩq̄t admirationis præcipuæ uisa ĩ naui quæ ex ægypto Cai prin
cipis iussu Obeliscum in Vaticano circo statutũ quattuorq; truncos lapidis eiusdem ad sustinendum
eum adduxit:hæc in Hostiensi portu inquit demersa est cum tribus molibus turrium altitudine in ea
exædeficatis obiter Putæolano puluere aduectis.ætate nostra Paulus secundus Põtifex circũfossa ubi
Sesostris nũc obeliscus ẽ terra:quattuor eos trũcos spectari uoluit:atq; ita plane uerũ eẽ cõpit.itẽ. A sesotide).
Lego a sesostride:Pli.& græci oẽs.corripit̃ ĩ eo uerbo pria.Vale.Flac.cũ pria sesostris ĩtulerit rex bella
Getis.Dicit̃ & Sesoostris Ausonio.Hoc & capite undecio castigãdũ est.itẽ. Ambo naturæ ĩterpta

tationem ægyptiorum opere & philosophiæ continent). Apertius uetusti codices:ambo rerum īterpretationem ægyptiorum philosophiæ continent.

Ex capite.x.

Cui par fieret umbrarum Romæ confecto die sexta hora).lege Vmbra:non Vmbrarum.sequit̃ enim:Decresceret & augesceret.

Ex capite.xii.

Vna est in arsinoe urbe.duæ in mēphi).Codices uetusti:Vna est in arsinoite Nomo. duæ in Mēphite.Plinius libro.v.inter Mēphin & arsinoiten Nomon in Libyco:Sunt inqt turrres quas Pyramides uocant.ægyptū in Præfecturas Nomos appellatas diuisam esse nemo ignorat. nā Pyramides in ipsa nō sunt Memphi ut inquit Strabo:sed quadraginta procul ab urbe stadiis. Itē. Est aūt saxo naturali elaborata & rubrica). Vetus lectio Lubrica non Rubrica: Strabo ἐξαιρεσιμον esse dixit eum lapidē:hoc est q tolli posset. Quid si obliqua:non Lubrica? ex eodem:qui σκολιαν describit ἔχει δὲ ἐν ὕψει μέσης πως τῶν πλευρῶν λίθον ἐξαιρέσιμον. ἀρθέντος δὲ σύριγξ ἐστι σκολιὰ μέχρι τῆς θήκης. Interpres uero quid esset ἐξαιρέσιμον nō uidens:ingentē lapidem conuertit. Item. A uentre ad summam aspidem).uetusti codices apicem non aspidem. Forte absidem:idest curuaturam.

Pyramides non sunt in Memphi

Cōtra Interpretem Strabonis

Ex eodem.xii.

In rhaphanos & allium ac cepas mille octingenta).Herodotus Mille sexcenta in Syrmæā & alliū ac Cepas. Est aūt Rhaphani genus Syrmæa:ut iulius Pollux & Diodorus & Plinius interpretant̃.quo fit ut Laurentium ualiam demirer.qui nō Rhaphanum sed apium:nisi codex mendosus est: in Herodoto cōuerterit. Itē. Amplissima octo iugera obtinet soli).uetus lectio fere Septē non Octo Diodorus quoq; Plethra septem. Herodotus tamen octo Plethra. Pomponius:Pyramidum inquit maxima:tres nanq; sunt:quattuor fere soli iugera quæ sede occupat:totidem in altitudinē erigitur.nata diuersitas q̄ Plethron alii pro iugero accipiunt:alii duo Plethra singulis contineri iugeribus existimant: ut Hero mathematicus in Plethro pedes centum:in iugero ducentos haberi scribens.

Syrmæa qđ Raphani genus

Plethra quot iugeribus cōtineatur

Ex eodem.xii.

Alii enim nitro ac sale adaggeratis cum crescente opere ac peracto fluminis irrogatione dilutis). Antiqui codices non Cum crescente sed Concrescente.nec irrogatione: sed irrigatiōe. Nitrū porro circa Naucratin atq; Memphin in tumulos.siliceos cōcrescere testis est Plinius. Sed & Diodorus secūdo libro:Contendunt inqt Agyptii ex sale ac nitro persuadere factos aggeres: qui postea redundante.Nilo diluti sine hominum labore corruerunt. Item. Alii lateribus e luto factis extructos pontes in priuatas domos distributos).Scribo non Extructos pontes:sed Extracto contis. Deinde sequit̃: in priuatas domos distributo. Ex Herodoti secundo κοντῷ ὑποτύπτοντες λίμνην ὅτι προσέχοιτο τοῦ πηλοῦ τῷ κοντῷ τοῦτο συλλέγοντες πλίνθους εἴρυσαν. Item. Rhodope). Apud Strabonem mendose legitur Rhopode septimodecimo uolumine:quam Sappho Doricham inquit uocauerat adamatam Choraxo fratri. Herodotus Diodorus & Aelianus Rhodopin : ut sit inclinationis tertiæ media eius producta:qui tamen eam Pyramidem negat Rhodopidis esse potuisse. Athenæus quoq; Rhodopin fuisse credit alteram a Doricha ea quam Choraxus adamauit. Item. Constituisse).Legendum Constitisse.

Locus emendatus apud Strabonem

Ex eodem.xii.

Sostrati cassidis architecti structuræ ipsius nomē inscribi).legendū uidetur partim ex uetustis codicibus:partī ex Strabone Eusebio Lucianoq; de p̄ceptis historiæ Sostrati Gnidii architecti structura ipsa nomē inscribi. Ea inscriptio talis fuit σώστρατος κνίδιος δεξιφάνους θεοῖς σωτῆρσι ὑπὲρ τῶν πλοϊζομένων. Item. Vt potneosice ac rhauenæ ad uitandum periculum etiam in corriuatione flagrant cum eo sita ea crassiene periculum in corriuatione ignium ne sydus existimetur). Anceps locus:& in quo errata fere scaturiunt. p̄inde collatis exemplaribus fortasse talis erat lectio: Vt puteolis ac Rauenæ ad uitandum periculū etiā in corriuatione q̄q̄. periculum in continuatione igniū:ne sydus existimetur.etiāsi nouimus Potnias Bœotiæ urbē. Sycas uero multis locis fuisse in thracia in Sicilia in ægypto. Cæterum de Pharo Puteolana cum alii tum Papinius.

Ex capite.xiii.

Durat etiā nunc in ægypto in heracleopolite nomos).lego Heracleopolite nomo.i. præfectura. q̄q̄ scripti manu codices fere habēt Hierapolite.cæterū hierapolis in ægypto nulla celebratur: sed in Creta Lydia Caria Syria. Heracleopolis aūt in ægypto tres fuerūt:una e qua Physicus Theophanes. altera non longe Pelusio:tertia secundum Nili hostium:qđ appellāt canopicum. Item. Psammetici).Herodotus & Aelianus Psammetici. Strabo psammitechi. Item. Qui id opus ī uisu mire īstauerunt).Scribendum uidetur non in uisu:sed inuisum.

Nomos idē qđ p̄fectura

Hostiū Nili canopicum

Ex capite.xiiii.

Beronibus arena plenis):Legendū ponibus. Vtunt̃ uerbo illo Virgilius & iuuenalis & Sidonius poetæ. Vitruuius:exulua inqt palustri factis ponibus.q̄q̄ mēdose scriptū erat Meronibus.uicina huic uox & ascopa:qđ nomē ī Suetonii Nerone qdā hēri putant. Sed nos ascopā uidemus legi posse. quod

Perones Ascopa

uocabulũ Hieronymus quoqꝫ pro culeo & utre usurpat de iudæa muliere differẽs quæ Holophernẽ interfecit:quandoqdem ascopam græci ασκωπιτιμην uocant.Itẽ. In cubili ergo anxio artifice). Verbũ ergo: supuacuum:nec uetus habet lectio.Itẽ. Põdereqꝫ ipso correptus). legendũ correctus.

Ex capite.xv.

Coronante eo marmoreo apolline).Scribendũ nõ eo sed eũ: hoc est iouẽ. nam cõtra: Coronãte eo marmoreũ apollinẽ:parũ conuenit.Itẽ. Nam ut circum maximũ a cæsare dictatore extructũ. & paulo post.inter magna opa dicamus nõne ĩter magnifica basilicam pauli & reliqua). Pẽdet hæc e supiore sensu periodus.ideoqꝫ si sequar manu scriptos codices:in quibus legit̃.Nec ut circum maximũ & reliqua.fortasse nõ errauero:ut intellectus uerborũ sit:urbem Romam alterius mundi uice haberi:ut etiam si prætereamus circũ maximũ a Cæsare Dictatore conditũ:occurrant tamen alia quæ hoc testentur:Pauli basilica:foꝝ augusti:templũ pacis:& reliqua huiusmodi:Vtcunqꝫ suũ sit & in hoc cuiqꝫ arbitriũ.Itẽ. Captos auaritia animos).Vetus lectio Capitis auaritia animis. sed & honestior hæc locutio est.Itẽ. Substructiones ĩsanas captiosi mirabant̃).Multi codices nõ Captiosi sed Capitosi:ut cõiectari liceat Capitolii potius legendũ esse.Itẽ. Pudor romani nominis propius).legẽdũ Proprius.Quod aũt hic dicitur Nouũ inexcognitatumqꝫ ante posteaqꝫ remedium: Scire oportet simile qddam ab Aristotele in artibus referri:sed & a Gellio quoqꝫ in noctibus atticis:de Milesiis uirginibus.

Roma alterius mũdi uice habetur

Ex eodem.xv.

Vt aliqd in ipso homine mortalius esse intelligant).Scribendũ nõ in ipso:sed ipso. Est autem sensus:frequentibus ruinis & incendiis nihil ꝓfici quo minus spatiosas sibi ædes quasi æternas & ĩmortales futuras:hoĩes exædificent Vnde natũ sit humanum genus solum:utraqꝫ lingua mortale appellari:cũ tamẽ opa quoqꝫ manu eius facta aut plus aut æque sint mortalia. Itẽ. Populo sufficiat large.xl.milia).Vetusti codices post uerbũ.xl.milia:habẽt Sedere:ut forte scribi possit:Populo sufficiat large.xl.milibus sedẽte:aut.xl.miliũ sedi.Plinius supra:iugeꝝ ĩquit quaternũ ad sedẽ ducentoꝝ.lx miliũ. Itẽ. Concremarent̃ ad sextertia mille).Vetusti codices:Cõcremarent̃ bina mi[illegible] sextertia. Item.

Ingenio ergo suo erat utendũ curioniqꝫ aliud excogitandũ fuit).Verbũ suo: cu[illegible] est usus ad proxima reciprocus:admonuit me huius mendi.ꝓinde ita recte legeris.ingenio ergo suo utendum erat Curioni:eiqꝫ aliud excogitandum fuit.

Ex capite.xvi.de Magnete.

Heradion).legendũ Heracleon.Itẽ. Vt auctor ẽ nicãder in ĩdia reptus).Vetusti codices nõ in ĩdia sed in ida: Plinius quoqꝫ paulo infra in Troade.Itẽ. Magnesiacũ a macedonia & contermina a bebonea locatũ petẽtibus dextra).lege:Magnesiacũ e Macedonia ei cõtermina Bœbeida lacũ petentibus dextra.De lacu hoc tã Strabo q̃ Plinius:& nos in mẽtione Thessaliæ.Item. Ibi & hæmatites sanguinei coloris).Vetus lectio:ibi & hæmatites magnes sãguinei coloris:qđ & placet.sũt.n. duo genera omnino:hæmatites & hæmatites magnes:ex Plinio inferius:quinqꝫ inqt genera hæmatitaꝝ: præter magnetem.

Hæmatites magnes sanguinei coloris

Ex inscriptione.xvii.

De thasio lapide).legendũ Assio nõ Thasio:ex Dioscoride ac mox Plinio. idẽ error & ĩ Cornelii Celsi.lib.iiii.Ex quo inqt in asia lapidi Thasio gratia ẽ.scribẽdũ.n.assio nõ Thasio.Itẽ. In asso Troadis sarcophagus lapis).Stephanus ex Alexandri Cornelii sñia: lapidẽ Sarcophagum in Asso Mysiæ gigni tradit:quæ Mitylenæorũ fuit colonia:idem in Lycia quoqꝫ Asson reddit alteram sublimi & in accesso loco.Itẽ pratum in Lydiæ campestribus quæ Cilbiana cognominantur proxime Caystrum amnem.Item in Epiro alteram ignobilem:habetur & in æolide inqt ad hellespontum ciuitas hoc nomine:quã Plinius uidetur intellexisse cũ dixit in Asso Troadis.nã Asos per simplex.s.in Creta est oppidulum.Nata inter scriptores uidetur discordia ex eo ꝙ supra Aeolida ut inquit Plinius & partem Troadis in mediterraneo Mysi tenuere.totusqꝫ is tractus Mysia quondã appellabatur.Item. Chemites ebori simillimus in quo dariũ conditũ ferũt).Vetus lectio Chernites.sed & Theophrastus ελεφαρτι ομοιοσ χερμιτησ εμ ωπερ φασι τορ Δαρειορ κεισθαι.

Error ĩ Cornelio celso

Ex eodem.xvii.

Ophionitæ similes).Legendũ Ophitæ.q̃q̃ Theophrastus quẽ hoc loco citat nõ Ophitæ sed Chio similẽ tradit:Fit inquit & niger in Aegypto trãslucidus & similis Chio.Est autem lapis Chius colore nigro igneus:ut ob id inter Carbũculos a Theophrasto numeretur.maculosas quidem & plane uersicolores Lapidicinas Chiorum fuisse constat:ut fortasse ob id Ophitem pro Chio uertere placuerit Item. Eiusdem lapidis flos appellatur in farinã redigendam mollis ad quædam perinde efficax). Vetusta exẽplaria:Eiusdem lapidis flos appellatur:in farinam redigi mollis ad quædam perinde efficax.Aut sic:Eiusdẽ lapidis flos appellat̃:Saliua ex eo quædã mollis ꝓinde efficax.Cũ qua lectõe ipsius quoqꝫ Dioscoridis uerba plus cõgruunt αλμιριδα eã dicentis quam Plinius Saliuam.

Ophite Chius

Ex capite.xix.

Gagates

Ostraticæ similitudinẽ testæ).Legẽdũ Ostracitæ:Diosco.cæteriqꝫ.Itẽ. Gagates lapis nomẽ loci & amnis hẽt gagatis lyciæ).Vetusti fere codi.gagis lyciæ:nõ Gagatis hẽnt.Dios.quoqꝫ: Amnis ĩqt a quo lapis nomẽ is hẽt:Gages appellat̃.Itẽ. Aiũt & leucocolla expelli mari).Vetusti codi.nõ Luco

colla:sed Leucola.é aũt leucola Plinio ꝓmõtoriũ páphylæ. quá nemo ignorat lyciæ cõterminá. est & Leucola
leucola ĩsula ꝓpe Cyprũ & qdé in mari lycio.ut libeꝝ sit de utralibet:qđ hic dictũ est:intelligere.Stra
bo quoq; portũ in Cypro uocari tradit Leucola.ité. Magi in ea quá necyomantiá uocant). Vetus
lectio nõ Necyomãtiá sed Axinomantiá.id aũt genus est magicæ p secures:quas græci Axinas uocát.
Plinius.xxx.uolumine peluibus ait securibusq; ac multis aliis modis diuina Magos promittere.

Ex capite.xx.

Alterũ atrodamãta). Vetusti codices Androdamãta. Familiare id græcis nomé est.alioqn & Py
rites quoq; lapis & aurũ illud quod appellant Democritii Chymistæ poculentũ:Androdamas uocari Androdamas
solet.ité. Idem auctor est schiston esse alterius generis q̃ hæmatiten tradit:qué uocant tractiten).
antiqua lectio:idé auctor Schiston alterius generis q̃ Hæmatiten tradit:quem uocant anthracitin.ita
dictus uidet a carbone:qa niger est.Porro sic hic an alius anthracites in quo scintillæ aliquando uide
ant discurrere:ut Plinius uolumine sequenti ꝓdit:nec affirmo:nec refello.Item an ab utroq; differat
anthracites fossilis in Thesprotia:qui extinguatur igni:aqua exardescat:asserere nondum audeo.

Ex capite.xxi.

Quarti generis taphiusius).Quidam p duplex.s.ita enim & Taphiussa scribit: sicut & Scotussa &
Pithecussa.Est aũt Taphiussa oppidum Cephaloniæ Taphos appellata quondam auctore Stephano. Taphiussa
Sunt & Taphiæ ibi quædam insulæ Straboni ac Plinio:quaꝝ una ταφιουσ dicatur:a qua fortasse Ta
phiusius p simplex.s.item. De pumice:siquidé ita appellant quidá lapides ita erosi amne). Vetus le
ctio:appellant quidé ita & cætera saxa erosa annis.Nam & græce Cisseris.i.Pumex nihil aliud fere q̃
ptusum erosumq; significat:a uermiculo qui Cis dicit:qualis Hordearius triticariusq; é.Quæ aũt hic
Musea noiant Aelius Spartianus Musiua appellat in Poscenii nigri uita:hæc hodie uulgo Museaca di
cunt.de quo in Dioscoride plura diximus.Ité. Atq; ut ait catullus liberis).legédũ libris: Cui dono
inqt Lepidũ nouũ libellũ arida modo Pumice expolitũ.

Ex capite.xxii.

Pyrrho pyciliũ [illegible]ege Pyrrhopœcilon:ex Plinio supius capite.viii.Ité. Serra qua lignũ facilius
etiá secantiũ).legédũ Secant nõ Secantiũ. Vitruuius quoq; secundo libro etiá in Piceno:Vmbria:Ve Pyrrhopœcilan
netia eundé lapidé haberi dicit:qué dentata inqt serra uti lignũ secent.Ité. Aedem fortunæ quam
sellam appellát). Vetusti codices:ædé fortunæ quá Seiani appellatione dicebat:hoc est Nero priceps
de Seiana fortuna & equo Gellius & Suetonius.Ostendit & nunc Seiani antrũ in ora Cápaniæ haud
procul Pausilypo.Ité. In tarquipiensi & anitianis lapidicinis).legédũ:in Tarqniési Anitianis lapi
dicinis. Vitruuius:Lapidiciniæ inqt cõplures in finibus Tarquiniensiũ quæ dicuntur Anitianæ.Item.
Et in stratonensi sunt).lego Statoniési ut Varro:siue Statonési ut Vitruuius:Lapidicine inqt sunt
ité præfectura statonensi.Plinius secũdo libro de insulis natantibus:agro inqt statoniensi in uadimo
nis lacu.Strabo in Etruria Statoniá haberi scribit:unde Statonenses siue Statones:ut Plinius in eodé
situ appellat.

Ex eodem.xxii.

At cũ inæquali crassitudine structa sunt speudisodamos)Putaré legendũ Perissodomos.etenim in
æquale atq; impar græci Perisson appellát.sed & Vitruuius tamé Pseudisodomon:nisi médosa lectio Perissodomos
est.ité. Tertiũ est eupleton). Vetusti codices & Vitruuius Emplecton.

Ex inscriptione capitis.xxiii.

Coctariis).Põt legi Tectoriis ex Plinio hac ipsa pte.ité. Ideo qui si terat).legendũ ideoq;:ut sit
cõiũctio nõ relatiuũ.Ité. Colũnæ cedre densius positæ crassiores uident). Legédũ: Colũnæ ĩ æde
densius positæ crassiores uident:ex Vitruuio:unde oĩa hæc.ité. Capituli.n.altitudo tertia præstat
crassitudinis).Scribendũ:Capituli.n.altitudo tertia pars est crassitudinis:ex eodé uitruuio ad uerbũ.

Ex capite.xxiiii.

Cognita calci res gypsum)lege:Cognata calci res gypsum.ité. E tertia foditur ut in cypro. Et
paulo post:Et hymeticũ é).Legédũ ex Theophrasto terra:nõ e tertia.ité Tympheticũ nõ Hymeticũ
Dicit auté Gyspũ Tympheticũ ac Tymphaicũ a Theophrasto & Plinio supius: a Tympheis Aetoliæ
Thesprotiæ ue populis:ubi & Perrhœbi sũt:ná utroq; loco gignit.Est ibi & mõs Tymphetõ siue tym
phe.oppidũ quoq; Tymphea. Nõ dissimilis alabastritæ eé debet aut marmoroso). Theophrasto
nõ Marmoroso:sed Marmori æroso:idest æris colore ο λιθοσ δε εμφερησ αλαβαςριτη μελασ
δεου τεμνεται αλλα χαλκωδησ.hoc est lapis Alabastritæ similis:niger uero nõ cedit sed ærosus.

Ex capite.xxv.

Celeberrimus fuit hoc generosus). Vetus lectio:Celeberrimus ĩ hoc genere Sosus.Romani codi
ces Zenodorus:nõ sosus oĩnoq; artificis eius nomé é q Pergami strauit pauimétũ id qđ uocát Asaro
ton œcon.ita.n.lego nõ. Eusarroton).Quod aũt seqt. Quoniá purgaméta cænæ ĩ pauiméto
quoq; euerri solét:ueluti relicta fecerat).lego:Quoniá purgaméta cænæ ĩ pauiméto quæ cõuerri so
lét:ueluti relicta fecerat:ex uetustis codi. Vitruuius Smyrnæ quoq; asarotõ œcõ ad theatrii usũ héri Assaroton
tradidit quo se populus recipiebat cũ ĩbres repétini ludos ĩterpellarét:eodé & choragia laxaméti gra
tia secedebát.Papi.in tiburtino Mãlii uopisci:uarias ubi picta p artes: gaudet humus supantq; nouas

asarota figuras. Sidonius Apollinaris: aureasq; portas exornas asaroticis lapillis. Itē. Dētes uideres in canthari labro). Vetus lectio non Dētes: sed Ludentes aut lauātes. Item. Sub regulanea). Vetusti codices subtegulanea: ut a subdialibus nomine distincta esse uideant: quæ græci uocāt υπαιθρια: sicut priora illa υποςεγα & καταςεγα siue ςεγαςα ut est apud iuliū Pollucem. sunt & Hypaethræ ambulationes quas nostri Xysta dicunt: græci Paradromidas: Vitruuius. Itē. Facili tractu ac tepēte sed pallax ubicūq; imbres gelant) Vetusti codices: Tractu tepente sed fallaci ubicunq; ībres gelant. Itē. Binas per diuersum taxationes). Legendum Coassationes: ex Vitruuio. i. contabulationes. Itē.

Subtegulanea

Testa grādi non minus alia duos digitos). lego ex tessera grandi non minus alta duos digitos): ex eodē Vitruuio ad uerbum.

Ex capite. xxvi.

Nō nisi refuso mari arenas fatent). Lego Fatet: hoc est Belus amnis: qui cū limosus sit natura: infusi maris ui arenas fateri & agnoscere quasi cogitur. De hoc & libro. v. dictū. iosephus quoq; belli iudaici secundo: stadiis ait duobus a Ptolemaide Belum amnē distare: iuxta quem sepulchrū Memnonis sit: & uitrea in rotunda ualle arena: quā uenti ex circūdatis iugis conuehant. inexhausta sæculis ui. sed ante omnia mirabili natura: mutandi alia quoq; in uitrum quæ attigerit metalla. De hoc & Tacitus: Et Belus inqt amnis iudaico mari illabitur: circa cuius os conuectæ arenæ admixto nitro in uitrū excoquunt: modicum id littus & egerentibus inexhaustum. Item. Calices duos: quos appellabant petrotos). Legi potest aut Pterotos hoc ē alatos pinnatos ue ab aliqua similitudine aut Apyrotos. & enī græci Apyroton uocabant ut inquit Athenæus: uas frigidarium: quod Homerus apyron Lebetē in carmine suo dixerit. Tranqllus in Nerone: Nunciata inquit exercitum defectione litteras prādenti sibi redditas conscerpsit: mēsam subuertit: duos scyphos gratissimi usus quos Homericos a cælatura carminū Homeri uocabat solo illisit. Quia tamē Plinius Crystallinos calices fuisse tradit in suprema ira fractos a Nerone amissarum rerum accepto nuncio. cogitent legentes. Item. Nec est alia num materia sequacior). lege: Nec est alia nunc materia sequacior.

Belus amnis

Ex eodem. xxvi.

Est aūt coloris īpatiēs). lego Caloris. nam sequit: nisi præcedat īquit frigidus liquor. Itē. Rursus adfūdi nō queūt præterq̄ abrupto sibimet tingi). Vetusti codices Rursus tota fundi nō queūt: præterq̄ abrupta sibi nec tingus. Calculos siue abaculos de qbus mentio fit hoc loco eos esse intelligo quibus in dispunctione supputationeq; numerorū utebātur antiqui. qui mos hodieq; apud Barbaros fere omnes seruat. hinc ortum ut peritiam supputandi quam Plato λογιςικην appellat: abacum uulgaris consuetudo nominauerit.

Calculi & Abaculi qui

Ex capite. xxvii.

Interesse creditus). Legendū interisse creditus. Quæ hoc capite dicuntur a Plinio de igniū natura Theophrastus in uolumine quod inscripsit περι πυροσ luculētissime persecutus est. Plinius. xxxiii. libro: Carboni maior inqt uis exusto iterumq; flagranti. Item. Ancillam ocrestem). legendum non Ocrestem sed Ocrisiam: ex Cicerone & Dionysio Halicarnassæo: ut nō Ouidii Fastis uersu illo: Nāq; pater tulli uulcanus cresia mater. scribendum sit Ocrisia non Cresia. Festus Oclisiam Seruii Tulli matrē corniculanā seruam tradit initio uocatā Postea ut sæpe fit. L. in. R. mutatū.

De igniū natura

Castigationes Plinianæ eiusdem Hermolai Barbari ex libro. xxxvii.

Ex capite. i.

P Olycrati seuero samio). Romani codices nō habēt uerbū Seuero. Diodorus certe difficilē & crudelē in suos alienosq; demōstrat fuisse Polycratē. Herodotus Anthropicū cognominat. i. humanū. Sed ut id familiæ nō morū aut uitæ cognomētū fuerit: Clearchus eū mollē intēperantēq; tradit: propter quæ uitia perierit quoq;. item. Si cum fortunæ nobilitate). Vetus lectio Volubilitate. Posset & Mobilitate. itē. Assiduo gaudio luxu eo pfectus a nauigio in altū anulum mersit). Vetusti codices: Assiduo ergo gaudio lassus prouectus nauigio in altū anulū mersit. itē. Et nouissimus prope locū). Scribe Nouissimum.

Ex eodem. i. de ismenia.

Multis fugientibusq;). lege Multis fugiētibusq; hunc ismeniā & Plato in Menone Thebanū fuisse tradit: opulentūq; factū non uirtute sed casu Polycratis nactum diuitias. L. Apuleius: Nescio inquit ut ismenias tibiis canere: ut Appelles pingere: ut Lysippus fingere Plutarchus in Pericle: cū Audisset inqt Antisthenes ismeniā optimū esse tibicinem: respondit: Malus igitur. nam si probus inquit esset: tibicen non esset. itē. Indicto in cypro sex aureis denariis smaragdo in qua fuerat sculta amymone & cū duo relati essent & cætera). legendū: indicato in Cypro sex aureis denariis smaragdo in qua fuerat sculpta Amymone iussisse numerari: & cū duo relati essent & reliqua. Verbum indicare quid hic significet: in præfatione Pliniana diximus. itē Stilonis præcontini). legēdū Præconini: ex Plinio supius: quia patrē inquit præconē habuisse. De hoc ipso Aelio Stilone Plinius libro. ix. itemq; Fabius atq; Festus.

Aelius Stilo

Ex capite. ii.

Quantū ualuerit licet æstimare). Et paulo infra. Hortis exposita). legendū Vorauerit nō Valuerit. itē Orcis nō Hortis. Orcæ gēmis pigmētisq; fœminarū itē ficis dicāt: ut ī Vsta diximus. Festus

Orcæ q̄ uasa

Orcæ inquit genus beluæ marinæ maximum ad cuius similitudinẽ uasa ficaria Orcæ dictæ. sunt enĩ teretes atq; uniformi specie. Probus nõ uniformi: sed amphoræ speciæ: ut in alterutro sit error. Flauius Vopiscus in Aureliano de Phagone: Bibebat inqt ĩfundibulo apposito plus Orca. Marinas orcas a Strabone Orygas uocari quidã rent. Itẽ. Hoc a populo implerica uentes & dũ pompeianis præludit: etiã neroni satis erat). Vetus lectio: Quod a populo impleri canente se: dũ Põpeiano proludit: etiam Neroni satis erat. Neronem canendi studio insanisse nouimus. de Pompeiano haud dũ comperi. nam uerbum Proludere hoc significat quod græci προοιμιαζειμ. Fabius: Citharœdi inquit pauca illa quæ anteq̃ legitimũ certamen incohent emerendi fauoris gratia canunt: prooemium uocauerũt. Quidam Pompeiano hic ut theatri non uiri propriũ sit: audiunt. alii pompeianum a poppea cõiuge. sed hæc somnia coniectore indigent.

Orcæ uasa ficaria
Infundibulũ

Ex eodem. ii.

Capedinem unam parando). Vetus lectio Caspidẽ. Forte capidem. Marcus Varro: Capis inqt & minores capulæ a capiendo nominantur ꝙ ansatæ sint. posset quis & a græco id nomen tractum putare: ꝙ Calpin & calpiũ digitatos ansatosq; crateras Erythris fingi solitos philemon & pãphilus scripsere. q̃q̃ nostri & calpar habent uas Sunt qui calpium pro scaphio quoq; potorio uase capiant: Athenæus auctor. Erat Scaphiũ & uas æreum in quo stili in medio siti proceritas horarum ductus: ut Marciani capellæ uerbo utar: discriminabat. Plutarchus in Numa scaphium appellat quo ignis sacer extinctus solis tantum radiis accendebatur: & apud Ciceronem ubi cõtra Verrẽ Staphia scriptum est: Scaphia scribendũ putamus. Idem Cicero Capedunculas Numæ pro uasis uel armariis traditionum eius uidetur accepisse. persius aurũ uasa Numæ saturniaq; ĩpulit æra. Lucretius nõ Capedinem sed Cupedinem pro cauitate capacitateq; usurpat: Haud igitur possunt tali ratione teneri Res in cõcilium medii cupedine uictæ. Scio quosdam ꝓ cupiditate cupedinem accipere: nec syllaba refragante deterreri. A Capedine uero Discapedinare ductũ uidetur. Apuleius Hyagnis inquit primus in canẽdo manus discapedinauit. i. reserauit adaperuitq;.

Capedũculæ quæ uasa
Locus apud Persium

Ex eodem. ii.

Caloris impatiens in frigido potu abdicatur). Antiqua lectio: Caloris impatiẽs nisi frigido potu abdicatur. hoc est usum eius abdicari præter q̃ in potu frigido. Aut sic: Caloris impatiẽs in frigidũ potum addicatur pro eo qđ est destinaẜ. Solinus multis inqt ad pocula destinatum crystallinũ non fert calorem præcipue q̃libet nihil aliud q̃ frigidum pati possit. itẽ. Quare nasciẜ angulosis lateribus). Vetusti codices: Quare sexangulis nascatur lateribus. idẽ Plinius alibi & Solinus. item. Fragiliq; centro a sole appellato). Scribendũ Faciliq; centro & sale appellato. Plinius: Vitia inquit capillamentum sal plumbago. idem Solinus. itẽ. Asyntheta appellantes). Vetus lectio nõ Asyntheta: sed Acẽteta: siue qđ idem est Acentra: hoc est sine punctis centris ue. itẽ. Trulla una nõ ante multos annos mercata a matre familias). Vetus lectio fidelior: Trullã unam nõ multos ante annos mercata matre familias. item. Hæc fuit in uitio sæculum suum punientis). Vetusti codices: Hæc fuit ratio sæculũ suũ punientis.

Addicare qd

Ex eodem. ii.

Miræq; ad similitudinẽ accessere uitri). Vetus lectio non Vitri: sed Vitrea: ut sit sensus: uitrea crystallinis fieri qdem simillima. sed prodigium uideri ꝙ ĩminuta Crystalli precia nõ fuerint cum uitrea carius indicari cœperint. item. Græcorꝝ diligenter). Scribendum nõ Diligenter: sed Diligentiæ. Quod autem subiicitur. Scire posteros). Fere sensu caret. iccirco uetus lectio nõ habet Scire posteros: sed Ponere. Itẽ. Demonstratus lincurion). Legendũ Demostratus: ut sit nomẽ scriptoris.

Ex eodem. ii.

Pytheæ inquit timeus credidit sed ĩsulam balisiam uocauit). Diodorus Basiliã: item Plinius quarto libro. sed uerba tamen illa cum uerbis loci huius fere dissentiunt: Ex ĩsulis inquit ante Scythiã quæ appellatur: Bonnoniam unam abesse a Scythia diei cursu in qua ueris tempore fluctibus electrum eiiciatur Timeus ꝓdidit. pauloq; post: Xenophon inquit Lãpsacenus a littore Scytharum tridui nauigatione insulam esse immensæ magnitudinis Baltiam tradit: eandẽ Pytheas Basiliam inqt nominat. addantur iis & Strabonis uerba quæ maiorem turbam ciebunt: ꝓmontoria inquit & alia sunt & quod ostidãniorum est Cablion. i. καβλιωμ uocatum & insulæ iis locis quarum Pytheas uxisamem trium dierum nauigatione uult abesse. Item. In humidia gigni). Scribendum: in Numidia gigni. Item.

Quo tpẽ electrũ eiiciaẜ fluctibus

Aliis persuasere posse qs non ueretur). Legendũ non quis non ueretur: sed quis non miretẜ. Item.

Quãue pueritiam aut imperitiã posset reperiri quæ auium ploratus annuos credit). Legendum: Quãue pueritiam tam imperitam reperiri posse: quæ auium ploratur annuos credat.

Ex capite. iii.

Densaẜ rigore uel tẽpore aut mari). Scribendum ex Solino: Densatur rigore uel tepore autũnali. Quod aũt sequiẜ. Cũ uero intumescens æstus). Antiqua lectio nõ habet illud uerbũ uero: & iũgit hæc prioribus. Item. Ita uolubile ut pẽdere uideatur). Vetusti codices post uerba hæc statim subiungũt: Atq; considere in uado. Item. Affertur a germanis in pannoniam mox per prouinciam). Vetus lectio: Affertur a Germanis in Pannoniam maxime prouinciam. Item. Centum fere milia passuum abest a carnũto littus pannoniæ ex quo id germaniæ inuehitur). Lego Centum fere Milia

passuum abest a Carnunto littus Pānoniæ quo id a Germania inuehit̃.Quod uero statim subiicitur.
Præcognitū nuper).Legendū est Percognitū nuper.De Carnunto Plinius lib.iiii.Superiora inq̄t inter Danubiū & Hyrcinium saltum usq; ad Pannoniæ hyberna Carnuntii tenent: Germanorūq; ibi confiniū est.Meminit Ptolomæus & Hieronymus in chronicis & alii perq̄frequentes.xxxviii.M.pa Sacarbantia ut Antonius ait:quæ media est:fere inter Carnantum & Sabariam.

Ex eodem.iii.

Podium

Rætia cohercēdis spodiū ꝑtegentia).Codices antiqui Rætia arcendis feris podium protegentia. De podio Tranqllus & post Vitruuius:Itē. Poliriq; lacte incoctū).iidē codices Poliriq; adipe Suis lactentis incoctum.Solinus:Succinū inquit expolit̃ adipe lactentis Suis ad quem uidemus nitorē.Itē.
Sed nec iis nec tetris precium).Antiqua lectio non Tetris:sed Cereis.

Ex capite.iiii.

Lymphationes
Anchites unde

Lymphationes abigit metusq; natos).Videtur legendū:Lymphationes abigit metusq; noctis. Et paulo post. Anchiten).Quidam Eunachitin:quasi facientem quiescere. aliqui Anachiten: qa tollat τα αχη hoc est mentis ægritudines.Potest Anacitin.ab Polluce & Castore quos græci Anacas uocant.itē. Metrodorus sceptius in germania in balista insula). legendum baltia uel Basilia: ex Diodoro ac Plinio:ut monuimus capite libri huius secūdo.Scribendū & Scepsius nō Sceptius:Ab Aeolidis urbe Scepsi.nā Scepticus nomē est hæreseos:auctor Gellius:cuiusmodi fuere Pyrronii & Heryllii:quorū placita sextus Empericus multis libris qui etiam nunc habentur:cōplexus est.

Ex capite.v.

Thoricus populus

In loco qui thyricos uocatur). legendū Thoricos non Thyricos: ita.n.uocatur in Attica regione populus ex Acamanteide tribu.Meminit & Strabo & Mela Pomponius & Hecatæus:qui & oppidū id putauit.itē. Qui tamē uirides nascuntur quoniā oleo meliores fiūt).Vetus lectio:Qui nō oino uirides nascunt̃:uino & oleo meliores fiūt.Est & uersus ille iactatus auctoris obscuri: Proficit ī uiridi magis accenditq; colorē:Elutus uino aut uiridi præuentus oliuo.Solinus:lauantur inq̄t austero uino & uiridi oleo proficiunt.

Ex eodem.v.

In tyro herculis tēplo stentenā planam).Romani codices Statuam plenam.Vetusti.Pilam.Ego: Stantem pilam Theophrastus τωρ σμαραγδωρ ηερ τυρω μεγι ςη ςηληγάρ ε ςιρ ευμεγεθησ ερ τω του ηρακλεουσ ιερω ει μη αρα ψευδομαραγδοσ.Quæ uerba Plinius hoc loco uertit. Est igit̃ Pila stans:quā græci ςηλην uocant a stando:Pilæ uero nomē apud nos frequens est:unde uerbū oppilare Philippicarū secūda:Tabernis inq̄t oppilatis.Hinc recentiores medici uitiū præclusi fractiq; iocinoris aliorūq; ītus uiscerū nec plausibili nec imitatiōe digna uoce Oppilationē uocāt.ꝑprie aūt ςηλασ

Oppilatio q̄

idest Stelas græci appellāt stantes in monumētis colūnas. Appuleius metamorphoseos suæ tertio:pila inq̄t media quæ stabuli trabes sustinebat.Catullus:Nona inq̄t a pileatis fratribus pila.Vtunt̃ eodē uerbo Martialis Ausonius & Horatius:sicut græco quoq; ipso Plinius.Stelas enim pro colūnis lib.vi.ut notauimus usurpat.Pila quoq; Horatia uidet̃ nō plus armoꝝ q̄ lapidis nomē fuisse Liuio: sed & Diony.halycarn.Lapis inq̄t angularis in foro supra quē spolia trigemini dicauerant Pila dictus Horatia. De Tyrio aūt Smaragdo Herodotus & post eū Eustathius quoq; referūt duas ibi Stelas idest pilas colūnasue in Herculis fuisse tēplo:alterā ex auro cocto:alterā ex smaragdo.Itē. Proprii generis existimatur uocaturq; chrysopylon).Vetus lectio Chrysoprasus.sed & Solinus Chrysoprasos inquit ex auro & porraceo lumen mixtū trahētes æque berylloꝝ generi adiudicauerūt:q̄q̄ in Solini codice nō Porraceo sed purpuraceo mendose legebat̃.Itē. Crystallo inuēto adulterare repererunt). Exēplaria uetusta:Crystallū tingendo adulterare repererunt.

Stele ꝑ colūnis

Locus emendatus apud Solinum

Ex capite.vi.

Minimū iidēq; plurimū q ab his differūt opali).Vetus lectio nō habet relatiuū q:& sane uerbum id obest sensui.Et īfra. Alii summo fulgoris augumēto).Legēdū uidet̃ Argumēto nō Augumēto nā & in picturis quoq; argumētosa uocamus opa.Itē. Quæ traluceāt cecas appellātes).Scribendū potius:Quæ nō traluceāt:cæcas appellātes.itē. Radice nigra aut ceruleū imitāte: & unguē creditū enī cādido pingui).Vetus lectio:Radice nigra aut ceruleū imitante & ungue miniū &c. ut ad uerbū. Vngue miniū subaudias imitante.sequit̃ enī:nec sine aliqua spe purpuræ candore in miniū transeunte.Propterea ungues in rosa quoq; partes eius candidas uocant Dioscorides & Plinius.Itē. Onycē plures habere uarietates igneā nigrā).Vetusti codices adiiciunt & Coroneā: unde ortū nomē putāt eaꝝ quas uulgo Corneolas uocamus.

Onyx habet plures uarietates igneā nigrā: Vetusti codices adiiciūt & corneam unde ortū nomē putāt eaꝝ quas uulgo Corneolas uocamus

Ex capite.vii.de Carbunculis.

A q̄busdā apyrustæ uocati).antiqua lectio non Apyrustæ sed Acrusti.Theophrastus apyrotos & Acaustos uocari eos tradit.ita hic uel apyroti uel acausti scribendū erit.Item. Alabādicos ī orthosia caute nascentes:sed qui perficiant̃ abandicos).Vetusti codices:Alabandicos in orthosia caute nascentes.sed qui perficiant̃ Alabandes.Differunt enim Alabādes ab alabandicis ait Stephanus: q alabandes idest αλαβαρδεισ ciues oppidi significat.Alabandicus uero siue Alabādiacus possessiuum est:unde Soloecismi quoq; genus Philoxeno Alabādicū uocat̃.ut si quis aduerbiū μη pro eo usurpet q̄d est ου.& Alabandicos libellos pro barbaris & ineptis græci capiunt.igit̃ carbunculos ꝑfectos ala

bandes quasi municipes appellant·impolitos uero atq; rudes. Alabandicos. cuiusmodi fere Martialis illud: Ne Romam inquit non Hispaniensem librum sed Hispanũ mittamus. Similia iis sunt Siculũ & Siciliense: Romanum & Romaniense. De Orthosia Plinius Ptolomæus Strabo cæteri·prope Alabãda Cariæ oppidum. Item· Liuicontas). Vetusti codices Lithizõtas: hoc est λιθιζοντασ: quasi lapidis qualitatem potius q̃ gemmæ referentes. Liberum sit hoc. Itẽ. Illos nigriores e quibusdam & specula fieri). Theophrastus: illos nigriores e quibus & specula fieri: idest Orchomenios: item Corynthios). Theophrastus Corithios: Extimet qui legerit. Item. Massilia quoq; importari bocchus & uli xippone scripsit). Priora illa uerba Theophrastri sunt Massilia quoq; importari. sequẽtia uero Bocchi.

Ex eodem. vii.

Lacte uelut intermortui extinguuntur). Vetusti codices: iactati in ignem uelut intermortui extingũtur. Theophrastus aliter: Carbunculi ait genus fossilis haberi ligno putri simile aspectu ĩ liguria & græcia: quod perfusum oleo exardescat. & ubi exarsit: qualis anteq̃ ureretur appareat. item. Et hic mares austeritas distincta quodã uigore apposita pinguescens). Vetus lectio non Distincta: sed distinguit nec pinguescens: sed Tingens· hoc est inficiens præstringens atq; obtundens. sequitur enim: indicæ q dem etiam hebetare uisus dicuntur. q autem gemmæ apposita inficiant. Solinus auctor cum ĩqt. Globosi sunt Smaragdi proxima sibi inficiunt aere repercuso: item. Propter temeritatẽ). Lego ꝑpter teneritatem. Item. Numideq; chrysolitho). Vetusti passim codices non Numide sed fumide. Et hoc uitium in gemmis eras. Plinius: Color inquit est fumidæ Topacii.

Carbunculi genus fossilis

Color Topacii qualis

Ex eodem. vii.

Et ob id magno uenire sunt qui sandasita uocent). Vetusti codices: Et ob id in magno errore sunt qui Sandareson uocant. id & sequentia fere confirmant. Item. Affert errorem aliquãdo similitudo nominis sandaser nicander sandepherion uocauit alii sandareson). Antiqua lectio: affert errorem aliquando similitudo nominis Sandafer quod Nicanor Sandaserion uocauit: alii: Sandaseron. Nicanorem uero potius q̃ Nicandrum lego: q eum de lapidibus scripsisse Stephanus quoq; meminit. quod q dem in ipso quoq; libri huius indice corrigendum erit. Item. Malicoloriam ut olei uiridis). Vetusti codices: Mali colore ut olei uiridis. Quod autem genus uestium sit quas flauius Vopiscus in Aureliani uita Coloreas appellat: & balteas matronarum usu Tunicas. itemq; paulo post Monolores dilores Trilores Pentolores. Non reddo nunc· illud commonefacio: Balias & Chloreas idest subruffas & uirides non balteas & colorias in quibusdam exemplaribus haberi. Nec Monolores & reliqua: sed Monocores: hoc est semel tinctas saturatasq; purpura.

Nicanor potius q̃ Nicander legendum

Vestes coloreæ quales chloreæ uestes

Monocores

Ex eodem. vii.

Circa ortosiam totaq; carmania). Vetus lectio nõ Carmania sed Caria. Est enim eius terræ locus Orthosia: ut paulo supra docui: etiam si & in Syria quoq; Orthosia est altera. Itẽ In ephyre & asso). Vetusti codices: in Epiro & asso. Legẽdum forte in Epiri asso: Sunt enim Assi multæ in Troade ĩ Mysia & in Cypro parua ut inquit Stephanus. Potest quidem & in Ephyra & Asso legi. cum sit Ephyra uagum urbis nomẽ in Thesprotia & Thessalia & Arcadia & italiæ Campania: & Aetolia quoq; uiculus eodem auctore. Cæterum Plinii & scriptorum fere mos est. Homonyma locorum adiectione regiõis distinguere. Propterea superiore libro de lapide Sarcophago differens: in Asso ĩquit Troadis fissili uena scinditur: ut hic quoq; in Epiri Asso dixerit q a cæteris idem nomẽ ferentibus dirimi uolebat. Quidam sic: in Epiro & Asso idest Troadis: quoniam sequatur: in ida inquit trium generum.

Assi multæ sunt

Sarcophagus lapis

Ex eodem. vii.

Indicaq; plucẽte crassiores sunt arabice). Vetusti codices: ĩdicæ prælucẽt Crassiores sunt arabicæ. Itẽ. Mares excitatus fulgẽt). Legendum Excitatius. Itẽ. Apud insulas caucasi mõtis). Vetus lectio: incolas non insulas. Itẽ Post auersa: nõ. Post aduersa). Quod & ꝓbamus: quoniã a tergo gentis eius montes Paropamysus & imaus sunt: quos tibi quoq; macedones atq; Medi Caucasum appellauere: auctores Strabo Plinius Ptolomæus cæteri: Itẽ. Sincerior multo præstantiorq; in carmania). Vetusti codices & Solinus Germania: in germaniæ ĩquit cõtinentibus Calaica reperit: quam gẽmam arabicis anteponũt: uincit enim gratia. & paulo post. apud germaniæ ĩquit populos q̃uis rara in saxis apparet honore & præcio ad smaragdos uirens pallidum nihil iucundius aurum decet.

Ex capite. viii.

Auiũ: quas melãcholicos uocãt). Solinus Melancoryphos. arabes inquit dicunt eã non alibi repiri q̃ in nidis auiũ quas Melancoryphos uocãt. Itẽ. Non translucet malachites). Vetus lectio: Molochites: itẽq; Solinus. q̃q̃ Malua & Moloche dicit & Melache aliquando. Itẽ. Crystallo similes aut myxis). Diosco. nõ Myxis quod est pomi genus: sed Phlegmati hoc Pituite similes intelligit. Videtur orta cõfussio: q Myxam græci nõ pomum illud modo sed Mucum & pituitam quoq; nariũ appellãt. Hippocrates ut ait iulius Pollux Myxam uocabat quam attici Coryzan. Item. Beterizusa). Dioscorides

Melancoriphi

Malua qũo

Mucus

& uetus lectio Terebynthizuſa:hoc ẽ Reſinæ Terebyntinæ ſimilis. Quod autẽ ſeqtur improprio ut arbitror cognomine uelut e multis eiuſdem generis compoſita gẽmis: ĩtellectũ habet talem: ipſa quidem appellatiõe ſimilitudinem eius Reſinæ præferri. Cæterum in aliam ſignificationem a gẽmariis trahi nomen id parum proprie:ut uedelicet accipiant:quæ ceu e multis eiuſdem gemmæ diſcrimibus conſtare uideatur.

Ex capite.ix.

Amuleta q̃ geſtamina

Totus uero oriens pro mauletis tradiť teſtari ea).Lego:Totus uero oriẽs pro amuletis traditur geſtare eam:ex Dioſcoride. Amuleta uero ſunt geſtãtibus quæ græci φυλακτηρια περιαπτα appellant:ab amoliendo noĩata.nam & αποτροπαια græci uocant hæc απο του αποτρεπειν quod eſt amoliri ſummouereq;.ut ridendi ſint q ab amula uaſe id uerbũ deducũt. Dionyſius de iaſpide εχθραν εμπουσησι καὶ αλλοισ ειδωλοισι. Eſt autem Empuſa genus laruæ terriculamenti ue dicatum Hecatæ uno pede incedens:unde & nomen:Euſtathius.itẽ.

Empuſa genus Laruæ

Aſtrios in india naſcens & in pallẽtes litoribus).Idem poeta Dionyſius Aſterios non Aſtrios εροα μελισσο βοτοιο κατα σκοπιασ παλληνησ φυεται αστεριοσ καλοσ λιθοσ οιατισ αστηρ μαρμαιρων λυχνι στε πυροσ φλογι παμπαρ ο μοιη. Eſt autẽ hæc Pallene in thracia Phlegræo tractu quo gigantum fabulæ.itẽ. Quæ pluribus polycalamos).Legendum Polygrãmos:uidelicet a pluribus candidis lineis.

Ex eodem.ix.de gemma Cyano.

Optima ſcythica deinde cypria poſtremo ægyptia adulteratur maxime tinctura idq; in gloriam regis ægyptii). Theopraſtus hæc ipſa de Cyano:non tamẽ quaſi de gẽma:ſed quaſi de luto eo tradit: quod medici pictoreſq; Cyaneum ſiue Ceruleum appellant. Is poſt expoſitas indicataſq; gemmas ad Cretarum & Rubricarum genera progrediens ita ſcribit. Quẽadmodum inquit Rubrica duplex eſt naturalis artificialiſq;.ita & Cyanus:Nam & ſpõte naſcitur & factitius eſt ut in Aegypto. Genera uero Cyani tria ſunt inquit Aegyptium & Scythicum & tertio loco Cyprium. Optimum Aegyptium ad trituras meracas. Scythicum ad dilutas. Factitium autem ægyptium eſt:Nam & hoc inquit litteris mandatum:quis Regum ægypti primus tunicam ex Cyano factitio nauium imitãte tinxerit. Et paulo poſt:Ex Cyano inquit quattuor exiſtunt colores.primus ex tenuiſſimis albiſſimus:alter ex craſſiſſimis nigerrimus. Proinde Plinius.xxxiii.libri fine:Ceruleum inquit harena eſt huius genera tria antiquitus:ægyptium quod maxime probať Scythicum:hoc diluiť facile:cũq; teritur in quattuor colores mutatur:candidiorem:nigriorem:craſſiorem:tenuiorem ue. Præfertur huic etiãnum inquit Cyprium.ita fit ut quod eo loco primum fecit ægyptium:uidelicet Theophraſtum ſecutus:hac parte ſtatuat poſtremum.ibi quoq; Cyanum pro luto harenaq;:hic pro gemma intelligit. Penſanda hæc multũ diuq; ſunt:ne ſit neceſſe uel Plinium inconſtantiæ:uel Theophraſtum mẽdacii arguere. Alioqui Theophraſtus quoq; inter gemmas Cyanon quandã poſuit:in marẽ & fœminam diſtingui eã tradẽs: & q ab ea quæ mas eſt:nõ magnopere diſtet Sapphirus:ut mox dicecur.hodie quoq; gemma Cyaneo colore cernitur:quam officinæ Turchicam appellãt.

Ex Cyano quot colores exiſtũt

Cyanus Turchica uulgo diciť a cianeo colore

Ex eodem.ix.de Sapphiro.

Quæ uero ſunt ex his reſani coloris mares exiſtimanť).Vetuſti codices Cyanei nõ Reſani Theophraſtus:Sapphiros inquit uocatur:nigra hæc non admodum longe ab eo Cyano qui mas exiſtimatur.idem auctor. Cyanos inquit geminus: mas & fœmina. item. In arabia ex ea quoq; parte quæ finitima ſyriæ petria uocatur).Legendum petræa ſiue petra:non petria.item. Ad uicinia cryſtalli deſcendit).Scribendum ad uiciniam.Itẽ. Quod maxime uidetur de re).Vetuſti codices:q maxime uidetur decere.ſequitur enim:Specie & colore.Item. Vocatur ex argento iris).Legendũ: Vocatur ex argumento iris.ex ſequentibus.item. Eſt & alia iris ceræ ſimilis). Legendum uidetur nõ Ceræ ſimilis:ſed Cætera ſimilis.

Ex capite.x.de Achate.

Iumentorum etiam ederas & ſtatunculas).Vetus oĩs lectio nõ Statũculas. ſed Staticula. quidam Straticula a ſtratis equorum:quoniam ſequatur:& equorum ornamenta. Quid ſi legas ita iumentorum etiam Eſſeda & Staticula:uidetur enim genus eſſe geſtatorii Staticulum:ut Eſſedum ac Petorritum:quaſi Staticulum ſit in uehiculo Eſſedum in equo:Petorritum in mula. Plinius.xxxiiii.lib. Ad aurea quoq; & argentea ſtaticula inanis inquit luxuria peruenit:quæq; in ſcyphis cerni prodigum erat: hæc in uehiculo atteri cultus uocatur. Auſonius:Rapiunt petorrita multæ. Silius de Aſtureone: Aut molli pacata celer trahit eſſeda collo. Confundi tamẽ uſu nomina ea conſtat. Suetonius in Claudio: ſolitus inquit in geſtatorio ludere ita eſſedo alueoq; adaptatis ne luſus confunderetur. Item Staticulum uel a ſtatu dici potuit.eſt autem ſtatus ut Victorino placet: qui de limitibus & menſuris ſcripſit: altitudo cuiuſq; ſua.ſiue a ſtando:q in his non tam ſedentes q̃ ſtantes eſſe uiderentur. nam & iupiter quoq; modo ſedens modo ſtans in ueteribus monumentis e metallo cernitur. ſedet qui tonans erat: ſtat qui ſtator. quod & Hieronymus notauit quodam loco:malle ſe ſcribens ſtatorem eſſe q̃ tonantẽ.

Petorita a q̃bus uehunť

non ꝙ stator a stando potius q̃ a sistendo constituendoq̨ ducatur ut ait Cicero:sed ꝙ qui stator appel
labatur stabat.ut Laurentius Valla:parum iure faciat qui Hieronymum in eo reprehendit. Statores — Locus in Valla
Cicero quoq̨ pro tabellariis usurpat.item. Similes illitis floribus). Codices antiqui non illitis: sed
limitum floribus:hoc est qui nascunť in limitibus.quoꝝ frequens est apud Diosco.Pliniumq̨ mentio.

Ex eodem.x.

Antiphates nigra cõtra lucet). Vetus lectio antipathes nigra nõ tralucet.& sane uerbũ antipathes
celebratur & gemmis aliis ut in corolario docuimus.Item. Natura eius quæ magnetis nisi quod au
gere quoq̨ aurum traditur). Legendũ uidetur nõ augere:sed agere.hoc est trahere.Item. Bronica
capitibus testudinum). Lege Brontia tonitruum enim græci Brontem dicũt.item. Et tonitrua ca-
dentia ut putãt restringit & restinguit fulmine icta si credimus). Vetusti codices:Cum tonitruis cadit
ut putant & restinguit fulmine icta si credimus.Plinius hoc capite:Ombria inqt quam aliqui Notiam
uocant.sicut Ceraunia & Brontia cadere cum imbribus & fulminibus dicitur.Item. Cadmites ea-
dem esset quæ ostracites). Legendũ forte cheramydes ex Strabone:q lapides ait in mauritaniæ cãpe-
stribus præciosos nasci οςρακιωμ και χηραμυδωμ.alioqui uetus lectio non Cadmites:sed Calamites
Item. Chamites quibusdam uidetur suum genus habere). Lego Caminites aut Capnites potius a — Capnites unde
fumo dicta.sequitur enim:statim plurimis spiris fumida.

Ex eodem.x.

Calamites e turbibo feruntq̨ plures calaicas cõiunctas simul inueniri). Codices uetusti calamites
a calamo:feruntq̨ plures simul cõiunctos inueniri. Sunt exẽplaria in quibus ita scriptum est calamites
e turbido calamo & reliqua.ut forte legi possit ad hunc modum: Calaites in turbido calaino feruntq̨
plures Calaitas simul coniunctas inueniri:hoc sensu:Calaitin uocatam a colore Calaino qui turbidus
est:unde uestes Calainæ a Veneto colore:ut Photioni placet.Plinius:Amplitudine ĩquit cõspicua sed
fistulosa & sordium plena est calais.item. Cynodiæ inueniuntur in cerebro piscis eiusdẽ nominis.
Vetusti codices Cynædianæ aut Cynædiæ:a Cynædo pisce:cuius mẽtio ĩ.xxxii.libri.calce.itẽ. Cro
callis ceras represẽtat). Vetusti codices non ceras:sed cerasum. Nihil ĩmuto:sed illud testor:eam quæ
similis erat ceræ paulo supra ceriten appellatam fuisse.itẽ. Calorites herbacei coloris). Lege chlo- — Chlorites id enim herbaceum colorẽ significat
rites.id enim Herbaceũ colorẽ significat:a quo & uestium genus chloreas in Flauio Vospico diximus
a quibusdam intelligi.Item. Cepionide in aeolide nunc ad arneum pagũ quondã oppidũ). Quidã le
gunt Cepionides in Aeolide ad Dardanũ nunc Pagũ quondã oppidũ. Etenim Dardanũ in Aeolide ut
constat.Itẽ. Draconites siue dracontia). Melius ita. Draconites siue Dracõtias:ex Solino.itẽ. Vi
so dracone spargere omnia medicamẽta). Lege: Viso dracone spargere somnifica medicamẽta:ex So
lino:Gramina ĩqt medicata obiiciunt ad incitandũ soporem.itẽ E cardia cognominať e cardiste).
Legendum uideť. Encardia cognominať & Cardisce.q̃q̃ & aristen in quibusdam ꝓ Cardisce inuenio.
Item. Eusebes ex oleo lapide est ex quo traditur tyri in herculis templo factas sedes). Legendũ Eu-
sebes ex eo lapide est & reliqua item. Emollit marina). Legendum Maria:non Marina.

Ex eodem.x.

Glossopetra linguæ similis humanæ magnæ). Verbũ Magnæ supuacuũ est: nisi quis Solinũ secu
tus:addat Potestatis:Non modicæ inqt ut magi perhibent potestatis.Item. Hepisthites). Scriben
dũ Hephestites:ꝙ in sole addita aridam materiam dicať accendere: ignis modo quem poetæ a Vul-
cano Hepheston uocant.itẽ. Hermodocos). Vetusti codices habẽt Hermiodes.sed Romani me-
lius Horminodes:a Hormino quod genus est herbæ ut in Dioscoride mõstrauimus. sequitur enĩ: ex
argumento uiriditatis.Itẽ. Hymnitis ouis piscium similis). Vetus lectio Hammitis: quasi a sabulo
crassiore dicta:quandoqdem oua quædam piscium ut inquit Aristoteles: Milii specie uisuntur.item. — Hammitis unde
Promittiť prædiuinans omnia repræsentare). Lego:Promittiť prædiuina somnia repræsentare.
Solinus:Prædiuina inqt somnia repræsentarẽ dicitur subiectus capiti incubãtium. Item. Hyeniæ
tabido in uase inueniri dicunť). Vetusti codices Hyeniæ ex oculis hyenæ & ob id in uase inueniri di- — Hyena
cuntur. Solinus:In pupillis inqt eius lapis ĩueniť.ut qđ Plinius oculorum uas solinus oculorum pupil-
las dixerit. Græci uas oculorum & cauum ipsum Conchon uocãt:Pollux auctor.Item. Nõ admit-
tenda promissis). Legendũ:Non omittenda ꝓmissis:ut sit ironia Nõ prætereunda inquit ob mago-
rum promissa deprehendi per eam Barbarorum insidias.itẽ. Zacthalias babylonius). Multi codi
ces antiqui habent zacharias.Plutarchus zachaliam nominat.

Ex eodem.x.

Icterias luridus similis). Vetusti codices:icterias mali cute Lurido similis.Item. Meroctes por
racea lacte sudat). Scribi potest Morochthos.ita enim uocatur lapis etiã in medicinæ usu Dioscoridi
Galeno cæteris qui & Molochthus & Moroxus quoq̨ apud eos scribitur:Galaxias a qbusdam & leu-
cographis appellatus:quasi a lacte candoreq̨:importatus ex Aegypto. non ꝙ eundẽ cũ Pliniano hoc
censeam:id enim incõpertum habeo.sed ꝙ cognominen. Porro Leucographis & alius Plinio lapis ẽ
hoc ipso capite relatus:& herbæ nomen.xxvii.uolumine:ut sint qui putẽt deceptũ eũ pro herba red-

didisse qui lapis esset :quoniam eosdem ei effectus perhibeat quos Dioscorides & Galenus lapidi.

Ex eodem.x.

Quæ nigerrimo colore translucet uocatur promnion:in qua miscetur & carbunculi colos Alexãdrium ubi sarde nascitur in cypro tyro & galatia). Vetus lectio:Pramnion in qua miscetur & Carbunculi colos:Alexandrinum.ubi Sardæ.Cyprium.Nascitur & in tyro & in Galatia:ut sit sensus.tria esse huius gemmæ discrimina:Prãnium a uini genere nigerrimi:Alexandrinũ si mixtum habeat carbunculi colorem:Cyprium uero si sardæ.Item. Mitrax).Solinus quidẽ Mitridax.Sed nihil muto:utcũq; a Mitra quod solem significat nomen inditum.Item. Hæ sunt gemmæ quæ ad iculpturas aptanť). Vetusti codices:Hæ sunt gemmæ quæ ad Ectypas scalpturas aptanť.Quid sint Ectypa Plinius in mẽtione Plastices.Seneca de beneficiis libro quarto:Paulus inquit prætorius in conuiuio quodam Tiberii cæsaris habens imaginem Ectypa & eminente gemma.Scalpturam uero Diomedes grammaticus non sculpturam dici probat:Scalpta inquit gemma dicendum est non sculpta:quoniam adiecta inquit præpositione facit insculpta

Mitra solem significat

Ecιypa

Scalpta gemma dicit non sculpta

Ex eodem.x.

Myrmedia nigra).Legendũ Myrmecias nigra.Habet enim ĩqt eminentias similes uerrucis.Verrucas autem græci Myrmecias appellãt ex Dioscoride ac Plinio.Solinus Myrmecitem uocari tradit quia reptãtis formicæ præferat imaginem.sed alia hæc a Myrmeciade.item. Nasomonites). Legẽdum Nasamonites quia inter Nasamonas ut Solino placet nascať.item. Similis hippodactæ).Vetusti codices:Similis Hippopotami dẽtibus.Romana uero exemplaria:similis Hephestitæ.Qualis sit Hephestites gemma.diximus non multo ante.Item. Broniena.& paulo post Bronia).Scribendum utroq; loco Brontia:ut prædiximus hoc capite.

Ex eodem.x.

Nisi ꝙ achates politura pinguescit duriori tantaq; inest uis):Legendũ:Nisi ꝙ Achates politura pinguescit:duriori tãta inest uis & reliqua.ut sit sensus:duas haberi species Ostraciæ:unam Achatæ similem:quæ polulturã recipiat:alteram duriorẽ:cuius fragmentis gẽmæ scalpanť aliæ.Item. Pãconus). Legendũ Pangonis siue Pangonius ab angulorũ multitudine quia sequiť:ne crystallus inqt uideať numero plurium angulorũ caueť:qui certus est in crystallo:sexangula enim crystalli forma: ut diximus. Itẽ. Chrysitin uocant ostreæ atticæ assimilata).Scribendũ uideť non Ostreæ Atticæ:sed Ostraciæ De Ostracia dictũ est superius.Itẽ. Phycites oliuæ).Vetus lectio non Oliuæ:sed & Aloe. scribendũ Algæ:quia græci Algam Phycos dicunt.Itẽ. Perileucos fit ab ore hemmæ ad radicem usq; candido descendente).Legendum:Perileucos filio ab ore gẽmæ ad radicem usq; candido descendente.

Pangonius unde

Ex eodem.x.

Pæantides quas quidam grauidas uocant). Vetusti codices nõ Grauidas:sed Gemonidas:quo nomine pregnantes & plenæ significantur.Item. Natales in macedonia).Antiqua lectio nõ Natales: sed Nam tales & reliqua.Item. Tricus ex africa).Lego Trichrus:a triplici colore succi.Item. Telicardios colore cordis persas apud quos gignitur magnopere delectat mucula quam appellant thraciam trium generum est).Vetus lectio:Telicardios colore cordis persas apud quos gigniť magnopere delectat:Muculamq; appellant.deinde sequitur.Thracia trium generum est:& cætera.Item. Telicos oleæ nucleo similis).Vetusti codices Theolithos.legẽdum Tecolithos ex Solino:quia calculos absumat.Quo nomine ab effectu & iudaicus lapis in medicina dicebatur.quanq̃ Galenus uim eam iudaico tributam falso existimat.

Quo alio nomine pregnãtes dicantur

Lapis Iudaicus qui

Ex capite.xi.

Adureneis).Vetusti pleriq; codices Aduenepras:eiusdem oculus & digitus dei qui & a Syris coliť. Deinde sequitur. Triophthalmos).Et reliqua Romani codices loco eius uerbi quod est eiusdẽ oculus habent Theu dactylos:quod dei digitum significat.Ex omnibus iis coniectura quadam addiuinare liceat:ita legi oportere:Adu nephros eiusdem Theu dactylus hic & a Syris colitur . Est autem Adu nephros idem quod eius dei renes quem Aden uocant hoc est infernum:græcis iuxta Barbarisq; ut inquit Strabo religiosum.Coli autem a Syris gemmam hanc nihil mirum:cum alia quoq; Beli oculus & item alia Eumetre Beli gemma nominentur:quia sanctissimo ut ĩquit Plinius Assyrio deo sint dicatæ Item. Aspidi quam uocari timicloniam inuenio).Legendũ forte Chelidoniam.ex Galeno:qui uinũ genus Aspidis ita nominat.Item. Enais).Vetusti codices non Enais sed Enhydros.nec paulo post. Admotum).Sed ut duo uerba sint Admotum.Solinus quoq; appellauit Enhydron.Exudat inquit Enhydros ut clausam in ea fontanam scaturiginem putes.

Theu dactylos dei digitũ significat

Enhydros

Ex eodem.xi.

Melicros est geminus parte flauus parte melleus).Legẽdũ uidetur:Melichloron : geminus: scilicet color appellauit ex superioribus uerbo repetito.& enim Chloros non solum uiridem sed etiam flauũ sæpenumero significat.Alioquin de Mellichrote dictũ erat pauloante.Item. Crocias a croco).Vetus lectio:Crociam Croci.ut sit sensus : Crociam appellauit Croci color.pendet enim a superioribus

sententia: Colos inquit appellauit Chrysolithum aureus: Chrysoprasum herbaceus & reliqua. Item. Polia canitiem quandam sparti inducit). Legendum forte sit indicat: non inducit. & infra Spartopolios potius q̃. Spartopolia). ex iulio Polluce: īter personas Tragicas & Comicas poliam & spartopolion reddente: Polia inqt anus erat ætate dignitateq́ cæteris antestans. Spartopolios canitiē ipso qdem nomine significat. sed in Tragœdia uirili specie nigra ac subpallida. in Comœdia uero muliebri erat habitu Spartopolios canitiem & ipsa uerbotenus indicans: sed inter iuniores ꝑsonas: ut tamen intelligeretur aliquādo meritorium scortum fuisse. Si cui porro Spartopolia plus placet q̃ Spartopolios: nihil pugno: etiam si non aliter fere græci enunciant quæcunq́ ad eum morem ex integris duobus componi solent. Vtcunq́ remotioris doctrinæ locus erat hic: cum ad hanc theatri cōsuetudinem: gemmarum duo nomina respicerent.

Sparthopolis quid significet

Ex capite. xii.

In omni alio usu acriora abhorrentes). uetusti codices non Acriora sed Acrimonia: Quidam non Abhorrentes). Sed Abhorrentis: ut ad ipsum mel Corsicum referri uideatur.

Ex capite. xiii.

Frigoris inconstantia). Legendū uidetur Fulgoris non Frigoris. Etenim sequitur: priusq̃ ad oculos ꝑueniat: desinens nitor. Item. Obsiane fragmenta). Legendum Obsidianæ. Fictas inquit gemmas fragmentis obsidianæ sacrificare posse: ueras non posse: Quod enī subditur: Fictitiæ inquit scarificationis candicantiam fugiunt: hunc habet sensum: fictitias ad impressiōem scarificantis cedere: qđ gemmarii hodieq́ appellant fugere: hinc ortū ut & uina quæ annis cedunt hoc est ætatē ferre nō possunt: fugere dicantur: Cicero in officiis. Item. Ne equos qdem in tricariis. Legendum arbitror in Trigariis: cuius uerbi mentionem superius quoq́ duobus locis habui. ut fallant qui populos eē quosdam putant nomine Tricarios: de qbus hic intelligendum sit.

Gemmarii

Hermolaus Bonis.

h Aec erant in Pliniano codice flagitia: ꝑpter quæ non parum multi diuinum opus tanq̃ senticetum īmo uero quasi pestilens aut lemuribus infame domiciliū uitabāt. Ea nos græcis & latinis auctoribus perlectis oībus lucubratione uiginti mensiū reuellere ac publicare curauimus. Non dubito & alia quoq́ deprehendi posse pluscula: Excutiam breui ea quoq́ nec cōmittā: ut latitēt: ac decoxisse mihi uideant. Alioquin ut in magna sylua boni uenatoris est: indaganter feras (ut inquit ille) q̃ plurimas capere: nec cuiq̃ fraudi fuit non omnes cœpisse. ita nobis abunde fuerit: tā operiosi diffusiq́ muneris quod suscepimus maximā partē absoluisse. Minuta quādoq́ aliqua sed consilio attigimus: & ꝙ imperitorū ingeniis occurrendū erat: & ꝙ unius sæpe litteræ mutatio: speciosos sensus & ex altissima eruditione repetitos adumbrabat. Et hercule sunt aliqua in iis captata: quæ nos ubi locus incidebat obscurior: non tā emendare uolebamus: q̃ occasiones docendi facere. Ac minus qdem obiecta fore calumniantibus hæc sciebam: quos mihi defuturos. nec speraui unq̃ nec optaui: Si parcius erratoꝝ numero induisissem: paratosq́ mihi esse noueram q cauillarentur: plus a me iudicii in eligenda hæc q̃ in congerenda studii conferēdum fuisse: cæterū aliud est aliena castigare: aliud sua prodere. In alienis maiore cura q̃ iudicio: in nostris maiore iudicio q̃ cura opus est. iam cū tanta sit historiæ naturalis maiestas & utilitas ut in una ea latinæ rei puppis & prora uersent. non uideo quamobrem dānari debeat qui ne syllabā qdem in eo libro pati potest male collocatam. iunius Cordus in scribenda Cæsarum quorūdam minus illustrium uita reprehensus est: ꝙ diligenter & scrupulose minima quæq́ ꝑsequeretur non idem accusationis aditurus: si hoc ipsum in Traiano uel Hadriano laborasset. Adhibuimus tamen in iis modum quendā & friuola pleraq́ prætertuimus. Codices tantū Romanos & Venetos secundos: qa minus uitiati esse uidebantur: emendauimus. illud uero simplicis ingenii fuit: ꝙ errata quædā præfracta: & insignia: sine ullo uerboꝝ fuco: expunximus: procul omni pōpa uendicationeq́. dissimulatoq́ etiam: in plerisq́ rebus inueniendis: labore: ne mirari nostra uideremur. Cautissimus quisq́ iniquū petit ut æquū ferat. Ego cū labores meos multo minoris indicem q̃ sunt: comptum habeo uisum iri multis: longe faciliores fuisse q̃ fuerint. Et hæc natura nouitatis. Placet quod scit: unde aut quanto labore didiceris nemo cogitat. Nec me fallebat hic euentus: sed utilitati publicæ consului. In me: cum possem: parum callidus & astutus fui. huc pertinet & illud: ꝙ cū incerta quædam: nobis essent: idq́ profiteremur: & in tanta rerum bonarum copia præterire: nō modo sine ullo famæ dispendio liceret: sed etiam tutū esset: uei Prouerbio dictante Quæ dubites ne feceris: Malui tamen ingenuum illud propositum meum tueri iuuandæ lectionis latinæ: omnia quæ cognouissem: promendo: q̃ rationibus meis studere: aliqua dissimulando.

Finis Castigationum Plinianarum Hermolai Barbari. Ad Laudem Dei Omnipontis.

Hermolai Barbari in Plinianas Caſtigationes Secundas ad Alexandrum Sextum pont. Max.
Præfatio.

Vm in eo eſſem Pontifex Maxime:ut Plinianas caſtigationes tuo numini dicatas:
uulgi manibus concrederē:boni q̄dam & ſtudioſi iuuenes quotidianus extentiſq́
e præcibus impetrauerunt ut remotiora quædā in eodem auctore uerba exponerē:
ceu parum eſſet emendatū a nobis opus fuiſſe:quod pauci poſſent intelligere.nihil
intereſſe:lectorem errata ſummoueant:an moretur & interpellet obſcuritas. Præ
ſtiti quod uolebant:in idq́ paulo plus ſeſq̄menſe ĩpenſum eſt. Sed dum id quod exi
gebat̃ perq̃ro:a capite(ut neceſſe fuit)orſus:in mōſtra quædā ſatis uiſenda offendi:quæ nos in prima
editione:quaſi mancipia fugitiua:latuerāt:Ea quoq́ in hanc:uelut appendiculā relata:curaui ut pœnas
darent & flagitii prioris & fugæ. Quod ſi quis paulo durior neglıgentiæ meæ tribuat ꝙ oīa ſcrutari lu
ſtra nequerim:cū nemo tamē neſciat:minus mirū eſſe:memoriā aliquaꝝ rerū excidere:q̄ omniū con
ſtare:nihil pudebit eius me uitii reum fateri:qđ nemo ĩ ſe nō ſentit:quādo ipa quoq́ ſeruoꝝ ſuoꝝ q̄ſq́
nomía interdum requirit oblitus. Vtcunq́ culpa in bonum ceſſit. Nam præter id ꝙ mendoſa loca nō
parum multa integritati ſuæ reddidi:fuit & illa commoditas: ꝙ quædam a nobis prius dicta commu
nire:quædam ſubmutare contigit in melius:Fecit hoc ante nos Soſigenes:qui tribus lucubrationibus
de ſiderum motu:quanq̄ diligentior eſſet cæteris:non ceſſauit addubitare ipſe ſemet corrigendo. Iuli
us quoq́ pollux decimum:hoc eſt extremum Onomaſtici ſui librum non alia neceſſitate compoſuit:
q̄ ut eadem illa quæ dixerat:uelut raſarriendo adminiculatiora:lætiora:pinguiora faceret. Dionyſius
Rhetor de Phraſi Thucydidis commentarium ſecundum edidit:quoniam in priori ieiunior & con
tractior fuiſſe uidebatur. Romæ idibus ianuariis. M.cccc.xciii.

Secunda editio Caſtigationum Plinianarum Hermolai Barbari.

Ex Præfatione Plinii.

Octiſſimum oīum Perſium uolo)Quidā nō oīum ſed maniū:ꝙ ita ſcriptū in ueteribus Pli
d nii codicibus inueniūt. Fateor ſane ita legi:ſed & prænomē fuiſſe maniū & Perſius poeta: Locus ĩ pſio
& Feſtus quoq́ affirmāt:dictū ab eo ꝙ mane quis natus ſit:ut Lucius:q̄ luce. Quia uero nō
maniū:ſed Caiū pſium Cicero eū uocat ĩ Bruto.nō auſim mutare:Alii ĩqt a.C.pſio litterato hoīe ſcri
ptū eſſe aiebant illo quē ſignificat ualde doctū eſſe Lucilius de quodā aūt. T.Iunio ſic ait eodē lib. Fuit
inqt facilis & expeditus ad dicendū:& uitæ ſplendoræ multo:& ingenio ſane ꝓbabili. T.iunius. L.fi
lius tribunitius.quo accuſante. P. Sextius Prætor damnatus eſt ambitus. Hæc ſcripſit ꝙ ut monui hac
parte:non Lelium decimum:ſed iunium Congiū antiqua fere omnis habet lectio:ut extimandi tamē
illud nō decernēdi ſit argumētū.itē. Tā q̄ honoribus ineptis). Quibuſdā placet indeptis nō ineptis:

Ex primo libro Plinii:hoc eſt ex indice operis.

Ex indice libro.xiiii.

Ntigono cymæo). Agatone. Scribendum agathocle. Plinius. Columella. Varro de antigo
a no item Cymæo Columella:ut ĩ libri quoq́ octaui indice ſcribendum ita ſit.item. Che
rea atheninenſe chriſto). Item hoc eſt Athenienſe. M. Varro de re ruſtica Chæream Athe
nienſem & chæreſteū. Columella nō chæreſteū nec cheriſtū:ſed chreſtū:qui & ipſe Athenienſis:fue
rit:Athenæ ĩqt ſcriptoꝝ frequentiā pepererunt e quis ꝓbatiſſimi auctores Chereas: Ariſtādros. Am
philochus:Euphronius:Chreſtus. Etiam ſi non e quis ſed æque ſcriptum eſt mendoſe:quēadmodū &
quod ſtatim ſequitur:Euphronius. Legendum enim uel Euphranius uel Euphron: is quia ſubiungit̃:
non ut:multi inquit putant:Amphipolites:qui & ipſe laudabilis habetur agricola:ſed indigena Attici
ſoli:hoc eſt Atheniēſis. M. Varro:Euphranii inquit duo:unus Atheniēſis:alter Amphipolites. Plinius
quoq́ Euphronē uidet̃ appellaſſe illū hac pte Athenæū dicendo eū fuiſſe: quēadmodū & Ariſtandrū
& amphilochū hoc ipſo indice. De q̄bus eodē loco Columella:apud quē atq́ Pliniū anaxipolis e Tha
ſo ĩſula cū fuerit:Emendādus ĩ Varrone prĩo li.locus eſt:ubi tharſiū fuiſſe eū legit̃. Cōtra ĩ Columella
Manaſſeas Euphonon & Eubolus. Scribēdū ex Varrone ac Plinio:Mnaſſeas Euphoriō & Cleobulus
ĩuicēq́ apud Varronē Meneſtarchos. Scribēdū ex Columella Plinioq́ Meneſtratus.itē cū apud Var
ronē Dionyſius Eriphyton.apud Columellā uero Dionyſius Emphitō legat̃. Fieri pōt ut ſcribēdū ſit
Dionyſium peri phytō:ideſt περι φυτωρ.hoc eſt de plantis:ad differentiā alterius Dionyſii q̄ fuit Vti
cenſis:& magonē pœnū tranſtulit Alioq̄n Varro Theophraſti librū de ſtirpibus:græca inſcriptione
περι φυτωρ citare cōſueuit. Ex ĩdice libri.xx. Petridio.myctione). Nomīa hæc ſæpicule repetunt̃.
Cæterū lib.xx.in mentiōe hippomarathri herbæ nō myctionē ſed myconē:qui rizitomumena ſcri
pſerit.appellat.itēq́ nō peti idiū:ſed petricū:de quo & ſequētibus ĩdicibus:ubi mōpetricū:mō petrinū
ut cuiuſq́ uel audacia uel libido fuit ſcriptum inuenias.

Ex libro ſecundo.cap.viii.de pythagora.

o Lympiade circiter.xxxii. Sūt codices ĩ q̄bus nō.xxxii.ſed.xlii.legit̃.quādo ut ipſe ait hic fuit
urbis Romæ ānus.cxlii. Romā q̄ppe cōditam olympiade ſexta & Plutarchus & Euſebius

uideri uolũt. Diogenes tamẽ Laertius.lx.olympiade Pythagorã Samiũ ad.lxxx.uixisse tradit. Nec ma
gnopere discrepant Eusebius & alii.itẽ.ex cap.xi. Sicut terræ paruitatem ipsa deficiens). Scriben-
dũ uideť ipse:nõ ipsa. Magnitudinẽ iqt solis ex defectu lunæ ostendi:sicut terræ paruitatẽ ex defectu
Solis:demõstrantq; hoc sequẽtia:quæ de umbris dicunť. Alioqn ut rõnes quoq; aliæ sũpius expositæ
ad magnitudinẽ Solis indicandã nõ magnopere id cogunt fateri:sic nec ista paruitatẽ terræ:quãdoq
dẽ adhuc Sol deficeret adimereť q; terris aliqbus:etiã si terra maior esset ipso. Proinde quanq̃ uerius
est terræ paruitatẽ ex defectu Lunæ q̃ ex defectu Solis ꝓbari:quia tamen Plinius in ea heresi fuit ut &
luna maior esset q̃ terra:& totus Sol terris oĩbus subduci posset: necesse est ut scribať hic non ipsa sed
ipse deficiẽs.itẽ.ex cap.xii. Sub halyate rege). Cicero sub Astyage:ut diximus. Sed cũ illi eadẽ ætate
fuerũt & bellũ quoq; gesserint ĩter se:ut Eusebius in chronicis & alii pleriq; retulerũt:nec mutare:nec
admirari cõuenit.itẽ. Scelera aut mortẽ aliquã siderũ pauẽtes). Scribendũ pauente: hoc est hoĩum
mẽte Nunc qdẽ absoluta metu cõpertis rationibus ecclypsiũ sed olim attonita q; crederet uel scelera
portẽdi:uel interitũ ĩminere sideribus. Ex cap.xv.de Marte. Ex quadrato sentit radios.lxxx.par-
tibus). Fortasse nõ.lxxx.sed.lxxxx. Scribendũ est:hoc est signoꝝ triũ spatio. Ea.n.quarta cœli pars est
& quadratũ facit.deĩde sequẽtia id demõstrãt: Primus inqt & secũdus nonagenarius dictus ab utroq;
exortu. Porphyrius tamẽ ĩ isagogis apotelesmaton:Sola ĩqt Pyronetis hoc est Martis:stella duas alias

Isagoga Apotelesmata

figuras habet:quas uocant ĩqt anomalias. Vnã ab exortu matutĩo cũ solẽ præcedit ꝑtibus.lxxxii:aut.
xc. Alterã ab occasu uespertino cũ totidẽ ꝑtibus a sole separať. Ex cap.xvi. Sol arietis.xxix.) Scriben
dũ.xix.ex Ptolomæo:Porphyrio:Theõe:Proculo:q tamẽ nõ loci hãc:sed uirtutis & potestatis sublimi
tatẽ existimãt. Saturnũ:iouẽ:Solẽ quia diurni præpotẽtesq; sunt:in triquetro domicilioꝝ suoꝝ exalta
ri. Martẽ & uenerẽ:quia nocturni minusq; pollẽt:ĩ sexangulo. Mercuriũ q̃a ꝓmiscuus & infirmis uiri
bus:nec ĩ triquetro:nec ĩ sexangulo:sed ĩ altero domicilioꝝ suoꝝ. Ex cap.xvii. Tantũq; circulis ea
rũ sub terra est quantũ sũpne ꝓdictaꝝ & ĩfra. Simili ratione admodũ statuũt). Quidã nõ sub terra sed
subter legũt:ut ad uerbũ sũpne respõdeat.itẽ nõ admodũ sed modũ:hoc sensu: Curuaturas absidũ Sa-

Curuaturæ absidum

turni:iouis Martis sũpne haberi. Curuaturas absidũ Veneris & Mercurii:quoniã ĩfra Solem sunt:sub
ter:ĩferneq; cõstitui.ille sursum uersus quasi extra circulũ flectunť cũ Sole pariter euntes ad eũq; tanq̃
spectãtes.intra quas stellæ illæ Venus & Mercurius ultro citroq; feranť nunq̃ extra. Quæ qdẽ oĩa Pli-
nius hac ꝑte nõ plus luculẽter q̃ ꝑspicue (Modo ne quis eũ ꝓprie latineq; differentẽ fastidiat). Videri
potest exequutus. Modum ĩquit statuunt absidum suarũ margines:hoc est: intra curuaturas illas.qua
si marginibus:idest:extremitatibus duabus inclusæ statutos fines habent quos nunq̃ exeũt. Sed ubi ad
latus alterum curuaturæ peruenerunt:cõmeant atq; reciprocant. Curuaturæ porro illæ nunq̃ ĩqt So
lem transeunt:hoc est:mouenť quidem:sed ad Solem uersæ cum ipso proficiscuntur. Et quia extremi
tates ipsæ siue.quod idem est:margines earum non semper in eum cœli gradum siue partẽ congruũt
in qua Solis corpus inuenitur:sed modo ultra:modo citra:hinc efficitur:uti non semper absit a Sole
Venus.xlvi.partibus:nec semper.xx. Mercurius. Etenim curuatura in Veneris abside.xlvi. ꝑtes lõga
est:in Mercurio.xxii aut.xx. Propterea uero spatia inquit longitudinis latitudinũ euagatione ꝑẽsant:
quoniam a Sole ut per longum minus:ita per latum plusq̃ sũpiores planetæ summouentur. Quia ue-
ro sublimitates quinq; planetaꝝ geminæ redduntur:quæ circuli ratione proueniant:illa prior quæ a
centro terræ pendet:curuaturam in abside nullã desiderat. Satis enim est absis ipsa in cuius parte sum
ma:idest a terræ centro remotissima stellæ collocatæ:sublimitatem & altitudinem sortiuntur. Altera
uero sublimitas:quã nõ centrum terræ:sed centrum absidis efficiat: arcum & curuaturam illã in absi
de requirit. Nam tertia altitudinum ratio propterea non circuli:sed cœli mensura constat ait Plinius:

Noua ratio syderum Theorica

quia non ex circulo uel abside:sed ex cœli crassitudĩe proficiscitur per quam stellæ.meãt Solis radios
sequutæ progressũ:regressũ:stationibus. Noua hæc fortasse ratio siderum Theorica:sed pro epicyclis
quos ætas illa uel ignorabat uel damnabat. Alioquin ipsi quoq; qui eos introducunt non tanquam ne
cessarios:sed tanquam utiles ad docendum existimari uolunt. Eamq; partem sideralis doctrinæ καθυ
ποθεσιν appellant:quia ut inquit Proculus: figuntur esse in cœlo multa quæ aut nõ sunt:aut si sunt:
euidens non est an plane sint. Ex cap.xlix.de uentis. Canentiam). Scribendum: Cætiam. Aristote
les & Plinius.xviii.uolumine.inclitus hic prouerbio in eos qui malum ipsi sibi arcessunt.
Ex capite.lxxii. Vt undique non cernãtur hæc sidera). Constabit sensus & fortasse fiet illustrior si
negatio dematur. Sed nec ob plane statuo. item ex cap.lxxvii. Angusto lucis ambitu subiecto

Vruitello Vetulonium Vicus helbii

terræ). Scripserim libentius subiectæ:uel quemadmodum uetus habet lectio:subiecta terra. itẽ ex
cap.cvi. Ad uetulonis). Diximus Vetuloniam quibusdam uideri quod nunc Viterbium: id nos ex
Ptolomæo falsum ostendimus. Sunt qui oppidum ĩ Etruria cui hodie nomẽ est Vruitello: Vetuloni-
um fuisse prædicent corrupta dictione:quasi urbs uetulo. Nam & calidæ ibi aquæ sunt haud ꝓcul ma
ri:& in iis pisces ipsum autem Viterbium arbitrantur hoc fuisse quod Ptolomæus uicum Helbii ap-
pellat: Sutrio uicinum:sed nec uadimonis lacum esse constat hunc:qui Viterbiensi agro cernitur.

Ex libro Tertio. Capite primo.

I Ocobrutinum usq; ꝓmontoriũ). Rectior uetus lectio locros & brutiũ usq; promontorium:hoc est ipsum laciniũ:Plinius a Lacinio inqt secundus Europæ sinus.Ex cap.v. Arũci).In uetustis codicibus & apud Virgiliũ nõ arunci:sed aurũci uersu illo.aurunci dixere senes.Apud Iuuenalé quoq; ad eundé modũ scribi potest:per qué magnus equos auruncæ flexit alũnus & infra Numicus).Non numicũ:sed numiciũ ꝓnunciat in Fastis Ouidius.ité. Adane persei matre).Scribendũ non dane:sed danaæ:ut sit trisyllabũ.uulgaris fabula.ité. Bouelle). Rectius bouille a bouis ilis:hoc est ĩtestinis.Nota est apud grãmaticos historia.Extat & uetus saxũ his uerbis. Senatus Populusq; Bouillanus.Meminit & Varro.Nã Lucius Florus.De uarulis inqt & bouillis pudet:sed triũ phauimus.ité. Antipolis Quod nuncianiculũ).Fortasse non antipolis:sed æneipolis. Dionysius:A Romulo inqt æneæ filio cõdita est æneia:quæ postea inqt dicta est ianiculũ.Huius emendationis mihi Pomponius Lætus auctor fuit:ianiculũ uero nominatũ Festus ait:quia per eum Pop. Romanus trãsire cœperat in agrũ Etruscum:nã & Ianus Romæ:ut Cicero de natura deoꝝ: secundo ait ab eundo dictus.& ꝑuiæ transitiões iani foresq; pro fanaꝝ ædiũ ianuæ uocabanť.Porphyrio: Ad ianos inqt eos q sunt in regione basilicæ pauli.qua & Romanũ forũ erat fœneratores cõsistũt:sub ueteribus uidelicet ut Plautus ait.De ianis & Cicero.vi.Philippica & Suetonius in Domitiano: ianos ĩquit arcusq; cũ quadrigis & insignibus triũphorũ per regiones urbis extruxit.Ex cap. vi. Stura).Diximus & hic apud Straboné scribendũ astura.Cæteꝝ scire oportet utroq; modo ꝓnunciasse ueteres. Festus: Stura ĩquit flumen in agro Laurenti est:quod qdam asturã uocant.Ex.cap.viii.Segestani).Monuimus Egestanos a græcis appellari:sed a Cicerone tamé & Ptolomæo segestanos Mirũ:nihil. Festus Segesta inquit ab ænea cõdita præposito ibi egesto qui eam egestã nomiauit.Sed ne obsceno ĩqt omine dicereť præposita est ei littera.s.ut in Maleuento qđ Beneuẽtũ:& in Epidamno qđ Dyrrhachium usurparunt.

Lacinium
Aurunci non Arunci
Numicius nõ Numicus
Bouile
Aeneipolis ianiculum
Astura & Stura
Egestani
Maleuẽtum post Beneuẽtum
Epidamnum mox Dyrrhachium

Ex libro.iiii.cap. xi.de Thracia.

b Atos.cũ uetus lectio non batos:sed patos habeat:& Ptolomæus pastos: Stephanus passa tutius est ut pastos scribať.Nec ut diximus Datos:quãdoquidem statim sequiť intus philippi colonia.Sunt auté philippi quos olim daton:ut Appianus refert:uocabant:& crenidas a fontiũ copia Meminit & Theophrastus.

Philippos olim daton uocabant

Ex libro.v.cap.iii.

c Irtha sittanoꝝ).Scribendũ ex appiano:Cirta Sittianoꝝ a Sittio qui Romæ accusatus & iudicio interesse ueritus in Africam collecta manu fugerat.ité.ex cap.v. Lethõ).Ptolomæus Lathenis amnis hostia.Strabo & Plutarchus:Latoné idest λατωμα.Apollonius ĩ argonautico.Ladonem.ωεμι λάδωμ εισετι πού χθιζομ παγχρυσεα ρυετομηλα. Ex.cap. xxxi. Ordimum).Vetus lectio nõ ordimũ:sed ordynũ Theophrastus quoq; libro tertio de plantis: Arbor ĩquit euonymos:Cum alibi:tum in lesbo nascitur monte Orcynio:cui cognomen est Ordyno:

Ex libro.vi.Cap.primo.

l Yco flumini).Diximus Thucydidi celecẽ uocari Heracleẽsis agri fluuiũ.Sed & Lycus quoq; amnis ibi nominatur. Apollonio η λελυκου ρεετρα και αρθεμοεσιλα λιμρημ.Hic & regem tractus eius lycũ fuisse refert.ité. Sonãtes).Scribendũ sonautes:hoc est σωραυτησ siue ut Apollonius σοωραυτησ.Dictus ita quoniã Magarensiũ naues seruasset coorta tempestate:nã prius inqt acheronté eũ uocabant.idem poeta nõ callirrhon:ut in Valerio Flacco legi diximus sed callichoron:ut Plinius hoc loco amnem alterum appellat ex arguméto diei festi: qué liberi patris comites egissent καλλιχοροιο παρα προχοασ ποταμοιο.Billæũ quoq; flumen uicinũ monui scribendum non ut modo legitur billin.id ex eodem poeta comprobatur οσσουσ βιλλαιοιο μελαρ περιάγρυται υλωρ.item.ex cap.iii. Flumen scadisiũ).Scripsi ex Menippo & Hecatæo flumẽ chadissium.idé ex Apollonio probari potest. ροσφι λε λνκαςιαι αμφερεμορτο ροσφι λακορτοβολοι χαλισιάι.quanq̃ ĩ eo uersu χαλλησιαι scriptũ aliquãdo inuenias ꝑ χαλισιαι.ité ex cap.xxiii. Sicut acticinius tradit).Dixius atratinũ quãdoq; legi:dixius & atacinũ ab atace fluuio.Nũc illud addimus nõ eosdé esse atratios & atacios.Atratinoꝝ familia Romæ ꝑuetus fuit:ĩter quos cũ aliis:tũ.L.Attatius a Valerio Maximo referť:is qui cõtra Volscos apud Ferrugĩné lacũ pugnauit.Aticini uero noui erãt Hieronymus in chronicis Eusebii:Primus inqt Terentius Varro natus est in uico atace.Narbonẽsis prouinciæ:qui:xxxv.annum egens Græcas litteras summo studio didicit olympiade.clxxiiii.

Atratinus
Atacinus
Locus in Valerio
Vbi natus est Terentius Varro & q̈ ætate didicerit litteras græcas

Ex libro.vii.cap.xii.

i N seruo serapione Victimarii).F.Quintilianus: ut dictum est non Serapionem:sed sciriationem uocauit.Valerius Maximus tamen:nisi menda ibi quoq; sit:serapioné.Est & apud Liuium Scipionis q serapio nõiareť mentio.Victimarii dicebantur & qui uictimas habebant uenales:& qui ligabant eas ad altare:feriebantq;.Idem Valerius:Libros ĩquit Numæ igne facto per uictimarios cremauit.In quo significatu & popæ nominabanť: Helius spartianus in geta : ꝑcussit inqt hostiã popa nomine Antonius:ut inde Persius uentrem popam dixerit non pro pingui & obeso utrentur aliq:sed pro helluone uoratoreq; ac phagone.Sed & ꝓpertius libro quarto nihil aliud ĩtelligit uersu illo:Succinctiq; calẽt ad noua sacra popæ A popa popinæ dictæ.item. .Secundanus retia

Victimarii q
Popa qui
Locus in Propertio

Locus in Va-
lerio Maxio
corrigendus

riusq̧).Dictū est Secundanus & tertianus quandoq̧ legi.Sed & sequutor Retiariusq̧.Apud Valeriū
quoq̧ Maximū de hoc ipso differenté:assecla retiariusq̧.Quanq̄ manu scripti Codices nō assecla:sed
secundanū habent.Lentulus.inquit ex quodam secundanorū cognomen traxit.Cicero quoq̧ cū dixit
in Bruto.Q .Arrium fuisse inter patronos.M.Crassi quasi secundanum:uidet̃ translatione quadam
secutorem(ut uerbum id ĩ gladiatorum paribus quæ cōponunt̃ accipimus)intellexisse.item ex capi.
xiiii. Methymathnum). Valerius Mthymnum:in utro menda cogitandum:nam & Mechymum
quoq̧ scriptū quandoq̧ est.item.ex cap.xx. Septuagita quinq̧ milia passuum cucurrisse). Solinus.
xlv.nisi uitium in codice.item ex cap.xxx. Gabbaram nomine ex arabia).Non cōtradicit q̄dem Co
lumella:sed uidet̃ esse diuersus libro quarto:Testis inq̄t Cicero est:Romanum se ciuem Neuium pol
lionem pede longioré:q̄ quenq̄ longissimū:Et nuper ipsi uidere potuimus in apparatu pompæ Circē
sium ludoꝝ iudeæ gentis hominé ꝓceriorem celsissimo germano.item.ex cap.xli. Berenice).Scri-
psimus ex Pausania & Aeliano pherenice.Nūc illud addimus uerbū hoc ĩ Valerio quoq̧ Maxio libri.

Locus corri-
gendus apud
Valerium

viii.fine corrigendū esse.Beronices inq̄t non uulgaris honos cui soli feminaꝝ gymnico spectaculo in
teresse pmissum est:cum ad olympia filium Euclea certamen ingressum adduxisset.Pausanias nō Eu-
clea:sed pisirhodum appellauit:Hunc moré arcendi feminas ab hoc spectaculo Papinius significat pri
mo Thebaidos:Exclusæq̧ expectant præmia matres.ité ex cap.xlviii. Maxinissam.xl.annis regnas
se).Scribendū.lx.Valerius Maximus.item. Liuia rutilia).Idem auctor Liuia rutilii:ut paulo post
Clodia ofelli:De qua & Valerius:apud qué non ofelli tamé:sed auli scriptū est:aut mendose:aut ꝙ Au
lus prænomen ofelli esset.De statilia uero meminit in epistolis Seneca:oĩno multa uiroꝝ ꝓpria hoc
capite aliter a Plinio:aliter a Valerio in mentiōe senectutis reddunt̃: ut Epiperoꝝ:non Epeoꝝ. Lati-
norū:non Plutinioꝝ.Lictorium:non Pictoreū.Damascus:non Damiates. Sane in ipso libri huius in-
dice Damascenus q̄dam inter auctores ponit̃:quo loco tamen antiqua exéplaria non Damascenum:
sed Demasten habent.quod & uero fere ꝓpius.item.ex cap.lii. Gnosio epimenide). Plutarchus nō
Gnosium:sed phæstiū ab urbe phæsto ĩ Creta:quem & condendis legibus adiutoré Solinus fuisse tra
dit inclitum uaticinio & diuinaꝝ rerum peritia.Sed Gnosium & Valerius Maximus:& alii fecere: ut
duos credi ratio quoq̧ tempoꝝ fere cogat.Ex cap.ultimo. Nasica collega lenati).Scribendū ex an-
tiquis monumentis Lanati:non lenati:Erant & Lænates q̄dem:sed diuersi a lanatis. De quoꝝ uno ita
Romæ legit̃ in uetusto lapide:Lanatus Capitolinus Magister eq̄tum.in eodé de Lænate quodá in hūc
modū.Lænas:Gn.Manlius.L.F.A.N.Capitolin.ĩperiosis.Et paulo post.M.popilius.M.F.M.N. Læ-
nas.Hæc illa ipsa tabula est in qua dixius Venocem quendá.C.Plautiū uocari: & alteꝝ de quo ita scri-
ptum.sit.L.Plautius.L.F.L.N.Venno etiam si uennocens:non uenno: uti legendum esse uideretur:se
quens syllaba decipiat.Cens.inq̄t.L.papirius.L.F.Crassus.C.Manlius.P.F.L.N.Lustrum fecerunt.

Ex libro octauo.Capite secundus.

e Gredi porta).Scribendū ingredi non egredi ut dixius.Nunc & Auctoré Plutarchū in Pō-
peio afferimus:Triūphare inq̄t conatus est:curru quattuor elephantis iuncto:sed cū porta
urbis esset angustior:usus est equis. ité ex cap.xix.Solpuga:Diximus Solifugá a Cicerone
& Solpigam quoq̧ appellari hanc:sed & Festus quoq̧ solpugá ait noĩatam uideri.ꝙ acrius pūgat cōci
ta feruore solis. ité ex cap.xl.Gradibus Gemitoriis.Valerius Maximus & alii nō gemitorios sed ge-
monios.De hoc aūt Sabino Dion quoq̧ meminit οτι δια των αναβαθμων ερριφθη. ité ex cap.xliii.

Per raritatem plantarū).Diximus phalangaꝝ & palancaꝝ:siue quod idem est plancaꝝ legi posse.
placarū nullo modo.Festus plancæ ĩq̄t tabulæ planæ sunt ob quá causam & planci appellant̃ : q supra

Planci unde
sic phalange

modum ĩq̄t pedibus plani sunt.Phalangæ.sunt.& mensuræ genus atq̧ pōderis Herodoto Plinioq̧ in
mentione hebeni. Item ex cap.lii.Fuluius Hirpinus.M.Varro de re rustica secundo.Fuluius inq̄t lu-
pinus dicitur habere in tarquiniensi septa iugera.xl.De quo & Plinius sequenti libro de cocleis.

Ex libro nono.Capi.xxxv.

a Ffectant iam & Pauperes lictorem femine).Diximus licitatorem non lictorem legi posse.
Plinius libro.xiiii.Alius inquit quantum alia quæsierit:tantum bibit. Tunc auidi matroná
oculi licentur.tunc graui produntur marito.tunc animi secreta proferunt. Est autem uer-
borū sensus hic fere qualis apud Valerium Maximum secūdo libro:Feminæ inq̄t capillos cinere ruti
labant.Nulli enim tūc subsessores alienoꝝ matrimoniorū oculi timebant̃.Sunt qui alectorem scribé

Alectoras in
uentriculis
gallinaceoꝝ
inueniri est
cristalina
specie

dum putét ut gémæ nomen sit eius.de qua libro ultimo.Alectoras inq̄t in uétriculis gallinaceoꝝ in-
uentas crystallina specie:magnitudine fabæ:quibus Miloné in certaminibus usum inuictū fuisse:uide
ri uolūt.Quidá helicteré:quia iulius Pollux dicat ĩauriū genus esse q̄d ellobia & helicteres & helicas ap
pellauere.illud a fibris aurium quas:Græci lobos uocát:Helicteres a clauiculis quas helicas noĩant in ea
dé parte.Licitatores ergo fæminæ cōciliant uel opibus spectande uel fuco.id Græci uenustissime κα
πηλειαν ασκειν προσωπω Licitatores πληστυρασταο uocant.ité ex cap.liiii.Quadragita ipsius
Piscinæ a Defuncto illo Venire pisces.Scribēdū ex Macrobio docuius Quadragita milibus ipsius pi
scinæ a defuncto illo ueniere pisces.Columella quoq̧ lib.ix.Catonis inq̄t:qui nihilominus & ipse tu-

tor luculli grandi ære sestertium millium quadringentorum piscinas pupilli sui uenditabat.

Ex libro.x.capi.xxix.

N campo ridiculi).Scribendũ Rediculi:nõ ridiculi.Festus Rediculi ĩquit Fanum extra por
i tam capenam fuit:quia accedẽs ad urbem Anibal ex eo loco redierit quibusdam pterritus
uisis.itẽ ex cap.xlvii. Hæmatopodi).Placet imantopodi ut ostendimus.etiã si & auis ge
nus est Aristophani quam dicat erythropoda.Hæc autem sit an diuersa nõ statuo. item ex cap.xlviii.
Ibin Megnatius Caluinus).Fortasse non megnatius:sed quod tritissimũ est Egnatius. item ex cap.
lii. Feminam edunt quæ rotundiora gignunt reliqua marem).Diximus Aristotelem sexto libro cõ
trarium statuere:ob id mutari uerba huius loci posse:ut non rotundiora sed oblongiora sit scribendũ
Nunc monemus Plinium ex aliorum sententia nõ Aristoteles locutũ.Columella quoq; lib.ix. Cum quis Ex qualibus
uolet ĩqt q̃plurimos mares excludere lõgissima quæq; & acutissima oua subiiciet.Et rursum cũ femĩas ouis nascunt
q̃ rotundissima.itẽ ex cap.lxiiii. Circũacto sub enixũ fœtu alia ĩ utero porrecta).An scribi põt: Ali mares pulli
as in utero porrecto:idest fœtũ ipsum qui sub enixũ circumagit alio tẽpore in utero porrectum esse. & ex q̃libus

Ex libro.xi.cap.xvi. femine

Carnon uocant).Scribe Acapnon:q̃a fumo careat qui Græce capnos dicit.Strabo Atticũ Acapnos
a ĩqt mel præfert omnibus:præsertimq; id q̃d in argentariis metallis fit & a compositionis
genere acapniston uocat.itẽ. Melior niger uariusq;).Aristoteles ut dixi Melior ruffus
q̃ niger uariusq;.Sed & Columella genus ducũ infuscum:sordidũ: hirsutũ:& ut Poeta noster ait sputo
puluerulento simile dãnauit ꝓbando rutilũ.Quia tamen Varro ex Menecratis sentẽtia:quẽ & Plini-
us quoq; noĩat:duo ait esse ducũ fastigia:nigrũ & uarium:quod & præfert poterit ad illum quoq; mo- Ducum fasti
dũ:legi:Melior nigro uarius:Alioq̃n sunt ĩqt Varro:qui tria quoq; Regulorum discrimina constituant. gia in apibus
Nigrũ:Rubrum:& Variũ.itẽ ex cap.xxxvii. Parco atq; ab illo galerita appellata).Parcũ fateor non- duo sunt
dum legisse.Parcũ legi inter accipitres apud Aristotelẽ lib.nono: Theodoro porcã interprætãte.Sed
an in eius capite sit apex non cõperi:Nam quæ dicit aristophani & Aristoteli ægithalos:parus ab ipso Parus
uertit tribus generibus.Vnum fringillæ magnitudĩe:alterum minus q̃d montamũ cognominãt.Tertiũ Para auis in
inter omnes minimũ.De paro triuialis ille uersiculus circunfert Ouidio inscriptus mendacissime.Pa auspicata
rus enim q̃uis per noctem tinninet omnẽ Eius uox nulli iure placere põt inauspicata est & para Hora
tio:Impios paræ Recinentis omen.Plinius.xviii.lib.Auem inq̃t Parã oriente sirio ipso die non appa-
rere:donec occidat:E diuerso Virionem ꝓdire ipso solstitii die:qui & εκπυρο κάιασ idest ex incẽdi
is nasci dicit:ut ĩqt Aristoteles in Campania & aliis regionibus Parula uocat auicula:cuius uertex ni-
gricat coronæ specie.Distent inter se in eadẽ sint nondũ perspeximus.Verba sane illa. Atq; ab illo
galerita appellata).Codices uetusti habent:cõmodius:At quæ ab illo galerita appellata:& cætera itẽ.
Vt lyras decerent).Vetus lectio queẽadmodũ testati sumus:ut Lyras diceres.Vnde q̃dã putnet Ster
psicerotas quasi Terpsicerotas uocatos.Ceterum Strepsicerotes rectius q̃ sterpsicerotes.a cornibus uide
licet rugarũ ut ait Plinius ambitu cõtortis:sicut a latitudĩe palmis manus simili platycerotes.itẽ. De
oculis mediusculo differentes).Scribi põt Meditullio non mediusculo.Sunt codices in q̃bus habeat
medius color differens:itẽ de dentibus. Timarchus nicoclis filius pappii). Scribendũ forte paphii
ab urbe Cypri Papho.Nicoclẽ certe Cypri regẽ uel isocratis orationes præferũt.De hoc Timarcho iu
lius quoq; pollux in mentione dentiũ.itẽ de neruis. Bubuloq; etiã circumuoluti). Dixĩus legi posse
Bibulo ex Aristotele:an & bubulo fortasse rectius:ut cordi bouis circumuolui quoq; neruos dicat ne-
dũ oriri ab eo.itẽ ex cap.xxxix.de elephãtis: Impenetrabiles setas). Dixĩus legi posse:ĩpenetrabiles
quasi setas q; & Aristoteles & uetus lectio ad id manũ præbebãt.Sed & si uerbum illud quasi detrahat
nihil officiet.Plinius libro ultimo:Beryllos inquit indi perforatas elephantorum setis religant.

Ex libro duodecimo.Cap.iiii.

Hurius in italia).Scribo Thuriis:nam thurii quæ sybaris ante dicebat & aliquando copiæ
t ut ait Stephanus Herodoto fuere patria:quam & Thuriũ & Thuriam uocabant: ut in illo
Herodoti ellogio ηροδοτου λυξεω κρυπτε κονισ ηδε θανοντα. ιωνιασ αρχαιησ ιστοριησ προφυ
τον θουριον εσχε πατρην. item ex cap.viii.de spina ariana. Myrrhæ similis).Theophrastus &
in eo Theodorus libro quarto de stirpibus:illyriæ:non Myrræ sed ut græcum codicem deprauatum
putem argumento est:q; de lacryma siue spina illiria nusq̃ traditur. item ex capi.xii: Situm re-
dolente ut cupressi).Dioscorides nõ cupressi:sed cyperi odore nardum cõmendat.Quod quidẽ & re
centiores prædicant ut uel utrũq; uerũ sit uel affinitas uocabuli fefellerit ꝓdentes Plinius quoq; de cy
pero differens:odorem ei nardo similẽ tribuit.item. Folia diuisere ad nouam amplitudinẽ hadros
phærum uocatur).Vetus lectio:Folia diuisere annonã:ab amplitudine hadrosphærum uocat:hoc est
præcium ipsa:folia diuersum fecere Quod enim amplum adultiusq; est hadrosphærum ĩquit appella X.græca litte
tur:nam hoc significat αδρον.Quod aũt sequitur. Maioribus siclis.xxx).Iidem codices longe ali- ra denarium
ter.hoc modo.Maioribos foliis.X.xxx.ut stella illa in speciem Græce littere .X.denarium ostẽdat:q̃d ostendit
quidem in monumentis antiqui lapidis cum alibi:tum Rhauennæ cernitur:quanq̃ est ubi non.X.sed

puncta duo tantū.scripta sunt:quando uidelicet exiliores minutioresq; sunt litteræ. Accedit ꝙ hoc ip
so loco protinus cum dicitur Mesosphærum emi.lx.& paulo post præciū microsphæri esse.lxxv.uide
tur ad eundum modū legi oportere:hoc est.X.L.&.X.lxxv.atq; ita uetus præferebat lectio.Quod qui
dem multis huius libri partibus ad hanc formam peccatum animaduerti. Sed satis est uno loco indi
casse.item ex cap.xiii. In armeniæ parte quæ uocatur ocene).Scribendum Otene:idest ωτηνη.ut se
xto libro demonstratum est. Ex libro.xiii. capite primo.

f Ed & bathylli madent eo.).Antiqua lectio multis exēplaribus:Sed & illi madēte eo Potest
uero ad illum quoq; modo scribi:Sed & parthi madēt eo:ut accersita cōmendatione inglu
uie natum uirus extinguāt.Plinius libro.xi.Parthorum inqt populis graueolentia præcipue
& a iuuēta ꝓpter indiscretos cibos:Nāq; & uino fetent ora nimio:sed sibi ꝓceres īqt:medent̄ grano
Scitum est assyrii mali.Libro quoq; quartodecio.Scitum īqt est Scytharum legati quanto plus biberint:tāto magis
sitire Parthos:ac Persarum qdē regna:ut idē auctor est:Vident̄ quæ nunc īqt Parthorū intelligimus:sed
diuersi tamē a Persis fuere Parthi Artemidoro:Straboni:Ptolomæo cæteris Bathyllus pueri: non po
puli nomē legit̄.Sed & in ꝓuerbiū mollitæ cessit βαθολοσ ει quēadmodū & βακηλοσ item ex cap.
iii. In.M.Ciceronis monumentis inuenit̄ unguenta gratiora esse quæ terrā q̄ quæ crocū sapiant).
Cicero de Oratore libro tertio nō terram:sed ceram.Vnguentis īqt minus diu nos delectari summa
& accerrima suauitate conditis q̄ his moderatis.& magis laudari qđ ceram q̄ qđ crocum olere uideat̄.
Cæterum in Codice Ciceronis menda est & terrā non ceram scribendū Plinius.xvii.uolumine de gene
ribus terræ.Cicero inqt lux doctrinarum altera meliora inqt unguenta sunt quæ terrā q̄ quæ crocum sa
piunt.Hoc enim maluit dixisse q̄ redolent.Ex quibus uerbis constat Ciceronem hoc:alio quoq; loco
ꝓdidisse.sed & Theophrastus odorē terræ cōmendauit item ex cap.xii. Leuigat̄ dēte cōcauo).
Placet eorū snīa qui scribunt nō concauo sed conchaue. item ex cap.xv. Lati fundi taxatione).
Iungendū est Lati fundii.Plinius libro.xviii. Latifundia inqt ꝓdidere italiā.itē libro.xvii.in lati fundi
is non legitima īquit naturæ festinatio:idest non pōt una certa ratio præscribi putandæ uineæ in ma
gnis prædiis:ꝙ aliæ serius id aliæ maturius desiderant.Columella libro.v.Vbi ruris īquit uastitas ele
ctionem tēporis negat:ualentissimam quāq; ptem uineti:frigoribus deputari conuenit:macerrimam
uere uel autumno. item ex cap.xxi. Arborem ostrin quam & ostream uocant).Scribēdū Ostryn
& ostryan Theophrastus lib.iii.Quod aūt sequitur similem fraxino: cortice & ramis & folio: pilis &
reliqua.idē auctor nō folio pilis:sed folio piri.η οστρυσ ομοφυεσ τη οξυα τητε φυτεια και φλοιο φυλ
λα δε απιο ει δη hoc est ostrys arbor planta & cortice similis est oxyæ:foliis uero piri.Oxyam Plini
us fraxinum uidetur conuertere:Theodorus scissimam.Non desunt qui oxyam interpretent̄ phagū
ideo autem placuisse Plinio fraxinum dicere:quoniam fraxinum constabat non dissimilem esse pha
go ramis & cortice.Sunt quibus oxya uidet̄ esse quā nos ornum uocamus. item qbus scissima quam
phagum:de quo Theodorus quoq; in præfatione sua de stirpibus:item ex cap.xxii. Enonymus).
Theophrastus ut dictū est anonymos Exēplaria tamen quædā eius feruntur in quibus nō anonymos
sed euonymos scriptum est.Quod aūt hic dicitur flore cādidior est.Theophrastus flore candidæ uio
læ.At uerba illa statim pestem denuncians ex eodē auctore sumpta sunt: οζει δειμομ ωσπερ φονου.
idest odorem illa dirum habet ceu pestis cedisq;.Theodorus:odore inquit infesto uelut cruorem infe
rens:proptereaq; in auspicata.Plinio dicta est.Græci Euonymon fortasse appellant per antiphrasin
& quasi ominis deprecandi gratia.Nec illud præteriero ꝙ huius arboris gustatu extigui pecus tradūt
nisi purgatio contingerit:hoc est ut Theophrastus inquit anochos:quod uerbum Theodorus Græce
posuit quasi genus herbæ medicamēti ue.Sed Plinius ita uertit præceps alui exinanitio.item ex cap.
xxiii. Saripha Circa Nilum Nascēs).Theophrastus nō Saripha:sed sari neutro genere multis locis
quarto libro appellat.Tria inquit in Aegypto celebrant̄:papyrum:sari:mnasi.Et paulo post το σαρι
φυεται μεμ εμ τω υδατι & reliqua.idest ipsum sari ꝓuenit in aqua radice dura intortaq; ferrariis of
ficinis utili:de qua prosiliunt quæ saria uocantur cubitorum duum altitudine pollicari crassitudine.

Ex libro.xiiii.capite primo.

c Vntotinus(.Scribendū ut dixi Rumbotinus:siue ut Columella.vi.li.Rumpotinus.Est ge
nus īqt arbusti Gallici quod uocatur Rumpotinus:desiderat arborem humilem: nec fron
dosam.Et paulo post:ita īqt fere constitutum supra animaduerti:ut ad octo pedes locis sic
cis & cliuosis:ad.xii.planis & uliginosis tabulata disponant̄.Sed scribendum loco uerbi supra animad
uerti:rumpotinetum aduerti:atq; ita lectio uetus habuit.Eadem parte mendum est. Arboribus īquit
rumpotinis frumentum non inseritur in utraq; partem.xx.pedum spatia interueniunt.Scribendum
enim:si in utranq; partem &c.Quoniam sequatur:At si segetibus indulgetur ī alteram partem.xl.pe
des:in alteram.xx.relinquuntur.Plinius lib.xvii.interuallum īquit iustum arborum si aretur solū qua
drageni pedes in terga fronteq;.in latera uiceni:Si non aretur:hoc in omnes partes:idem Tabulata ī
quit earum ab octauo pede altitudinis dilatantur in collibus siccisq;:ab duodecimo in campestribus
& humidis.Cæterum appellatio rumpotini hodie quoq; durat in Liguria & isubria.item. Pagum

Transgressis). Scribere oportet Padum:non pagum:ut monuimus.Plinius lib.xvii.Transpadana ĩqt
italia.Præter supradicta cornu:populo:tilia: acere: orno: carpino: quercu arbustat agros. Columella Carpinus arbor
de rũpotineto.Huic ĩquit rei maxime uidetᷓ idoneus:nõnunq̃ & salix a plerisq; in hoc ipsum disponi
tur.itẽ. Leptorogas).Scribendũ leptorhagas a minutis acinis:quos Græci rhagas uocãt.itẽ ex ca- Acini qũo
pi.ii.de amineis. Senio quoq; ꝓficientẽ utiq; uniuscuiusq; uitã). Vetusti codices:Senioq; ꝓficien-
tẽ uini eius ubiq; uitam.Columella lib.iiii.Solæ ĩquit tradunᷓ amineæ excepto coeli statu nimis frigi
do ubicunq; sint etiã si degenerẽt.sibi comparatæ magis aut minus ꝓbi gustus uina præbere cæteras
oẽs sapore precedere.Item de nomentanis.Eæ minus fertiles uinaceis & fece nimiæ).Scribi põt.Eæ
minus fertiles uino:acinis fece nimiæ.Columella.Nomẽtanæ ĩquit feciniæ dicunᷓ: ꝙ plus q̃ cæteræ Fecinie uue quare
fecis afferunt.Sed id incõmodũ repensant uuaꝶ multitudine.itẽ. Baliscã dyrrachini celebrãt.co-
colubin hispaniæ uocant):Columella nõ baliscã:sed semp fere baliscã minorẽ inqt basilicam cocolu-
ben uocant Hispani.idẽ auctor inerticulã paulo post reddẽdã amarition a Græcis dici refert. Ego nõ
amarition:sed amethyston scribo:quoniã ut ait Plinius sobria sit & tumulentiã sola non faciat.Quia
tamen uerba sunt Columellæ quarto cap.xxi.ubi uites quædã & arcella & balisca nominanᷓ:suspen-
dendũ iudiciũ existimo.Est aũt mendosissimus locus ille ad hũc modũ.Cum stingi Biturice fructibus
optimis hic paribus chio respondent.illinc arcella cursu.illinc spione Valiscene cõuertunt:qbus alma
tellus annua uice uelut æterno quodã puerperio lætã hortibus distamusto demit ubera. inter quæ fa
uẽte libero petis palmitibus uel generis alui:uel flauẽtis ac rutili uel purpureo nitore micãtis. Vndiq;
uersicoloribus pomis grauidus collatet autumnus.Sũt ĩ iis uerbis errata fere undecĩ. Proinde ita scri
ꝑserim tãtisꝑ dũ alius qs melius ĩueniat.Cũ isthĩc Bituricæ fructibus opimis.hinc paribus chiæ respõ
dent:illinc arcellæ:illinc spioniæ baliscæ ue cõuertant:qbus alma tellus annua uice uelut æterno quo
dã puerpio læta inertibus distenta musto demõstrat ubera. ĩterque fauente libero foetis palmitibus
uel generis albi uel flauẽtis ac rutili uel purpureo nitore micãtis. Vndiq; uersicoloribus pomis graui-
dus collactet autũnus.itẽ de heluenaca. Minor quã arcã appellant). Vetus lectio nõ arcã sed arcũ.
Columella emarcũ siue marcũ.Quia tamen & arcellam nominat ut dixi æstimandũ.est. Itẽ de ueni-
cula. Malunt Scirculã Vocare).Columella scircitulã. Venucula ĩquit eadẽ quæ scircitula: quanq̃ ĩ
eo mendose scriptũ est auenuncula ꝓ uenucula.Quod aũt aliubi notauimus fieri posse ut scirpula &
sticula dicaᷓ hæc.ꝙ ita Plinius capite nono appellet quandã uitẽ: melius est ut tria genera credamus.
Primũ scirculæ:aut quẽadmodũ Columella scircitulæ:quã Plinius staculã quoq;.appellat. Alteꝶ scri-
pulæ siue scirpulæ passo acino.& ob id uini dulcis feraci. Tertiũ sticæ Græcis dictæ a nobis apianæ ab
apibus qbus prædæ sunt auctore Columella & Plinio. Itẽ ex cap.iii. Circa phalactaiã). Dixi qdẽ
circa phalacrã scriben auctore nullo:coniectura tantũ duce.Nũc id ipsum Theophrasti quoq; testimo
nio sancimus libro tertio. Vitis inqt ea parte idæ nasciᷓ:quã uocãt phalacras:fruticosa uirgis paruulis
& cubitalibus pene ramulis & reliqua.itẽ. Atq; æque. CCCC.Nũmis Venũdatis). Scribendũ pu
to:atq;.cccc.milibus nummũ uenũdatis. Aut:qđ idẽ est.cccc.facit enĩ linea illa supra posita ut hoc ĩtel
ligamus.Quod cũ ex aliis locis:tũ ex libris de arithmetica Boetii Seuerini facile qs obseruet. Enĩ ue-
ro Columellæ cõputatiõe libro quarto singula uineti culti iugera quattuor milibus qngentis fere nũ
mis cõstare iustũ erat solo ꝓmiscuo. At q̃to pluribus opa steneli agricolæ tam ĩsignia:His inqt tꝑibus
& Nomentana regio celeberrima fama est illustris:& præcipue quã possidet Seneca uir inqt excellẽ Laudes Senecæ
tis ĩgenii atq; doctrinæ. Videᷓ enim steneli uinetũ primo.cccc.milibus ueniisse. Tũ.dc.milibus mer-
cante Palemonæ:nõ a stenelo sed ab emptore primo.Demũ quadruplicato precio cõparatũ a Sene-
ca principatu traditiõis si qs nolit scribere Neronis:qđ nec ipse mutari uelim magnope.itẽ ex cap.iiii.
Hæc natura. Vinis in uetustate:ne potari ꝑ se queãt sine ꝓuinciæ aqua).Diximus legendũ:si non
ꝓuincat aqua. Theophrastus libro sexto de causis plãtaꝶ.Quædã inqt per se mandi nequeũt: sed pro Quedã ꝑ se mãdi nequeunt
condimento indunᷓ aliis:ut amara & acuta.Hoꝶ.n.pleraq; ου λυμα μεθα κρατειν ακρατων idest ni
si diluanᷓ peruincere nõ possumus.itẽ Ex iis. Vsura multiplicata semissibus.Et paulo post. Singu
las uncias constitisse).Scribendũ nideᷓ:singulis.hoc est nũmis.In quo boni cõsulant qui hæc cogno-
scent si diuersa q̃ alibi ꝓdidimus in mediũ allaturi sumus.Semisses usuras nostri tẽporis legulei has ĩ- In Leguleos
telligunt:qbus dimidiũ sortis in singulos annos lucrifacere contingeret. Besses:qbus partes duas. Tri
entes:quibus tertiã.Quadrientes:quibus quartã.Expositionẽ hanc multis sæculis receptam:quia ne-
mo refragabatur:ipsi quoq; tamdiu secuti sumus:q̃diu contrarium inuenire nõ licuit.Nunc.L.Colu-
mella duce libro quarto usuras semisses ĩterpretamur: quotiens de centũ nummis: quæ uerbi gratia
sit sors:nõ quinquagenos:ut illi:putauerunt:sed senos tantũ nũmos usuræ noĩe ꝑcipimus.Ob id ciui-
les & modicæ Plinio uocatæ sũt.tãto mitioribus quæ triẽtes & quadrãtes appellanᷓ. Capitolinus in
Alexãdro triẽtariũ ait foenus eũ ut æquissimũ & leuissimũ exercuisse ad usum Reip.Sed uerba Colu
mellæ prætexamus.Is ĩquit uinitor licet sit emptus sex uel potius octo milibus sestertiis: cũ ipm solũ
octo iugerũ:totidẽ milibus nummoꝶ partum uineasq; cum sua dote:idest cum pedamẽtis & uimini

bus.binis milibus in singula iugera positas duco. Fit tum in assem consumatum precium sestertiorũ
xxix.milium.Huc inquit accedunt semisses usurarꝝ sestertia tria milia & quadringenti octuagĩta num
mi biennii tpis:quo uelut ĩfantia uinearꝝ cessat a fructu. Fit in assem summa sortis & usurarum.xxxii.
milium quadringentorꝝ octuaginta nummum. quod quasi nomen si ut fœnerator cum debitore ita
rusticus cum uineis fecerit:eius summæ ut in perpetuum prædictam usuram semissium dominus cõ-
stituat.Percipe debet in annos singulos mille nongentos qnquaginta sestertios nummos. Ex his uer-
bis euidentissime colligit̃:ex usuris semissibus:nõ qnquagenos de centenis:sed senos dumtaxat in an-
num redire creditoribus:sicuti quaternos ex trientibus. Hoc ipsum ex fine legis tertiæ in eo titulo q
ad legem falcidiam ĩscribit̃ aptissime conuincimus.Ea pauli uerba sunt:quæ iccirco apponere consti
tui:quoniã recentioribus:alii dissimulanter ea prætereunt:alii fatent̃ non ĩtelligere:cum tamẽ sint &
ponderis & momenti maximi.Sunt aũt huiusmodi.Si Reip.ĩ annos singulos legatũ sit:cũ de lege fal-
cidia quærat̃ Marcellus putat tantum uideri legatũ quantũ sufficiat sorti ad usuras trientes eius sum-
mæ quæ legata est:colligendas.Erat uero sensus iis qui latine loqui didicissent & expeditus & facilis.
Si Reip.legati essent in annos singulos sestertii uerbi gratia quaterni:tantundem legatũ uideri ab hæ
rede ac si centenos semel repræsentare iussus fuisset:qa de centum nummis quaterni colligunt̃.Vsu-
ræ trientis nomine in annos singulos.Quod si ut Neoterici legum ĩterpretes existimãt: usura triens

Lex falcidia

esset:nõ quattuor de centũ:sed.xxxiii.sequeret̃ hoc ĩcõmodũ:ꝙ si hereditas centũ nummorꝝ foret.&
ex ea Reip.in annos singulos.xxv.nummi legarent̃:detractioni legis falcidiæ locus nõ esset quoniam
xxv.in annos singulos tantundẽ esse uiderent̃ q̃tum.lxxv.semel:quæ summa dodrantẽ nõ excederet.
Quis aũt obsecro tam stupidus:atq; tam nullo sensu talẽ hereditatẽ adire uelit:quæ quarto demũ an-
no sit absumenda?& obligatio nihilominus legati tota maneat.iã si.lxxvi.legata fuerint: falcidia here
di subueniet:si ĩ annos singulos.xxv.nõ subueniet quo qd dici potest absurdius?At qs malit non dico

Amphora.i. octuagĩta uini libræ

xxv.sed &.x.tantum ĩ annos singulos q̃ semel.lxxv.imo ipsa plane centũ persoluere.Sed redeamus ad
ꝓpositum.Si amphora:idest ut Festo placet:octuaginta uini libræ:sub Opimio centũ nummis ualuit.
Faciunt autem octuaginta libræ nongentas sexagĩta uncias:efficit̃ ut semisses usure: hoc est nũmi se-
ni annorꝝ centum sexaginta:nõgentos sexaginta nummos ĩferant.Atq; ita singulæ uini unciæ singu-

Corrigit̃ locus ĩ epistola ad Lẽtulum apud Ciceronem

lis nummis usuræ nomine cõstiterint.Castigabimus in transitu & uerba illa Ciceronis ad Lentulum.
Nec putant ĩquit ei nummos deesse posse:q obsidiõe fœneratores exemerit:hominis semissibus ma
gna copia est.Scribendũ cẽseo:non hoĩs:sed uel omnino:uel omni hoc sensu magnã pecuniæ facien-
dæ copiã fore:si eam reddere cũ usuris semissibus ꝓmisero.Præsertim ĩquit hoc tẽpore:q meis rebus
gestis hoc sum assecutus:ut bonũ nomẽ existimer adeptus.Verbũ adeptus supfluit:nec in scriptis ma

Bonum nomen quid

nu codicibus inuenias.Bonum ĩquit nomẽ existimor:hoc est bonus debitor. Omniaq; hæc ꝑ iocũ ab
ipso dicta:nisi qs ĩtelligat:errauerit.Sed & illud notatu dignũ:hoĩes quoq; ĩterim semisses dici ꝓ mo-
dicis pusillisq;.P.Vatinius ad Ciceronẽ.Simius ĩquit nõ semissis hõ contra me arma tulit.Est aũt men
suræ id nomẽ cubiti pars:ita uulgo quoq; dicta:minor dodrãte:hoc est:nõ Catullianum illud holopa
chiũ siue totus cubitus:sed plus dimidio minor:aut certe nõ iusta homo magnitudine:uerꝝ dimidiata.
ĩtẽ ex cap.vi. Latinẽsia grauiana stomensia). Vetus lectio Latiniensia. De latiniensibus tertio lib.
Plinius ĩ Latio:Forte uero nõ grauicana:sed grauiscana.itẽ non stomensia sed statoniensia:a grauiscis
& statonia.de qbus eodẽ libro.itẽ. Aloe mercant̃).Scribendum uel aloen uel certe medicant̃.uel
sic ut uerbũ illud mercant̃:eradas.Aloen feminino genere ꝓnunciant Græci Latiniq;. Itẽ ex cap.ix.

Vua Stica

de uino passo. Ex uua:quã græci sticam uocant:nos a pianã.item scirpulã).Scribendũ scirpula siue
scripula casu ablatiuo:ne qs apianã cũ scirpula eandem putet.De scirpula Plinius capite tertio:Scirpu
la ĩquit acino passo. Item ex cap.xiii. Egnatii metentini uxorem).Valerius Maximus Egnatium
Metellum nõ metentinũ.Quid si Mecẽniũ:Seruius primo libro æneidos:Femina ĩquit quæ sub Ro
mulo uinũ bibit occisa est a marito.Mecennius absolutus est:id enĩ nomen inquit marito.Sic Grani-
us Lucianus coenæ suæ.itẽ. Myrrhæ odore condita).Vetus lectio & Merula ut dixi nõ myrrhæ:
sed miro.quoniã Plautus in psa mentionem myrrhæ nullam habeat: sed nec murrini. Curate inquit
uos isthic & approperate oculos:ne mihi moræ sit quicquã ubi ego intro aduenero. Commisce mul-
sum struthea colluthea q; appara bene & in struteis concaleat & calamum inice.Alii myro:idest odo
re:ut iulius Pollux.Sed & cum Plinius dicat cap.xvi.Aromatiten inquit inuenio factitatum non tan-
tum unguentorum compositione primo ex myrrha ut diximus mox e nardo celtico:calamo:bitumi
ne.Videri potest myrrhæ hoc quoq; loco scriptum fuisse:nisi quis uerbũ ut diximus præpostere col-
locatum putet atq; ita legat sane.Aromatiten inuenio factitatum non tantum unguentorum cõposi
tione ut diximus:primo ex myrrha:mox e nardo & reliqua:nisi fortasse non mulsum in Plauto: sed
murꝝ:hoc ẽ unguentũ qs malit scribere.itẽq; nõ coluthea sed coluthra.Et.n.ficus maturas in comoe-
dia Philemõis ita noĩari testis ẽ Athenæus.ĩ uinũ uero struthea & ficus addi cõsueuisse argumẽta sũt
uina cydonites & sycites a pomis illis dicta.Nõ ꝓbo autem hoc sed periclitor & prouoco ingenia:si-

cuti nec illud ut struthea pro quodã poculi genere sumant: cuius mentioné. Athenæus quoq; faciat & colluta pro collue. Addo & tertiũ: ut si quis nõ coluthra nec colluta: sed collubia: hoc est bellaria scribendũ céseat: quoq; nihil ipse affirmo. De Collubiis. xxxiii. libro quædã paucula. Festus Murina inqt genus potionis est quã mulieres uocant muriolã. Quidã murratũ uinum id dici putãt ex uuæ genere murinæ noĩe. Idé auctor. Murata ĩquit potione usi sunt antiqui. postea ĩquit assueuerũt muratã diis sũis libare. Ideoq;. xii. tab. est cautũ ne mortuo daret. idé auctor qbusdã exéplaribus: Murrata ĩqt potione usos antiquos ĩdicio est q̃ etiã nũc ædiles in supplicatiõe diis addũt ad puluinaria: & q̃. xii. tab. cauetur ne mortuo ĩdat: ut ait Varro antiqtatũ primo libro. ité ex cap. xi. Itaq; nõ minora). Vetus lectio fere: itaq; nõ miror. ité terebinthi: callini: létisci. forte non calini: quod qdé nusq̃ legit: sed calami. Potest enĩ ex odorato eo seorsum fingi uinũ. sicut ĩ alia quoq; uina cũ cæteris addi solet. ité ex cap. xix.

Collubia

Murata potio

Rabulana pice). Quidã ut dixi radulana: quasi ab ĩstruméto radula: cuius mentioné præcipue. L. Columella faciat. Nõ ꝓbaui: cũ ob alia: tũ q̃ ĩstrumentũ id: si quid ad ꝓpositũ pertinere posset non minus belle rabula a radendo: q̃ radula uocaretur. quãdo & rabule forenses etiã a radendis auribus: quia & Græci quoq; garrulos aiunt κοπολειο esse & κοπτειρτα ωτα ut Iulius Pollux auctor uel ut Festus a radendo: idest auferendo nomé traxere. Quanq̃ & a rabie & a raui hoc est raucitate dictos quidam uolunt. in Gallia quoq; trãsalpina ĩstrumentũ fabrile quo assamenta leuigantur & poliuntur: nõ aliter fere q̃ rabo quasi rabula uocatur a radendo. quod quidem a nauiculæ credo forma ĩ multis italiæ. Belgicæ quoq; partibus scaphula dici solet. in Venetia prouĩcia & aliis locis a cõplanando planula. Nam dolabra uidetur esse idé quod ascia Donato. qui dolare ĩquit est ascia cedere. Vtcũq; uerba Columellæ de radula nihil omnino suffrugantur: ea sunt ultimo eius libro de pice in uniuersum: nõ de una aliqua eius specie. Dolia ĩquit quæ in terram demersa sunt: ferreis lampadibus ardentibus calefiunt. & cũ picem in fundum destinauerit sublata lampade: rutabulo ligneo & ferrea curuata radula ducit qđ distillauit: aut quod in lateribus hæsit. Sunt qui rabulanã picem a colore quasi rauulanam scribendum antument. Est enĩ Rauus color ĩter flauum & cesium. Vnde & Festus ait. Rauiliæ dicant & rauistelli: Plauto. Quidam a loco Ionii sinus Rhaba: de quo: nõ tamé de pice Stephanus. Nõ desunt qui pro zopissa rabulanam ĩterpraetentur. Est autem zopisa ut ait Plinius: erasa maritimis nauibus pix cum cera multo efficacior ad omnia qbus pices ĩquit resinæq; prosunt: uidelicet adiecto marini sallis callo: a Tirocinio nauis optima. Meminit & Dioscorides. ité ex cap. xx. Parte q̃dringétesima). Vetus lectio: pte quadragesima. Nã de sulphure cuius paulo post habet métio. Catonis uerba sunt hæc. Medicamétũ ĩquit in dolium hoc modo facito: ceræ partem unam: resinæ parté unã. sulphuris partem. xxxiii.

Radula

Rabula forẽsis unde

Dolabra idẽ uidet quod ascia

Color rauus qualis

Zopissa quæ

Ex libro. xv. Capi. xv.

f Acile quoq; genera ĩsita fuere). Verbũ facile iungédũ cũ supiore clausula: hoc modo: Nec spinas ĩseri quãdo fulgura expiari nõ queunt facile. Tũ scribendũ nõ quoq; sed quotq; genera ĩsita fuerũt: tot fulgura uno ictu ꝓnunciant. Fuit locus hic perq̃diu mihi dubius: sed. M. Varronis de re rustica libro primo uerba multũ lucis afferũt: ubi nõ omnia omnibus ĩseréda ꝑcipit. Hæc inquit sequunt multi qui Aruspices audiunt multũ a qbus proditũ est in singulis arboribus: quot genera ĩsita sint uno ictu tot fulmĩa fieri & cætera. ité ex cap. xxviii. Succoq; uinosus piro. malo. myrto. minime qđ miremur uuis). Theophrastus libro prĩo de stirpibus. Succoq; uinosus uuis. moro. myrto: ꝓpter qđ uideri põt: nõ minime quod miremur uuis legédum: sed quod minime miremur: uuis. Accedit q̃ idé lib. vi. de causis. Quidã ĩquit sapores minus ꝑspicui sunt: ut uinosus ĩ myrto. Cæteq; mutare nõ audeo: quandoquidé & illud constat ex eodé auctore: Succũ uinosum in uuis qdé esse ac sentiri oĩno sed exiliter: utiq; ad id tépus collatũ: quo expssus & diffusus est. quãdo ĩ uua & feces & aquosa portio dilutioré inertioréq; succũ reddũt: quæ causa facit ut uinũ quoq; feci ꝓximũ in dolio minus oleat.

Ex libro. xvi. Capi. ii.

e T e gentes certe si uincant). Scribendũ. & hæ gétes & reliqua. Præterissem locũ facilé & positũ: nisi & Romani & Veneti codices: quos præcipue castigamus eũdé erroré præferrent. ité ex cap. vii. de carbone. Aceruĩ cõfertis paleis recétibus luto caminant). Scribendũ Thaleis nõ paleis: cũ ex uetustis exéplaribus: tũ ex Theophrasti libro qnto: ubi ait: ad carboné quæréda esse ligna recta & læuia ac nouella. in caminũ quoq; cõponenda q̃ creberrime igni terra circũdato: quod subinde ueruculis cõpungant. Fortasseq; nõ recétibus: sed rigentibus: hoc é rectis legédũ. Nã q̃ nouellæ utiliores essent: ex eo q̃ statim supra dixerat dabat ĩtelligi. E nouellis ĩquit melior. ité. Durescens calx). Vetus lectio nõ calx sed calix: hoc est opimentũ illud ac tectoriũ e luto. Calicé græci quoq; pro galero & umbraculo feminarũ maxime accipiunt ut auctor est iulius pollux ex callimacho. sed & hoc ĩter arbitraria ponat. ité. Glãdiũ eq; dulcissima). Scribédũ nõ equæ sed æq̃ Theophrastus lib. iii. ité ex cap. xvi. de acere. Cedro secũdũ). Vetus lectio nõ hét cedro sed citro sicut & capite sequéti haud dubie ꝑferet cedro. & . xxxix. hoc ꝑciosissimũ ĩ cedro & acere. & cap. xliiii. sic cedrum preciosius. Scribe citrum. De Citrinis acernisq; mensis apertius est q̃ ut repetendum sit Item ex cap. xxv. Longa arundini. salici: palme). Theophrastus libro primo de stirpibus. Lõga arũ

Calix ꝓ galero & umbraculo femiaq;

dini.coici:palmæ.liberꝝ sit hoc. Sed coix arundinaceũ habet & ad textũ utile foliũ eodẽ auctore.item
Polluce Straboneq;:apud quẽ κοι κι να πλεγματα αι γυπτι ακα φυτου προσ ομοια σχοι νινοισ
η φοι νικι νοισ hoc est:Coicina texta ĩ egypto fieri e quodã frutice similia iunceis atq; palmeis. Inter/
pretes quasi coccina legendũ esset nõ coicina:siue qđ idẽ est catacoicina:uerterũt rubra. itẽ. Deci/
dunt Sorbo uniuersa cæteri paulatim). Legẽdũ cæteris ex eodẽ auctore. Item ex cap.xxvii. de palma.

In spatulis habet Fructũ). Legere malim in spathis ita enĩ a. Græcis uocant᷑. in palma rami: unde
spathalia:ut alibi notabimus.itẽ ex cap.xxx. Ideoq; & præflorẽt alia). Scribe talia:hoc est siluestria
Theophrastus.itẽ ex cap.xxxii.de cortice. Aliis lenis ut malo). Scribe læuis ex eodẽ auctore libro
primo.itẽ ex cap.xxxiii. Educare quæ Tanq̃ in uita pepit). Scribẽdũ ex Theophrasto:cũ alibi: tũ p
initia libri quarti nõ in uita sed inuita.itẽ ex cap.xxxvii. Apud lebaida). Scribendũ ex eodẽ aucto/
re nõ lebaida sed lebadiã. Ea urbs in bœotia est ubi & Orchomenus & Cephissus amnes arundinis ti
bialis.ut Pindarus quoq; tradit:fertilitate nobiles.itẽ. Piscatoria ab aritana ex aphrica). Vetus le/
ctio cõiuncti abaritana:Sed & Ptolomæus quãq̃ ipse p.P. A paritanũ oppidũ uocauit.in Plinio quoq;
ut libro qnto diximus acharitanũ p aparitanũ.siue quod idẽ est abaritanũ mendose legebat᷑.itẽ ex ca
pi.xl. In abiete leucon græci uocant). Omnis antiqua lectio non leucon sed leuson. Theophrastus
lusson libro tertio habet ĩquit:ut larix ægida.sic abies suũ candidũ Iusson appellatum. εχει δε ωσπερ
η πευκη αι γιλα ουτωσ η ελατη το λευκον λουσσον καλουμενον. Est aũt inquit lusson quasi ex al
tera parte respondẽs ægidi:quia lusson candidũ est:ægis uero colore deficit᷑ siue melleo est ut ait Pli/
nius.itẽ. Deteriores eneatica & arcadica). Scribendũ putabamus non eneatica sed attica: nunc ex
Theophrasto æanica.is libro qnto Macedonica ĩquit abies laudatissima.deinde pontica.post rhynda
cicatũ æanica.deterrimæ parnassica & euboica. Nã de arcadica inquit extimandũ. Aeanica ab oppido
Aeano Macedoniæ uidet᷑ appellata.qđ æanus Helymi filius Tyrrenorũ Rex condiderit auctore Ste
phano:nisi quis æneaticã defendat ab ænea Thraciæ oppido.cuius lib.quarto idẽ Theophrastus me/
minit:Circa æneã inquit ficus arbor scabiẽ non sentit. Vel ænianicã a populis peroebiæ. quos ænia/
nas & æniadas & ænienses uocabant. Porro æniadas per.æ.dipthongũ ab œneadibus per.œ. diuersi
habent᷑:sicut Aeneades ab æniadibus:æneades ab ænea Thracie qui & æneatæ noĩant᷑. Scio & ænia/
nas in ponto fuisse populos Straboni:sed queadmodũ notaui. Theophrastus nõ æneanicã sed æanicã
appellat:nec mirũ:si quanq̃ Macedonica & hæc:a Macedonica tamẽ distinguit᷑:cum q; Macedoniæ li
mites non iidẽ fuere semp. Tũ q; & Rhyndacus in pontũ euoluitur. Rhyndacica tamẽ a põtica Theo/
phrasto differt.itẽ ex cap.xli.de terebintho. Meliorq; olea Fit). Scribendũ non olea sed oleo. Om
niũ hæc sola ungi uult.itẽ de ulmo & fraxino. Facile pãdunt᷑). Scribendũ pandunt᷑. Est enĩ pãdari
trabẽ qđ incuruari cedereq; põderi:cuius cõtrariũ palmæ faciũt:quippe quæ nõ cõtra ĩferiora: sed in
diuersum renitẽdo fornicant᷑:ut asinorũ genus illud quos Xenophon canthelios in hac ipsa mentiõe
uocari tradit. Vtit᷑ hoc uerbo & Vitruuius & paulo post Plinius. itẽ ex cap.xliii. In stobos Cauan/
tur). Fortasse in tubos unde tubuli quoq; noĩant᷑:ex Plinio Varrone Vitruuio. Theodorus in Theo/
phrasto:cãpteras cõuertit tubos fictiles:in quibus cucumeres inclusi adolescãt in longitudinẽ: Malim
utiles dixisset:quanq̃ librariorũ id uitio dare oportet:nã cãptet a flectendo nomen traxit. Plinius.xix.

Vitilia quæ dicantur

Cucurbita inquit omnimodo fastigat᷑ uaginis maxime uitilibus.itẽ cucumeres ĩquit in fistula flore di
misso mira lõgitudine crescunt. Vitilia dicunt᷑ quæcũq; sic lenta sunt ut cõmode flecti possint a uinciẽ
do dicta:ut uitex:uitis.uimina.uiticulæ. Itẽ ex capi.xliiii.de phago. Fragilis & tenore eodẽ fictili/
bus laminis in tenui flexilis). Vetus lectio fragilis & tenera:eadẽ sectilibus laminis &c. Sed paulo su/
pra. Stamineamin hoc usu pbant uenã & uocãt fertileã ex argumento similitudinis quoniã lacu/
nose crispa). Legẽdũ puto lachrymose nõ lacunose. Theophrastus lib.primo:nerui:hoc est ινεσ a ue/
nis differunt.illi cõtinuo rigore fissiles & lõgi:nec fertiles germine sociabilesue contra uenæ latiores
crassiores fœcundæ ramulis atq; lachrymosæ:hoc est παραβλαστασ εχουσαι και υγροτητασ. Est
aũt hygrotes in arboribus quæ ab aliis succus:ab aliis dacryõ:idest lachryma ĩquit appellat᷑. illud obi
ter nouerimus:esse ubi supra hoc lib. Plinius pulpã pro neruo illo accipiat quẽ Theophrastus uocauit
ινα.ĩter pulpas ĩquit & uenas discrimẽ facile:uenæ latiores cãdidioresq; sũt:pulpæ fissilibus ĩsunt. itẽ
qbusdã ĩquit pulpa sine uenis mero stamine ac tenui cõstat.hæcq; maxĩe fissilia. Nec illud præteriero
q̃s Græci dicũt ινασ in adipe aĩaliũ curando:Pliniũ uenas fibrasq; nõ neruos cõuertere.xxviii.lib. Te

Ina q̃ pars

nuissima qdẽ pars chartæ ut ait Festus ina dicit᷑. Sed an ab Græco uerbo qđ neruos significat ducatur
æstimandũ:Nã hilla p ĩtestino qđ ieiunũ est eodẽ auctore:ab hira potius q̃ ab ina deriuat᷑: siue ab hi/

Vnde nihil & nihilum

lo:ut Varro ait:hoc ẽ minimo.ita enĩ uocat᷑ id qđ grano fabæ adheret:unde nihil & nihilũ. pinde re/
ctius qbusdã uidet᷑ ut intestinũ id nõ ilam:sed hillã siue hilã scribamus:ut obiter suppleamus hæc quæ
de lactibus.xi.lib.diximus. itẽ ex cap.xlv. Tiburno conditore & paulo ĩfra:ionẽ). Vetus lectio ti/
burte nõ tiburno.& io nõ ionẽ:quod & pbius.itẽ. Iouis statiui). Diximus stratiui.hoc est militaris
scribi posse:ad idq; uetus lectio iuuabat.illud addo iouẽ stratium:hoc est ut dixi militarem ueteribus
coli solitum.auctor iulius Pollux:ut stratii iouis hoc loco putem legendum.

Ex Libro.xvii.cap.iii.

c Ampos rosiæ italiæ dixit semen).Scribēdū sumē nō semē Varro de re rustica primo lib.
Cæsar inqt Vopiscus ædilitius causam cū ageret apud censores:Cāpos rosciæ italiæ dixit
esse sumē:qa in eo relicta inqt pertica postridie nō apparet ꝑpter herbā.in quo tamē pro
rosciæ rore aer mēdose scriptū erat: Festus roscea inqt in agro Reatino cāpus appellaṫ: qa in eo arua
Roscia quare
rore humida semp serunṫ.itē ex cap.ix. Argeus rex ī græcia excogitasse tradiṫ:diuulgasse uero her
cules in italia).Vetus lectio nō argeus sed augeas. Strabo quoq; Augeā eleoꝝ regē fuisse tradit quem
Augeas
Hercules sustulerit.hoc ipsum & Aelianus cōfirmat.itē ex cap.xvii.de moro. Quoniā in ulmo.eā
īseri religio fulguꝝ ꝓhibet).Legiṫ fortasse:quoniā ramo eā seri religio &c.Duo enim genera serēdi
Duo genera serēdi Ramo & Thalea
hoc loco ponit:ramo & thalea.Cūq; mox dixisset moꝝ thalea tantū seri:adiūgit. Quoniā inqt ramo
eā seri religio ꝓhibeat.itē ex cap.xviii. Palo prius locū ne feceris).Scribēdū ex Catone palo prius
locū feceris:hoc est:palo prius laxato meatū quo thalea dimittiṫ.itē ex cap.xx. Harūdo etiā num
dulciore q̄ hæ solo gaudet).Scribēdū nō dulciore:sed ut uetus habet lectio dilutiore: hoc est humidio
re madidioreq;.L.Columella:cū nō recusat inqt harūdo locū ullū ꝓsperius resoluto q̄ denso humido
q̄ sicco:uallibus q̄ cliuis:fluminibus:ripis & limitibus ac uepribus cōmodius q̄ mediis agris deponiṫ.
item de castaneis. Ideoq; nucibus potius q̄ radice).Scribi pōt:ideoq; nucibus potius q̄ uiuiradice.
Columella lib.v.Propter qđ cōpertū inqt est cōmodius nucibus q̄ uiuiradicibus eiusmodi syluas īsti-
tui.itē. Laurus ꝑsica.corylus.malus).Codices antiq nō malus:sed amygdalus.itē ex cap.xxi. Pā
pinationi quoq; & occationi omniq; opi facilior).Vetus lectio nō occatiōi sed occulationi: hoc ē īsiti
oni.Sed & occatiōi defendaṫ.Columella.v.lib.de malleoloꝝ cāterio.īseqtur inqt fossor crebris bidē
tibus equaliter & minuti soli terga cōminuat.itē. Vitiū surculis & quarundā arboꝝ). Videṫ legē-
dū surculi multitudinis uocabulo:quoniā sequaṫ:ītersepiunt medullā.Nec multo post. Cū uero inqt
cōcreti ademere trāsitū.itē. Quādiu nodi peruia patet fistula) Quid si enodis scribaṫ. itē ex cap.
xxii. Quæ ratio in iugeꝝ circiter.xvi.uiueradicē donat).Legēdū.xvi.milia uiuiradices. Columel-
la lib.iiii.Nos iā inqt.xx.milia malleoloꝝ ꝑ uineæ iugeꝝ īter ordines pangimus.Atticus minus quat-
tuor milibus deponit:hoc est.xvi.milia.in eo auctore deprauatus locus est eadē parte paulo supius.Et
adhuc tamē īquit sic cōputauimus quasi mille sint uiuiradices quæ de pastinato eximanṫ.Scribēdū nō
q̄si mille sed q̄si nullæ.Sed & nō multo īfra:Vt cultoris īquit negligētia sexmilia seminū īgerunt.Scri
bēdū nō īgerunt sed ītereāt.itē. Aut radice robur oleaq;).Scribendū at radice robur oleaq;. Sicut
pali e iunipero īquit cupresso alburno sambuco.Columella.v.lib.Stabiliēdæ īquit uineæ melior ē ri-
dica palo.neq; ea quælibet:nāq; ē præcipua cuneis fissa olea quercus & suber ac si qua sunt similia ro-
bora.Tertiū obtinet locū pedamēta res.Mēdosum hoc Nō enī scribendū pedamēta res: sed pedamē
Pedamen teres
teres.quale īquit maxime ꝓbaṫ ex iunipero & cupresso & lauru & sambuco & pinu siluestri: ut qđ Pli
nius hoc loco ponit alburno siue laburno:Columella uideaṫ eius uice lauꝝ statuere. utrū uerius & an
utrūq; tueri liceat extimandū puto.itē. Nec ante.xl.mensem falce curari). Vetus lectio nō .xl.sed
lx.Columella quoq; libro.v.quinquēnē uineā putari præcipit.itē ex āminiculo. Vltra citraq; sul-
cos ꝑpetuos.Cato cuius uerba recitanṫ:ultro citroq; itē. Ibiq; uiuamradicē serito). Cato:uiuira-
dicē.item. Alligatoq; leuiter porrigitoq;:quæ ubi recte steterint).Cato:corrigitoq; uti recte spe-
ctent.Posset & uerbū porrigito seruari:quoniā lib.v.Columella:Quidā īquit eā partē quā nos ꝑcipi-
tamus:supra iugū porrigūt & crebris uiminibus īnexis cōtinēt.quos ego minime īquit ꝓbādos puto
itē. Vbi uua uallaria fieri cœpit).Cato uaria nō uallaria.Plinius quoq; supra: Variātese īquit uua.
idē Columella.idē cæteri.& īfra. Floxatoq; uti fuerit).Cato & codices antiq:laxatoq; uti fuerat.

Ex libro.xviii.Capi.iii.

Vndinis comitia haberi nō licebat).Diximus ita quosdā legere:Comitia nisi nundinis ha
n beri nō licebat.Refutauimus ex Festo:qui nundinis agi cū populo nefas esse dixit. Cū po
Quid sit cū populo agere
pulo agere aliud nō est eodē auctore q̄ populū ad cōciliū aut Comitia uocare.Dicat aliqs:
cur ergo Columella in ꝑfatiōe opis:Nundinaꝝ īquit cōuentus ꝑpterea manifestū usurpatos: ut no-
nis tantū modo diebus urbanæ res agerenṫ:reliqs administrarenṫ rusticæ. illis enī tpibus ꝓceres ci-
uitatis in agris morabanṫ: & cū consiliū publicū desiderabaṫ a uillis arcessebanṫ in Senatum . Ex eo
Vnde Viatores dicti
quoq; q eos euocabant Viatores nominati.Aut igiṫ mutata consuetudo : aut aliud cū populo agere:
aliud urbanas res cū proceribus ciuitatis administrare? Sed & quod farreum supra nonnulli scriben-
Diffarreatio quæ sit
dū putant:far adoreū: ut dixi:facile coarguuntur a Festo:qui sic ait: Diffarreatio sacrificii genus erat
iter uiꝝ & uxorē quasi dissolutio.Cōfarreatio aūt:quia fiebat īquit farreo libo adhibito. Mouebant
eos uerba Plinii octauo capite:Primus īquit antiquis latio cibus far magno argumento ī adoreæ do-
nis ut diximus.Cæterum hæc non ad libum nuptiale referuntur:quod quidem proprie non erat do-
num:sed ad illud quod supra mox dixerat. Dona īquit imperatorum ac fortium ciuium amplissima:
quantum quis uno die plurimum circūarauisset . item quartarii farris aut heminæ conferente popu-

Adoreola ꝓ gloria ponit

lo.Est aūt adoreum semen:ut ait Columella:idem quod & far.cuius deinde quattuor discrimina:Clusinum:Vermiculū:Candidū:Trimestre.Sed & adorea & adoreola Ciceroni aliisq; pro gloria sumit: qa gloriosum ut ait Festus putabant esse qui farre abundaret: Vel ut ipse coniicio qui farre a populo donatus esset.Nec id omisero quod dixi. Lentinoꝝ).melius uideri si lentuloꝝ scribat. Sciendum est & lentinos Romæ gentem fuisse dictos a lente: ut Cicerones a cicere. itē ex capite sexto de fossis. retusis locis apertas relinqui).Potest qdem extorqueri ut retusis legat.Sed meminisse oportet Columellā cretosis dixisse:Spissis inqt & cretosis regionibus aptæ relinqtur.itē. In reprocibus ac supinis lateribus ꝓcumbere quasdam obserari & in alias dirigi).Vetusti codices nō obserari sed obcæcari.Columella quoq; nō in reprocibus sed imbricibus.Itaq; legi potest ad hūc modū:ībricibus ac supinis lateribus ꝓcūbere quasdā occæcari & reliqua.Sed Columellæ uerba sunt hæc secūdo libro: Si humidus ager erit:abundantia uliginis ante siccet fossis.Eaꝝ duo inquit genera:cæcarum & patentum. Item ubi solutior inqt humus est aliquæ fiunt patentes:aliquæ etiā occæcant:ita ut in eas ora hiantiū fossarū competant.hoc est ut ait Plinius in alias dirigi maiores patentioresq;. Itē latius inqt aptas summa parte decliuesq; & ad solū coartatas imbricibus supinis similes facere conueniet. Est aūt decliues eas ad solū coartari nihil aliud q̄ lateribus nō rectis sed supinis:hoc est decliuibus ꝓcūbere in terrenū. Sqtur enī protinus:Nam quaꝝ inqt recta sunt latera celeriter aquis uitiant & supioris soli lapsibus replentur.Et reliqua nō parū multa quæ Plinius hoc loco paucissimis uerbis felicissima illa sua & inimitabili festinatione cōprehendit.Ea qppe singularis est & admiratione digna breuitas: quæ nihil præterit.Nā & necessaria est de natura scribentibus:præsertim omni. Et cū uerba fides seqtur: regia res est:& plena maiestatis.Reuocamus aūt sicubi a nobis huius occasione loci:quē nemo deprauatū putabat:reprocibus pro aspis & difficilibus usurpatū est.Cæcas ergo fossas dicimus: ut cæcos aditus atq; portus:qui sint uidelicet obsepti adobrutiq; sicut cæcos morbos: hoc est optos: & quorū causa facile reddi nequeat.Occæcatio quoq; seminis inspersi ꝑ translationē dicitur.Cicero in Catone: Terra inquit cū gremio mollito & subacto semē sparsum excepit: Primū id occæcatū cohibet ex quo occatio quæ hoc efficit:nominata est:deinde tepefactū uapore ac cōplexu diffundit & elicit herbescētē ex eo uiriditatem.Columella inoccationē quoq; hanc appellat secūdo lib. Semē inquit quod sicco solo ingestum & inoccatū est perinde ac si repositum in horreo nō corrumpitur. idem auctor de legumine serendo:Prius īquit iactemus semina:deinde ꝓscindemus terram:proscissamq; in lirā reuocabimus: occabimusq; ꝙ altius largiore humo cōtegat.Et paulo post:Cū semen inqt crudo solo ingesserimus: inarabimus imporcatūq; occabimus.Erit igitur occari dictū quasi occæcari:hoc est glebis extantibus præfactis & resolutis obrui:operiri:cōtegi.Diuertimus in hæc ꝙ in Cicerone legebat occæcatio nō occatio.Verbum autem ꝓcumbere non hoc tantū significat quod est decliuiter iacere:sed etiam finiri terminariq; ac desinere:quod faciunt quæcunq; se in arctum ex latitudine recipiūt:ut mucrones:ut imbrices:ut metæ:ut triangula.Plinius de harundine libro.xvi.Folia inquit a medio internodio:cum plurimū desinunt uestire:ꝓcūbuntq;. Item ex capi.vi. Circa clusium & senas).Fuere qui uerbū senas urbis in Etruria nomen putarent:hoc est Senensis coloniæ:cuius libro tertio meminimus. sed ea uox ad libras refert hoc sensu.Circa clusiū farris modios pendere nō uicenas quinas tantū libras: sed & senas:hoc est uicenas senas.itē. Fallitur columella:qui ne trimestris qdem ꝓpriū genus existimauerit).Mirant pleriq; quāobrem columella reprehendat:qui secūdo libro ita dixerit:Tritici genera inqt cōplura cognouimus:unū ex his maxime serendū est quod robus dicit:cū & pondere & nitore præstet.Secūda conditio est habēda siliginis:cuius species in pane præcipua pōdere deficit.Tertiū erit trimestre:cuius usus agricolis gratissimus. Nā ubi ꝓpter aquas aliamue causam matura satio est omissa:præsidiū ab hoc petitur.itē libro.xii.Trimestriū inquit satio nō est aliena huic tēpori:q̄uis tepidis regionibus melius administret ꝑ mensem ianuariū.Plinius quoq; trimestria scribit inuēta esse detinentibus terras niuibus.An ideo taxatus ab ipso est:quoniam eodē secundo lib.siliginis genus quoddā fecerit trimestre triticū:atq; ita non propriū genus sed speciē generis:hoc est siliginis existimasse uideat.an potius qa eodem libro dixerit.Neq; enim est ullū inquit quod multi crediderunt natura trimestre semen qppe idem iactū autumno melius respondēt. Itē ex cap.xi.circa finē. Lacti incoctis mixtura).Scribe:lactis incocti mixtura. Itē ex capi.xii. de faba. In frugibus referre mos est auspicii causa:quæ ideo referuia appellat).Vetus lectio nō in frugibus sed e frugibus. nec referuia sed referina:Festus refrina:quoniā īqt ut ait Cintius ad sacrificiū referri faba solet e segete auspicii causa q̄si reuocātis fruges & domū denuo reuerti ad rē diuinā faciēdā.Aelius Gallus dubitat an ea sit quæ ꝑlata in segetem domum referatur:an quæ refrigatur:quod est inquit torreatur. Sed opinionē Cintii addiuuat ꝙ in sacrificiis publicis cum plus fabacea diis præbet nominat inquit refrina. Itē.ex cap.xiii. Rapā lætiorē fieri si palea seminet).Legēdū fortasse:si palea iacēte seminet.aut si cū palea seminet:hoc ē q̄diu paleæ ī area sunt.Columella li.xii.Rapæ īqt semīa iginus putat post triturā iacētibus adhuc in area paleis:inspergi debere:quoniā fiunt lætiora capita. Itē ex cap.xiiii.de lupio. Terraq; opiri nō uult).Legi posse dixius:terraq; opiri uult:idē amat:quoniā stati decidēs sub terra

Ea singularis ē breuitas q̄ nihil ꝑterit

Refrina q̄

delitescat condatq; ipsum se:quia tamen sequentia demõstrãt amare qdẽ lupinum terrã sed coli nolle raroq; leui sulco integendum & obruendũ esse:Columella quoq;:Nec ulla inqt res magis uacuis opariis aut seritur aut condit:Reuerentius est ut nihil mutemus. Item ex cap.xviii. Proscellis binis ternisq;).Vetus lectio procellis.Scribendũ arbitror procellis a quibus superiore lib. pculeta:etiam si pculeta legebatur.Porca in agro est:quam ut Columella tradit liræ similẽ in sationibus campestribus rustici faciunt ut uliginem uitent.idem auctor secundo libro: Liras inqt rustici uocant easdem porcas cum sic aratum est ut inter duos latius distantis sulcos medius cumulus siccam sedẽ frumẽtis præbeat. Ergo porca dicta q aquas porcat:hoc est porro arceat. Varro q porrigat frumẽtum. Sed &.xxx. pedũ latitudinem.cxxv.longitudinem porcam uocabãt auctore Columella.item ex cap.xix. Versum peragi nec sitrigare in actu spiritus).Diximus legi posse:Versum peragi nec striare in actu sepius. Lucius Columella secũdo libro:Nec in mediaiqt parte uersuræ consistat:detq; requiem in summa ut spe cessandi reliquum spatium agilius enitatur.item. Male aratur aruum quod satis fragilibus occandum est).Codices ut monuimus antiqui non satis sed saxis fragilibus.Sed columella tamen eodem libro satis frugibus non saxis fragilibus.Veteres inqui Romani dixerũt male subactũ agrum qui satis frugibus occandus sit:hoc est qui occationẽ desideret cũ seminauimus itẽ. Collectitas interponere). Dictum est collicias in Vitruuio scriptũ esse.Potest & colliquias.L.Columella eodem lib. Cauebitur iqt ut patentis liras crebrosq; sulcos aquarios:quos nõ nulli elices uocant faciamus:& oẽm humorẽ in colliquias atq; inde extra segetes diriuemus.item ex cap.xxiiii. Dirigendi sint i dies suos).Scribe digerendi:hoc est ordinandi.nam & digestio siderũ uocat ab ipso ut sequentibus liquebit. Nec aliter honestius dici põt:cuius rei plurima exempla uolens prætereo.illud testari modo liceat quod ait Varro de re rustica lib.primo:Familiam inquit Cato dirigit ad duas metas fortasse legi posset: digerit. Sed hoc arbitrarium sit:Ad id quod subiungit:Catoni uisum esse mancipia tredecim habenda :uilicũ uillicam operarios.v.bubulcos tres:asinariũ unum subulcũ unum:opilionẽ unum monet me ut Catonis ipsius uerba quæ feruntur mẽdosa corrigam.Ita enim legit in ipso:Villicus uillicos operarios habeat.v.bubulcos duos & reliqua.scribendũ enim Villicũ uillicã operarios quiq;:bubulcos tres &c. Appellat me locus alius:quanq extra propositũ:in Varronis secundi libri fine:ut se restituam.Tonsores inqt in italiam e Sicilia uenisse primũ dicunt.P.R.Conss.An.ccccliiii. Scribendũ non.P.R.Conss.sed.P.R.cõd. hoc est ut septimi libri ait calce Plinius:Post romam conditam & quæ sequunt ubi & Varronem citat Item ex capite.xxviii. Rorem inustum sole agri).Scribendum acri: Tanto deteriore uitio quorũdam exemplarium in qbus non inustũ sed mustum legit. Item ex capite.xxx. Chalcidica aut cariotica creta) Omnis uetus lectio carica nõ cariotica.Nomen ei a Caria ubi fodit.nam & Creta lycia nominat circa oppidum Bubonem:de qua Plinius.xxxv.lib.Est autem Lycia cariæ usq; adeo contermĩa ut altera pro altera sæpissime reddi soleat:ut in telmesso dictũ est libro quinto. Potest & cariatica pro carica intelligi auctore Stephano. item ex cap.xxxv. Seq; lambentes cõtra pilum). Codices antiq non cõtra pilum:sed cõtra pluuiã:quasi cõtra ptem illam unde futura sit pluuia.ut illud nõ multo post Trifolium inqt inhorrescere & folia contra tẽpestatem subrigere.Lambere dicunt se boues cum ora circum lambunt:qd qdem ab iis fieri sæpissime conspicimus cum imbres expectant:linguã enim circum os præducunt:inseruntq; naribus.Sunt qui & contra pilum dicant eos se se lambere.olfactari uero cœlũ ab iis & ipsi uidimus & Maro testat:aut bucula cœlũ suspiciẽs patulis captauit naribus auras.

Porca in agro unde

Restituunt duo Loca Varronis mendosa

Brassica

Ex libro.xix.Capite quarto.

h Ortorum cato prædicat callentes).Antiqua lectio nõ callentes:sed caules. Cato Brassica iquit oĩbus oleribus antistat.Plinius hoc libro.Brassicæ inqt Cato miras canit laudes. Hoc ipsum & sequẽti repetit:Ante omnes inquit Pythagoras & Cato nõ pcius celebrarint brassicam.item. Fatetur non domi uersuram fieri solitam).Codices Antiqui particulã negatiuã nõ habent:hoc sensu:Condimentaria herbarum genera quæ in hortis serunt consiteri & testatũ facere priscos illos ea parsimonia fuisse:ut necesse non habuerint mutuã pecuniã foris sumere cum domi esset hortulus unde tanq a mensa fœneratoris uersurã quisq; posset facere:atq; nõ indicũ piper & pegrĩas opes mercari.Versuram facere inquit Festus est pecuniã mutuã accipere:quia initio qui mutuabant ab aliis non domum ferrent:sed iis quibus debebãt soluerent quasi uerterent summouerẽtq; creditorem. Item ex.cap.v.de napis. Corinthiũ cleonæum Lyothasiũ boeticum).Theophrastus lib.vii. λειοθαλάσσιον idest liothalassion non liothasium:atq; ita Theodorus conuerterat. Cæterum λειοθάσιον idest liothasium scribe oportet ex Athenæo qui ait thasium quoq; dictum fuisse. Sed & illud mirũ q omnia hæc quæ Plinius ascribit napis Theophrastus & Athenæus rhaphanidi:hoc est radici tribuũt. Alioquin napos Græci non rhaphanidas sed bunia appellãt.Tueri Plinium hac quidem parte non aliter possum q usurpando uetus illud quod de Virgilianis insolubilibus dici solet: emendaturum eum si uixisset fuisse:quemadmodũ & id de quo statim differã de raphano.Crispi inqt atq; læuis & tertiũ syluestre.Theophrastus lib.vii.hæc ipsa de Rhaphano quidẽ: sed ut brassicã tamẽ i eo uerbo capiat Attici enim brassicam non ut cõmunis lingua crambẽ:sed rhaphanon appellant:nostri & post

Versuram facere qd sit

Nicandrum Theophrastumq; Græci quoq; cæteri appellatione Rhaphani radicē uulgo dictā audiūt & hæc forte causa Plinio fuerit:quāobrē raphanida nō pro radice:sed pro napis ut supra mox ostēdimus:accipet.idē error cauēdus & īfra capite hoc & septimo & ī qbusdā medicinis eius sequēti lib. itē de bulbis. Balbinon).Scribendum bulbinem ex uetustis codicibus:Theophrasto Athenæo Plinio sequēti libro.itē.ex cap.vi.de cepis. Sarda Samothracia alsidena setania).Theophrastus lib.vii. Sarda samothracia gnidia setania. De gnidiis Plinius quoq; paulo post:minime īqt lacrymosus odor gnidiis:sed hoc in medio relinquimus.De setanio Plautinum illud subit in truculento:Non possunt inqt militares pueri setanio ex ducier.quanq̄ etanio nō setanio scriptum est: ut arbitror mēdosa.pōt & de frumenti genere setanio qđ & trimestre dicit̄ exponi:quippe qđ inopiæ subsidio inuentum Plinius & Columella prædicant.Sed & mespili quoddam fastigium uocāt Setaniū Theophrastus:Plinius:Dioscorides:Galenus.Fortasse uero ethaniū quoq; legat aliquis pro uase: quod Græci ηθαμιομ appellant quæ uox collū significat:unde uerbum excollare pro eo quod est purgādi gratia guttatim per collū diffundere.Athenæus in Aegyptiorū īqt domibus tria hæc uisuntur ærea:cyathus:phiala:ethaniū.Itē de ulpico. Alii antiscordon).Columella Vlpicum inquit quod allium punicū Græci aphrosco rodon uocant:ut uel menda sit in altero:uel utrunq; nomen ulpico sit impositum.Alioquin antiscorodon ab excellentia uideri posset appellatū:sicut αμτιχειρ digitus pollex:& αμτιθεοσ & multa huiusmodi Cæterum aphroscorodon quanq̄ Punicum sit alliū:non tamen ex Aphrica magis q̄ a spuma quæ uocatur aphros nomen traxerit:ut de quo statim dicatur Tritum inquit in oleo & aceto mirum est quantū increscat spuma.Plautinus locus in penulo mendosus circunfert̄ hoc modo:Amatum plenior alii ulpici q̄ Romani remiges.Scribendū nō amatum sed aman tu:hoc est amas ne tu qui allio uictitas?Possis & ita legere:Amas tun.eodem sensu:aut certe:ama tun:pro eo quod est:amas tun:littera.s. detrita:quēadmodū ī uerbo il lo:dignu loco:pro dignus loco.cuius rei Ciceronis atq; Fabii testimoniū attulimus item ex cap.vii. Cepe.xix).Aut.xx.Theophrastus libro.vii.unde omnia hæc ad uerbū: Prasson iqt idest porrum.xix.aut.xx.Sed ut corruptū in ipso locū suspicer facit q̄ idem auctor de causis plantarū libro quarto:Porrum inquit quintodecimo die prosilit.item. Quæ in cortice sunt difficilime maturescunt).Theophrastus inarescūt.ϫυξαι ραμτοτερα ϫε τα εμφλοιοσ περμα.item. Et si quorū radicem minimi florū relinquunt).Vetus lectio:minimi ferorū.Scribo annuiferorū.Theophrastus και ει τιμωμ ριζαι ϫιαμεμουσιμ επετειοκαυλωμ hoc est ad uerbū:& si quorum radices ꝑmanēt annuicaulium.Quod enim Græci uocant επετειοκαυλα nos annuifera & annuicaulia interpretari possumus: idest quæ annuo caule fruticant.in quo notandum est eodē auctore lib.vii.alia esse quæ επετεια idest annua dicantur alia quæ επετειοκαυλα idest annuicaulia.Annua sunt quæ tota ꝑeunt.Annuicaulia siue annuifera quæ inarescunt & exolescunt qdē:sed radices tamen suas relinquūt.qui locus in Theodori translatione deprauatus est.itē ex cap.viii.de brassica. Lacus turrisq;(. In columella ut dixi nō lacus turrisq;:sed lacus Turni:legit̄:& ita Merulā ꝓbasse uideo.quia tamen sunt codices in qbus nō Turni sed turris scriptū est apud eū ut illo uersu:Et turris lacus & pomosi tiburis arua. nō putaui prætereundum quin & hoc monerem:præsertim cum in Plinio sequatur uerbum illud:quæ remanet.

Locus mendosus in Plauto

Ex libro.xx.Cap.vii.de lactucis.

s Tomacos dissolutos utilissimæ adiuuant urinæ Vsus adiuuant).Hoc etiam si uerū esset:Plinianū nō esset.Quod enim facit obsecro isthæc eiusdē uerbi adiuuāt:insulsa & inepta repetitio?Codices antiqui nō urinæ usus adiuuāt:sed urinæ eo usu adiuuant̄.Falsum & hoc:sed argumentū & cōiectura ueritatis.Itaq; scribendū arbitror:uti ne eo usu abluant̄ ex Dioscoride απλυτοσ ϫεσθιομεμη ϛομαχι κοισ αρμοζει Si nō abluant̄ iqt lactucæ stomachicis medent̄ esu. itē. Et oxyporoboli asperitatē addito dulci acrementū aceti tēperantes).Vetus lectio non oxyporoboli sed oxyporobolis:nec acrementū aceti sed ad intinctū aceti.ꝓinde ita scribi posset: oxypori obolis asperitatem addito dulci ad intinctum aceti temperant:hoc est lactucis illotis adiuuari stomachos dissolutos cum oxyporo quod oboli mensura capiatur: cuius asperitatem inquit addito passo ad intinctum aceti mitigant.Propterea subiungitur:si pituita crassior in stomacho uidebitur:nō oxyporo dulcibus edomito sed scyllite aceto:aut absinthite uino cum lactucis utendum esse.Oxypora uero sunt:quæ.L. Columella tradit appellari quoq; oxygara ultimi libri fine.Quoniam inquit cum usus exigit aceto garoq; diluuntur.Plinius quoq; hoc libro:Feniculum inqt cōdimentis prope omnibus inseritur oxyporis etiam aptissime.Sunt & sua medicis oxypora quasi a celeritate dicta penetrandi. Plinius.xxiiii.lib. Iuniperus inquit miscetur antidotis oxyporis.

Ex libro.xxi.cap.x.de Thymo

i N flore ipso intelligitur).Sunt qui scribendū arbitrent̄ non intelligit̄:sed inter legit̄.item de abrotono. Rituuitis fruticāt).Vetus lectio:Rutæ uice fruticāt.Theophrastus quoq; libro.vi.Arborescit iqt rutæ modo.illud noscendum:quasi fastigia duo facere Plinius abrotoni:uacuū & adoniū:ut appellatione uacui accipias uel id qđ cura:uel id qđ semīe deficit̄. Adoniū uero qđ adonidis ut Theophrastus innuit ferebant horti:nec tam genere quam cultu differens.

Ex Libro.xxii.Cap.vii.de eryngio.

c Ontra chrysodos). Vetus lectio fere contra chrysopidas. Fortasse chrysaspidas: quãdo genus illud aspidis quod & ptyas uocat᷑: colore qdẽ subuiridi cinereoq;: sed in aurũ tendente describit᷑ a Græcis: aut chersaspides: hoc est terrestres aspides. ita enim genus earũ quoddã appellat᷑. nisi magis cui placeat chersydros: uel chelydros de quibus (Nam differunt inter se) Nicãder in theriacis.

Ex libro.xxiiii.Cap.v. de cedri.succo.

i Temq; prurigines). Vetus lectio nõ prurigĩes: sed porrigĩes. De qbus apud Celsum sequẽtibus libris Pliniũ. itẽ. ex cap. octauo. de platano. Pilulæ earũ in uino potæ quatuordecim põdere). Vetus lectio nõ quatuordecim: sed quatuor. Sed & uerbũ põdere nisi addat᷑ cuius mẽsuræ: sensum cõuellit. Remediũ hoc Dioscorides quoq; retulit: sed neq; numerũ neq; põdus apposuit. Quid si nõ quatuordecim sed. X. iiii. põdere. scribat᷑: ut nota illa. X. denarios significet: qđ & duodecimo libro. docui. alioquin & Græca quoq; littera. X. ut Paulus Aeginita: cæteriq; testant᷑: si habeat supra se. α. tũc chalcus intelligit᷑. si. η. chema. si. οι. choenix si. ο. chus. id est cõgius. itẽ ex cap. xiii. de erysisceptro. In syria & rhodiorũ insulis). Codices uetusti nõ in syria sed in nysero: quæ qualis esset ĩsula & q̃ Rhodo proxima in terrarum situ diximus. itẽ ex capite. xvii. In themisyriaca regione). Scribẽdum in themiscyra: ut libro sexto constat.

Ex libro.xxvi.Cap.iiii.de remediis uesicæ.

f Eu lauer crudũ silaus nascit᷑ in glareosis & pennibus riuis). Vetus lectio nõ seu sed ceu. nec siluaus sed silaux: ut fere scribendũ suspicer ad hunc modũ: Ceu lauer crudũ. lauer nascit᷑ in glareosis & pennibus riuis & cætera. Moueor ꝙ descriptio hæc ꝓxime accedit ad illud genus oleris: qđ Græci sium uocant: nisi ꝙ sium inter odoratas herbas ponit᷑: ut dixi. lauer nõ ponit᷑. ꝓinde nõ alias res uidet᷑ lauer esse: q̃ q uulgo Crassiones appellant᷑: quos & in riguis limitibus & utiles uesicæ nasci passim cernimus. Supra quoq; nõ parum multis uersibus: lauer ĩqt herba nascens in riuis cõdita & cocta torminibus medet᷑. Accedit ꝙ Dioscorides sium in italia uocari tradit lauer: etiã si mẽdose in eo scriptum est lauerde: nõ ꝙ Sium putẽ esse omnino idem ꝙ lauer cresionesue cum illud odorẽ ꝓstet. sine odore sit alterũ: sed ꝙ natura ualde ꝓximũ: ita ut sium herba quemadmodum proprie lauer non dicit᷑: sic lauer odoratum fortasse possit appellari. Huc pertinent & quæ sequuntur: Coquitur ĩqt ut olus acidum: hoc est lauer ipsum nõ modo crudum recensq; mandit᷑: sed acidum quoq; asseruatũq; coquitur ut olus. Verbum enim acidum non tam ad olus q̃ ad lauer ipsum refero: quandoquidem nõ alia uidetur oleris & oleris acidi coquendi ratio. Sium quoq; apud Græcos & crudum & coctum uesicæ prodest. Porro quod adiungitur. Aliter inutilis uesicis). Scribendum inutili: hoc est ipsa panacis radice: auctor Dioscorides. Venerũt hæc in mentem paulo ante: propterea quæ de silao diximus alibi: ita demum rata sunto quatenus iis quæ nunc attuli non repugnãt. Omnia uero talia præfatiõe muniẽda sunt: ambigendo hæc nos & disceptando: non decernendo contendendoq; proponere. Cauẽdum enim semꝑ illud ne ex remediis uitia fiant: quod euenit (ut Plinii uerbis utar) ex nimia & intẽpestiua sæpe medicina. item ex capite. xii. Ad ambusta hyperici quod corissum appellauimus). Scribẽdum non corissum sed corium siue corion ex Dioscoride: Galeno. cæteris. & paulo infra: Hyperici. Quod charos uocatur). Iidem auctores non charos: sed coris. Duo enim hæc hyperici sunt discrimina. Alterum coris. Alterum per diminutionẽ corion uocatur. Corio ad ambusta. coride ad opisthotonum utuntur. item. Phrimon). Scribe phrymion ex Plinio aliubi & Dioscoride ĩ herba poterio ad præcissos neruos probante: ut hoc loco Plinius. item ex ex capite ultimo. Denigrat hypericõ qđ & oriston uocat᷑). Antiqua lectio coriston: sed ut mox dixi corion aut coris scribẽdũ. itẽ. Ophryos herba). Legendum non ophryos sed ophrys ꝙ ita quoq; nominatur herba Græcis alia: uel ophryon diminutionis forma: ut coris & corion. Ophrys supercilium significat.

Lauer herba

Sium

Ex libro.xxvii.Cap.xii.de odontia herba.

s Emen in aliis). Scribendum uidetur non in aliis sed in alis: hoc est quod Græci sæpe usurpant ερμασχάλαισ & Plinius quoq; alibi ut monuimus.

Ex libro.xxviii.Cap.viii.de hyæna.

p Vlmones in cibo sumptos coeliacis). Est ubi uetus lectio non coeliacis sed iliacis habeat. Quod ideo monere uolui nõ ꝙ nõ & coeliaci dicantur aliqui: sed ꝙ iliaci nominent᷑ ii quos libro. xx. iliosos & lagonoponio laborantes ab iliis uidelicet uocari diximus: sicut ileosos a dolore gracilioris intestini. itẽ. Atlancion uocant: est aũt primus). Quid si non primus sed postremus legat᷑: ex iulio Polluce. Primam ĩqt ex septẽ uertebrã ceruicis strophea & epistrophea nominant & odonta hippocrates. Secundam axona: quoniã sit ĩmobilis quasi axis. Vltimum atlantem: quia baiuli modo & tubicinis onera sustineat: An & primus defendit᷑: nõ qdẽ ceruicis sed dorsi: ceu necesse sit ut qui postremus est ĩ ceruice articulus: idẽ in dorso sit prius: Sunt aũt ĩ ceruice nodi septẽ: spinæ duodecim. Alioqn primus spinæ sub atlantẽ cadit: asphalia Græce dictus. post quẽ maschalister ab axilis uocatus. Reliqui a lateribus pleuritæ. duodecimus a ꝑcinctura diazoster. Habent᷑ & alii quinq;: sed in lũbis. Nodos græci spondylos appellant. interim cubos & astragalos. itẽ ex cap. xix. Insimulari. Q...

Scipionem).Scribo.Q .Cepionem.Plinius.xxxiii.uolumine:inter cepioné inquit & drusum ex anu
lo in auctione nauali inimicitiæ cœpere. unde origo socialis belli & exitia rerum.Quanq̃ ibi quoq;
non Cepionem sed Scipionem mendose legebatur Cicero in oratione ad Pontifices.M.iqt Drusus
clarissimus Tribunus Pl.pontifex fuit.Ergo si is.Qu.Cepionis inimici sui posté ædiũ tenuisset: & pau
ca uerba fecisset:ædes Cepionis essent dedicatæ ui.Socialis uero belli auctores eos fuisse Asconius Pe
dianus.Valerius Maximus.L.Florus:cæteriq; testant.Diximus de hoc & alibi:nunc distinctius Cepio
nes multos fuisse.Nã & Catonis Vticensis frater Cepio dictus est:Plutarcho.& Cepio Seruilius is:cu
ius culpa Romanus exercitus a Cimbris deletus est:ꝓpter qd in carceré cõiectus mox.L. Regino Tri
buno Pl.ꝑ gratiã emissus in exilio perierit Valerio Maxĩo & Plutarcho auctoribus. De quo & Liuius
& secundo de oratore Cicero.Fuit &.Qu.Cepio Seruilius qui de cilicibus triũphauit:sed postea reus
damnatusq; in Gemoniis scalis manu carnificis laceratus tradit ab eodé Maxĩo Valerio ĩ Ciceronis
Bruto.Qu.Cepio uir acer & fortis fuisse legit:cui fortuna inqt belli crimini:inuidia populi calamitati
fuit.Eodé libro Cepiones duos fuisse tradit:qui clientes suos consilio & lingua multũ:plus auctorita
te tamen & gratia subleuarét.De Cepionis auro Tolossano trogi uerba prætexui.xxxiii.uolumĩe ubi
Strabonem diximus:Addo & Appianum in bello illyrico nõ Cepioni:sed.L.Scipioni sacrilegiũ id tri
buere.ut necessario mendosi sint Codices.Item ex cap.ultimo. Talisq; suum discordia uim quandã
inesse incendiis).Diximus legi posse:talisq; suum discordiam quandã inesse:incendiis.sed longe recti
us est:Talisq; suum discordiæ uim quandã inesse:ut uerbũ incendiis initiũ sit sequétis clausulæ.Norũt
enim omnes incenso stabulo extractũ pecus solere recurrere.id uti ne cõtingat:remediũ illud tradit.

Ex Libro.xxix.Cap.quarto.

Atulina addita talibus).Scribédũ monstraui adiicialibus ex Varrone ac Plinio supius. Nã
c & adipales quoq; dici possunt:ut illud Ciceronis ĩ Oratore de Asiaticis Ascíuerũt iqt aptũ
suis auribus opimũ quoddã & tanq̃ adipale dictiõis genus.Sed quærit qua fabula Catulinã
Plautus retulerit?Festi uerba subiiciã:Romanos inqt esitauisse Catulinã Plautus ĩ Saturione meminit
Item. Asiortion).Dictum est genus hoc phalangii astorgion scribi posse:quasi discordiale inamabi
leq;:præsertim quia uetusti codices habebant astertion:nunc asterion legendum arbitror:ꝙ ita uocet
Nicander.Item ex cap.vi. Lapillos qui uocantur cenidia).Vetus quidem lectio zonidia. Quid si ci
nædia?Plinius libro ultĩo:Cinædia iqt inueniunt in cerebro piscis eiusdé nominis De cinædo pisci ĩ.
xxxii.libri fine agit.

Ex Libro.xxx.cap.tertio.

X iis olitanæ).Plinius lib.ix.solitanæ Varro quoq; de re rustica secundo: Minutæ iqt albu
e læ quæ afferunt e Reatino:& maxĩe quæ de illyrico:& mediocres quæ de Aphrica:nõ qi
his regiõibus qbusdã locis magnitudinibus sint dispariles.nam & ualde amplæ sunt quanq̃
ex Aphrica quæ solitanæ inquit uocant:ita ut calices quadrantes.lxxx.capere possint.Et sic in aliis re
gionibus eisdem inter se collatæ & maiores inqt & minores.Verbum autem.Ex lis mutare nõ est ne
cesse:ut quidam putabant non ex iis:sed exin legentes.quoniã Aphricanas esse has non credebant.

Ex libro.xxxi.cap.iii.

Deoq; niues p̃ferunt nubibus niuibusq; etiã glacies).Vetus lectio ꝓbior:ideoq; niues p̃fe
f rũt imbribus:niuibusq; etiã glaciem.Sed hanc tamé alioꝝ sententiã ipse statim improbat.

Ex libro.xxxii.cap.v.

Itulos qui salem uirusq; recipiunt).Fortasse resipiũt nõ recipiũt:qua uoce Plinius frequéti
m sime utitur hoc ope:hoc est redolent.ité cap.vii. Eparcotini).Scribendũ monui hepar
Elacatenes ex Atheneo.Potest & elacatene.Festus:Elacatena genus est salsaméti.qđ appel
latur inquit uulgo melandrya.quanq̃ aliud est proprie melandryum.Columella quoq; libro.ix.Scom
bri carchari Elacatenæq; Ventriculos & ne singula enumeré salsamentoꝝ omniũ purgaméta. Quãq̃
nõ Elacatenæ:sed elacatæ scriptũ erat.Melius quoq; fuerit Carchariam q̃ carcharũ dixisse ex Aristote
le:Theophrasto:Athenæo.Notauerim & illud:Piscem qui paulo supra box Plinio Græcisq; dicitur.&
a Theodoro uoca:hunc uideri:qui apud Festum bocas appellat: Bocas inquit piscis genus est a boan
do:idest uocé emittédo noĩatus.

Ex libro.xxxiii.cap.primo.

Arsipores locipores).Scribédũ ut dixi:marcipores lucipores:a marco & Lucio Fabii alio
m rũq; testimonio.Festus quoq;:caipor iqt & qntipor a prænoĩe dominoꝝ. Quãuis sunt qa
nũero filioꝝ ex ancilla qnto loco dictũ iqt putét qntiporé.ité ex cap.iii. In triente uero
& quadrãte æs).Diximus a qbusdã legi:ĩ triente id & quadrãte erat:hoc est nauis signũ. Ab aliis.ĩ trié
te uero & quadrãte æra:idest numeri nota.Nunc in codicé Plinianũ pueteré incidimus:ex quo uera le
ctio facile rethrahit ad hunc modũ:in triente uero & quadrante rates.Scriptũ enim fuerat paulo mé
dosius:erates.Festus Rantum inqt quadrantem dictũ putant.ꝙ in eo & triente :ratis fuerit effigies:ut
nauis in asse.Propterea ubi superius statim dicitur:nota æris fuit ex altera parte ianus ex altera rostrũ
nauis:uidetur in eodem codice scriptũ fuisse non æris sed assis nota. Cæterum sunt qui non Rantum
quadrantem in Festo:sed raticum pronũcient ex Lucilio illud quoq; testatum esse uolumus ipsum æs

ueteribus non tantũ ut diximus:sed raudũ siue rudus & rudusculũ potius uocatũ. Festus: Rudusculana
inqt porta Romæ dicta ꝙ rudis & impolita sit.uel ꝙ raudo ideſt ære uincta.Itē. Agomē celũ alexã
dri magni præfectũ aureis clauis &c.). Scribe nõ agomencelũ:sed agonem teium Plutarchus in alexã
dro: Agon teius ĩquit suffixas clauis argenteis crepidas ferebat.itē Cum argẽto ære plumbo lineæ
ducant). Vetus lectio non ducant:sed præducant. Plinius.xxxv.libro: Eretria inqt terra si ære prædu
cat uiolaceũ reddit colorẽ.item terra inqt uilissima qua circũ præducere ad uictoriæ notã instituerũt
maiores.dixi de hoc & alibi. Poteſt qdē recte dici: lineæ ducant:sed nihil officit antiquã lectionẽ esse-
rere. Vt aliud tamen quadãtenus testemur esse lineas præduci:aliud æra:siue qd idē eſt ære præduci:
ut ex iis quos modo attuli Plinianis locis colligas. Quod aũt sequit hac pte:manus sordescere decidua
materia:sensum illũ habet fere quē Suetonius in Augusto expræssit:dicẽdo:manus collybo decolora-
tas. Eſt aũt collybos iulio Polluci pmutatio pecuniæ.a quo qui id exercẽt collybiſtæ nominant. Theo Collybos qd
phrastus in libro de gẽmis colymbon uocari tradit genus põderis:hoc modo: Minimũ inqt põdus eſt Collybiſtæ
ordeũ:sequens colymbus:tum qd a pte quarta tettartemorion appellãt:sicut hemioliũ a sesquiplo: de- Hemiolium
inde obolus per quæ inqt uelut signa quædã:periti nummorũ scrupulatim cognoscũt usu cotis lydiæ:
quantũ in iis auri:argẽti:æris habeat. Callimachus nõ colymbũ sed collynũ uidet scripsisse (nisi uitiũ
sit in codice) nũmi genus gracilis minutiq; significans Polluci. Hieronymus collybiſtas a collybiis uo
catos tradit: Collybiæ uero inqt sunt quæ tragemata bellariaq; dicant ciceris frixi uuarũq; passarũ ui
lia munuscula.unde inquit collubiſtæ pronumulariis fœnus mutatitium exercentibus dicant itē ex Fœnus mu-
cap.iiii. Cum iam inuentũ eſt in summo cespite alutationẽ uocãt). Antiqua lectio fere: non cũ iam tatitium
sed gummi:quasi hoc sensu:terrã illam gũmi similẽ cui subsit aurum:in summo cespite repertã uocari Allutia
alutationẽ. De aurariis metallis quæ dicant allutia Plinius sequẽti lib.in mentiõe plũbi:ut alutia uocas
se uideant opifices quasi elutia:quoniã eluant:seu quasi ablutia. Nisi quis alutationẽ ab aluta dictã exi-
stimet:quia summo terræ corio inueniat.itē. Lindos insula rhodiorum). Cõmodior uetus lectio insu-
læ nõ ĩsula. Et etiã Lindos oppidũ eſt in Rhodo ĩsula. Vbi Lindiæ Mineruæ fanũ qd Danaides cõdide
re:ut ait Strabo:celebrat. itē ex cap.ix.de argẽto. Nigrescit oui indurati luteo). Aiunt qdē & ouo
argentũ nigrescere:at uetus lectio nõ nigrescit sed increscit. Proinde sequit. Vt tamē inqt aceto & cre
ta deterat. Flagitiũ hoc in auro quoq; uita cõperit ex aurium sordibus. itē ex cap.xii. Obinsignem
calumniã cũ celebritate expectarent adolescentiũ scholæ). Antiqui & Romani Codices: ob ĩsignẽ cũ
celebritate affectationẽ adolescẽtiũ scholæ. Schola & litterarum ludũ significat. Valerio Maximo & Au
sonio:sed plurali numero apud Festũ: Erat & ĩ balneis scola nomĩe Vitruuio pars labri siue aluei:a p-
stolando:ut arbitror.dicta:ut occupato ab iis qui priores uenissent labro:in schola cæteri circũspectã-
tes recte ĩqt stare possent. Erat & in porticibus auctore Plinio: Alexandrũ inqt & Philippũ cũ Miner-
ua qui sunt in schola in Octauiæ porticibus & Philippi. Fortasse uero quis appellatiõe scholæ sodalita
tē & cõuentũ aliquē id ætatis iuuenũ hoc loco intelligat. Nam & celebritas dicebat: ait Macrobius cũ
uel sacrificium fiebat:uel epulum dabat:uel ludi agebant diis:uel feriæ obseruabant.itē. Et cibis &
probris seruiat). Scribo seruiat. itē ex eo.xii. Fit enim ceruleum:qd pprie limus eſt). Vetus in ple
risq; lectio: Sic & ceruleum sed pprie limus eſt. Vulsa & hæc atq; lacera:sed parcius & ad uerum quasi
gradus. Propterea scribendũ erit: Sil & ceruleum. Sil proprie limus eſt.id & præcedentia declarant:in
auri inqt & argenti metallis nascunt etiam nunc pigmenta:hoc eſt sil & ceruleũ. Ac primo de sile agit Sil ĩ metallis
Sil inquit proprie limus eſt & reliqua. Hoc & protinus sequentia manifeſtissime demõstrant: ubi ait
eius esse genera: Atticum:marmorosum pressum.lucidũ:quæ discrimĩa nõ cerulei sed silis sunt Vitru-
uio Plinioq;.is sequenti capite: Sile inquit primi instituere pingere:sed polygnotus & mycon Attico
& reliqua.item.xxxv.lib. Silis inqt lucidi libris.x.itē quattuor inqt solis coloribus ĩmortalia illa opera
fecere ex albis melino.ex silaceis Attico.& reliqua.itē usta inqt fit & Romæ cremato sile marmoroso
& reſtincto aceto:qd & Vitruuius quoq; prior dixit & hodie cõspicit. Si enim ipsum sil cõbuseris & ĩ
acetũ miseris:fiet de luteo purpureũ. Eſt enim luteus color sili ut ex Vitruuio in ochræ mentiõe sumi
poteſt:quæ res facit ut ceruleũ a sile genus alterum omnino sit:etiam si nos locũ hunc minime deprauа-
tum rati:speciem q̃dam cerulei credidimus a Plinio uocari sil. Poteramus & hoc & alia quædã paucula
in caſtigationibus prioribus nondũ editis inducere aboléreq;. Sed peccata noſtra extare uolumus ut
omnes intelligãt:nõ ægre laturũ me:si pitiores aliq noſtra correxerint:quando ipse me primus oĩum
reprehendo ac reuoco.iam ceruleũ arena eſt ut huius libri calce dicit nõ limus. At limus eſt sil:qd pin
gẽdis abacis etiã Vitruuius lib.ix.cõmendat. Ex atramẽto ĩqt subigendi sunt atq; poliẽdi euneis silace
is seu miniaceis inter positis:quanq̃ nõ silaceis sed siliceis corrupte scriptũ eſt.idē: Antiqui egregia ĩqt
opera salis ad politionẽ opum sunt usi. Scribendũ silis nõ salis. Et alio loco non silat cum:sed sil Atticũ
Hæc ipsa pte Plinius: Preciũ inqt in pondo libras.xxii.sed scribendũ arbitror ut libro quoq;.xii.nota-
uimus: Preciũ in.P.libras.x.xii.hoc eſt denarii.xii. Quod quidē peccatũ & hoc ipso libro & aliis resti-
tuere oportet.idē uero eſt in pondo libras & in libras dicere:qd ex Cornelio Celso facile percipitur:
Item ex cap.ultimo. Neſtorianum). Vitruui codices antiqui Veſtorianũa Veſtorio. Sed liberum sit.

c

Yprio suis assibus contento).Vetus lectio facilior:Cyprio suo assibus cõtentis: hoc est ma
rianũ æs in sestertios & dupondios conuenire Cyprium in asses. itẽ ex cap.iii. Lychni
pensiles).Antiqua exẽplaria non lychni sed lychnuchi.& sane ita Græce nomĩatur quicq̃d
lucernas sustinet:quasi lucernifer:ut inter astra ophiuchus:idest ut Columella uertit anguifer.Et Scep
truchi reges homero:idest sceptriferi.Lapis est Romæ his uerbis:Panthei cũ suis parergeis & cupidi
nes duo cũ suis lychnucheis.Quid sint parerga:alibi mõstrauimus.Differũt lychnuchi & lychni ab el
lychniis Lychnuchi lychnos idest lucernas amplectunť.Lychni siue q̃d idẽ est lychniæ cõtinent ellych
nia.Est aũt ellychniũ funiculus ille papyraceus siue sparteus canabinusue aut stuppeus: qui stans ĩ oleo
perurit:quẽ & Thryallida & Phlomon qnoq; Græci appellãt.Sicut & uerbascũ herbã ꝓpter eundem
usum.Nam obeliscolychniõ Aristoteli q̃d esset.xxxiiii.libro dixius.Videť q; iulio Polluci sordidiuscu
la & castrensis appellatio fuisse.Vtitur ea & Theopõpus in comoedia. Itẽ ex cap. quarto. Palacas.
Hispani alii.palacranas uocant).Antiqua lectio fere palacas hispani ascuruas uocãt:quasi legere cõue
niat:palacas hispani astures uocant:quoniã paulo post sequať.Vicena inq̃t milia pondo annis singulis
Asturiam Galeciã & Lusitaniã præstaræ.Distant uero strigiles a palacis:q; strigiles appellabãt paruas
auri natiui massulas ut ait Plinius superiore capite:Palacas uero & balucẽ quæsiti arte.Strabo cũ palas
auri nõ maiores selibra inueniri dixit in Hispania:uideť intellexisse strigiles. Itẽ ex cap.vii. Fabia
nus uerrucosus).Scribendũ Fabius non fabianus ex Plutarcho:Appiano:cæteris.item. Quem fecit
braxis).Scribẽdum bryaxis ex Pausania:Columella: Plinio. Itẽ ex cap.viii.de pythagora. Huiusce
deæ sunt seminuda unde & laudata sunt).Vetus lectio q̃ uera nescio.Huiusce deæ septem nuda & se
nis unum laudata sunt.item: Spinarum).Fortasse spintharũ ut monui.Aristophanes quoq; ita quẽ
dam uocat in comoedia quæ ornithes inscribiť:Philemonis genere moribus phryga.item. Stephu
sam spelumenen oenophorum).Operũ uocabula sunt hæc.Spelumenæ quid sit non constat:nisi quis
aut spilumenen legat:quod inquinatã & sordidam mulierem significat:aut certe psilumenen:quod gla
bram depilem atq; uulsam unde nomen etiam psilothro.item: Desias cantharus).Verbũ desias mẽ
dosum est:quoniam de nominibus hic agiť ab littera.c.incipiẽtibus ut Clesias fortasse:idest κλεσιασ
scribendũ sit.item. Scinnus).Lectio antiqua scymnus frequens uiri ꝓprium:quanq̃ leonis catulum
ea uox proprie significet:ut aliarum ferarum scylacia iulius Pollux auctor. Nouit id & Lucretius illo
uersu libro quinto. At catuli pantherarũ scymniq; leonum.itẽ. Daippus pelia iomenon daiphron).
Quid si non pella iomenon sed peryxiomenon legať:ut sit nomen operis de quo & supra.Nam de lit
tera.d.sermo est hac parte:sicut de.p.in uerbo tisicrates:quod ego pisicrates non tisicrates scribendũ
autumno.itẽ. Stratonicus cælator ille philosophus fecit scopas utrasq;).Diximus Scopas fuisse du
os Pausaniæ.alterũ Parionis filium.alteꝝ Pariũ nisi menda sit ĩ Græco codice:ꝓpterea nõ utrasq; sed
utrosq; legi posse.Nunc & illud uelim studiosi considerent:ecquid hac parte nõ philosophus sed phi
losophos nec utrasq; sed utraq; scribendũ sit:hoc sensu:Stratonicũ qui & cælator fuerit:ut non multo
ante demonstratũ est:philosophos fecisse:quod genus operis factitari solitum ostenderat hoc capite.
Scopã uero utraq;:hoc est Stratonici & Simonis opera.Nam & paulo supius ubi ait sequens philoso
phus fecit Coclites:etiã si non coclites sed celetas:idest κελητασ scribi posse:cogitãdum est an cõmo
dius sit ita legere:Sequẽs philosophos fecit ut deĩde nõ celetas sed colotes aut cleoetas initiũ sit alteri
us mẽbri & nomẽ artificis.De Colote Strabo:q eũ tradit in elidis Cyllene mira specie fecisse æscula
piũ eburneũ.De Cleoeta Pausanias.

Lychnuchus Lucernifer

Ellychnium

Spilumene q̃ mulier dicant

Scymni leonum qui

Ex Libro .xxxv. Cap.ii.

u

Vlgatis iampridem salibus etiam carminum).Fuit quando suspicarer non salibus sed tali
bus scribendum esse:hoc sensu:ut carminum:ita statuarum permutari capita coepisse:qua
si uel ad illa sua in præfatione uerba:Permutatis ĩquit prioribus syllabis duriusculum se fe
cit:uel ad Homeri uersus alluderet:qui uocanť acephali:hoc est sine capite : quoniam a breui syllaba
incipiant.Sicut Myuri:qui postremo pede claudicant:& Lagari:qui medio.Neutrũ placet.Subiacet &
tertius q̃dam modus:ut legereť Vulgatis iampridem talibus etiam numinum: idest frequentari iam
pridem tales statuas coepisse:quarum capita permutarenť. nec hominum modo :sed etiam deorum
atq; numinum.Mireq; ad hoc Suetonii uerba faciebant:qui de Caligula sic ait.Diuinam maiestatem
asserere sibi cœpit:datoq; negocio ut simulachra numinũ religione & arte præclara:inter quæ olym
pii iouis:apportarenť e Græcia quibus capite dempto suum imponereť.& reliqua.etiã si non e Græ
cia sed egregia scriptũ erat.idem auctor in tiberio:Statuæ ĩquit Augusti caput quidam depresserat ut
alterius imponeret.Acta res est in Senatu & sumpta pœna de reo.Legendum aũt nõ depresserat sed
dempserat:quanq̃ propter hæc dicat aliquis nõ tam numinum aut carminum q̃ criminum scribi pos
se ad hunc intellectum:Talia etiam criminum iampridem patere delatoribus ut agantur rei qui caput
alienæ statuæ iniussu possessoris detraxisset.Defendat aliquis & salibus carminum:hoc est ex illa capi
tum permutatione promiscuas & translatitias iampridem esse factas inscriptionũ argutias quæ in sta
tuarum base continebanť ut superiore libro tradit ipse quarto capite. item de messala. Prohibuit

inferi genti suæ bleuinorum alienam imaginem). Quid si nõ bleuinorum sed leuinorum scribatur? cũ ex hac familia. M. Valerium Leuinum parum prospere aduersus Pyrrhũ pugnasse constet: elephãtorum maxime inusitata facie territis militibus Auctores Liuius Florusq;. Nam Valerium Messalã Coruinum Virgilius in opere ludicro quod cirris inscribitur Tabenium appellat. M. Valerium Messalam Plinius & Varro quoq; nominant eum qui e Sicilia deportauit Romam horologium. Messalã a Messana ibi urbe capta dictũ sciunt omnes. Ité ex cap. iii. Atlanta & helena). Melius est ut atalãta scribatur q̃ atlanta: quod & uetus habet lectio. Ité ex cap. vii. In lamianis hortis). Vetus lectio marianis non lamianis. inuenio largianos hortos. inuenio & uarianos apud Flauium uopiscum in Aureliano. Sermonem inquit multum a palatio usq; ad uarianos hortos instituit. Sed & marianos fortasse quis intelligat: in qbus monumenta mariana fuerint. Valerius Maximus secundo libro: Templa febri tria. unum inqt in palatio. alteꝝ in area marianorum monumẽtorum. tertiũ in summa parte uici longi. Item ex cap. x. Processu iratus operi & dixit). Vetusti codices processit. item. Cõtra subsidia iniurie & uetustatis). Verbum contra superuacuum est. Potest & ita legi: subsidio iniuriæ & uetustatis. aut sic: subsidio cõtra iniuriam uetustatis. uel aliquid huiusmodi. Item ex cap. xi. Paries thebis). Vetus lectio fere thespiis nõ thebis. ité. Eodem tempore fuit & cyclias). Vetus lectio cydias. Et paulo post non talentis. cxliiii. sed. His. hoc est sestertiis. cxliiii. ité. Ab oeta monte). Codices antiqui ab oeta monte doridos. Est aũt regio doris ut lib. quarto constat. item. Leontiũ epicurum cogitantẽ). Scribendum censeo theonitius. aut certe ita ut ab littera. t. incipiat ea uox: quando quidem hoc quoq; loco per ordinẽ litterarum nomina digerũtur pictorum quæ ratio efficit ut quod & diximus: non multo supra Ctesidemus nõ testidemus scribendũ sit q̃ ibi de littera. c. differitur. ité.

Lala cyzicena ꝑpetua uirgo martia. M. Varronis iuuenta). In nullo codice manu scripto legitur Martia quasi Varronis ætate: non aliqua Martia sed ipsa plane Lala Cyzicena fuerit. Ité ex cap. xii.

Certiore auro certe innocentiore). Vetus lectio nõ certiore sed sanctiore uel sanctiora & inocẽtiora: hoc est ipsa fastigia. Et paulo post. Fictilibus ꝓlibatur simpulis innocentius). Verbum innocentius adiectitium est: nec id habent codices antiqui. Hic mos & græcoꝝ fuerat qui ut Athenæus ait nõ auro nec argento nec gemmatis potoriis. sed e terra coliade fictilibus opabantur. item. Imbricibus tabulis tegulisq;). Quidam scribunt imbricibus tegulis tubulisq;. sequebatur enĩ ad balneas mãmatis. Tubulos autem mammatos seu mãmas in balneis & fontibus intelligũt quas libro septimo uitruuius mastos Græca uoce nominauerit. Athenis inquit ex eiusmodi locis & fontibus masti usq; ad portum Pyrræum ducti sunt salientes. Eas. M. Varro de re rustica papillas cõuertit. Cassiodorus ubera: Quanto inqt pulchrius est Claudiam aquã per tot sicca montiũ iuga lauacris & domibus liquores purissimos fistulaꝝ uberibus emisisse: Erat & poculi Græci genus mastos. ité Crunus quo nomine salientes proprie apud nos dicuntur Frontino celebrati. Cæteꝝ in Vitruuio non masti sed in asti legendum uidetur: hoc est in ciuitate. ita enim per quandã exochen Athenæ uocabanť: Et Alexandria ægyptii quoq;: ut ait Stephanus. Idem error lib. septimo: Marti inqt ad olympum cossutius suscepisse memoratur. Scribendũ enĩ non marti ad olympum: sed in asti iouem olympiũ: quod & superiora quoq; indicant: ubi de cossutio loqtur: etiam si non cossutius eo loco sed consultus scriptũ est. Nec illud omnino placet ut tubulis mammatis scribať: sed ut tegulis ad balneas hamatis Vitruuius libro quinto. Si contignationes inquit in balneis fuerint figlinũ opus subiiciatur. Regulæ ferreæ aut arcus inqt fiũt: hæq; uncinis ferreis ad contignationes suspendať q̃ creberrimæ. hæq; regule siue arcus sic disponantur ut tegulæ sine marginibus sedere in duabus inuehiq; possint. Adhibebantur & tectorii loco parietibus hamatæ tegulæ ĩterdũ contra uliginẽ. Vitruuius lib. vii. Erectæ inqt hamatæ tegulæ ab imo ad summũ parietem figanť. Et paulo post. Coctilibus laterculis fundamentisq;). Legi posset nõ fundamentisq;: sed frontatisq;. Sunt aũt frontati Vitruuio id genus lateꝝ quos Græci diatonos appellãt: quia per latitudinẽ totã porrecti utranq; parietis frontem conficiant. ideoq; nõ lateribus dixit sed laterculis ut a frontatis qui lateres quidã magni sunt distingueret. Alioqui uerbũ fundamentis hac parte usq; adeo subsultat & officit sensui: ut sine dubio quasi nothum & adulterinũ credi possit. Erit uero clausula hæc a capite in hunc modũ: Figlinarũ opera imbricibus tubulis tegulisq; ad balneas hamatis uel ad tecta. coctilibus laterculis frontatisq; aut quæ rota fiunt etiam fictilibus doliis ad uina excogitatis & ad quas. Porro tubulos ad balneas factitari solitos: cũ alii: tũ Vitruuius. Fistulæ inqt ponantur ad balneas ut quotãnis uectigal populo præstẽt. & Proculus de seruitutibus urbanis: in balnearia inqt insula nõ licet tubulos habere admotos ad parietem communem: quia uidelicet per eos flamma torreatur paries: etiam si non legitur eo loco tubulos sed tribulos. item de æsopi patina. Sestertia cẽtum stetisse). Plinius lib. x. Aesopi inqt patina sexcentis sestertiis taxata. ité. Vitellius in principatu suo. cc. sestertiis). Vetus lectio non sestertiis sed talentis: quanq̃ nõ ducẽtis sed. x. Et hercule si sestertiis. cc. scribať minoris uenisset q̃ æsopi quæ sexcentis: ut dixi: steterat. Nihil quidem muto sed locum indico mutandum & castigatione dignum: aut hic aut libro decimo. Item ex cap. xviii. Amphionem. Qu. Catuli interfectorẽ). Cum Cicero de oratore secundo libro referat. Qu. Catulum non in

Mastos mãma

columen fortunam:ſed exilium deprecanté:coactum eſſe ut uita ſe ipſe priuaret. Appianus quoq; di-
cat eum accenſis in cubiculo carbonibus ipſum ſe præfocaſſe. nõ uideo qui Amphion ĩterfector eius
eſſe potuerit. Accedit q; uetus lectio id uerbum non habet. item. Menam & menecratem ſexti Põ
peii). Appianus libro quinto bellorum ciuilium nõ Menam ſed Menodorum & Menecratem liber
tos eius uocatos ſcribit. Nihil mirum:& enim Menas & zenas diminutiõis forma pro Menodoro &
zenodoro apud græcos dicuntur.

Menas & zenas diminutiõis forma pro quibus

Ex libro.xxxvi.Cap.xiiii.

b Eronibus arena plenis molli puluino ſup capita columnarũ Exaggerato). Diximus nõ be-
ronibus ſed peronibus ſcribendũ. Nunc & illud teſtamur: non puluino ſed cliuo in oĩbus
uetuſtis exemplaribus haberi:quod & rectius ẽ ꝓpter uerbum exaggerato. Et quia paulo
poſt:donec totum inquit in colle ſederet:quanq̃ ibi commodius fortaſſe fuerit non in colle ſed cubili
ſcribere. Vtitur ea uoce cũ Vitruuius ſecundo libro ſæpius. tum mox infra Plinius: ea inquit maxima
moles fuit:nec ſedit in cubili. Nam & hoc notatu dignũ:errauiſſe qui uerbũ illud in cubili principiũ fe-
cere ſequentis cæſi:hoc modo:in cubili ergo anxio artifice. nam & uetus lectio a nobis eſt: in qua nec
uerbũ q̃dem illud ergo habetur ſane. Sed & hoc monuero:pſpicuum magis ſenſum illum fore:ſi non
ſup ſed inſuper capita columnarũ legatur. quam præpoſitionem Vitruuius quoq; uel ſæpiſſime uſur-
pat:cũ alibi. tũ lib.v. inſup eam inquit exæquationé & reliqua. Erit autem intellectus hic: arena ſaccis
conuecta excitatum collem fuiſſe:qui ſummas columnas non opiret ſed medius excederet. Per eum
cliuum epiſtylia in altum facile attolli potuiſſe. tum ab imo exinanitum collem fuiſſe:quãdiu epiſtyli
um ſederet in columnæ abaco:qui ſuum erat epiſtylio cubile. Perones in Vitruuio quoq; legi nõ me-
rones credidimus. lib.v. Creta inq̃t meronibus ex ulua paluſtri factis calcetur:arcæ duplices relatis ta
bulis & catenis colligatæ in eo loco qui finitus erit: cõſtituantur. Cæterũ & merones tueri poſſumus
quaſi partes magnas pilarum ſpecie:cuiuſmodi Venetiis plerũq; factitari cernimus: quoties uel ciſter
næ fiunt uel canales ſiccandi ſunt:finguntur e creta uel luto globi:atq; in arcas illas ſepti modo circun
datas impetu coniiciuntur. Perones a pera nominantur ut aſcopera:quo nomĩe Ariſtophanes quoq;
utitur & iulius & Pollux:ſicut & ſaccopera. idem auctor aſcopitinam & pitinam quaſi culeos uinarios
intelligit. Item ex capi.xv. Repente circumactis ut conſtiterant). Scribendum cenſeo nõ ut cõ
ſtiterant ſed ut contra ſtarent:hoc eſt ex auerſis aduerſa fierent:nondũ tamé coirent. tres enĩ ſpecies
theatra illa duo ſingulis diebus præbebant. auerſa ante meridié. aduerſa poſt meridiem. coibãt ueſpe-
ri. Proinde quod ſtatim conſequitur. Diſcedentibus tabulis). non habent uetuſti codices ſed loco
eius:etiam ſedẽtibus aliq̃s. Vitioſum & hoc:ſed exquo fortaſſe collocari ac redire poſſit integritas:ut
non ſedentibus neq; diſcedentibus:ſed incedentibus. nec aliq̃s ſed lignis ſcribat:ad hunc ſenſum:ĩcli-
nato iam die non circumactu:q̃ppe qui iã præceſſerat:ſed inceſſu lignorum coiſſe cornua. Siue igitur
incedentibus ſiue accedentibus lignis dicatur:elegãtius futurũ uidetur:q̃ ſi diſcedentibus tabulis. hoc
eſt ſummotis ſcenis defendere libuerit:præſertim cũ uerbum illud tabulis exẽplaria nulla præferant:
in hanc intelligentiã:ingenio meo tantum uſus perueni. De cætero conſului mechanicos: indicauitq;
id primus nobis Romæ Baſilius ampelinus:deinde iocundus ueronenſis ſacerdos architecti nobiles.
Multos eius rei modos fingi poſſe animo contendunt:ſed illũ maxime cõcipiunt: ut cardines qui ſin
gula ſinguli theatra ſuſtinebant:non cõtinuo ſed flexo in ancones duos rigore ſurgerent. in iis anconi
bus theatrum altero quaſi ſederet:altero uerſaretur:ita fiebat ut in circumactu non modo nõ collide
rentur ſed uaricantiũ anconum opa longiſſime diſcederent donec aduerſa diductaq; conſiſterẽt. De-
mum ueſperi per eoſdem fere meatus incedendo cõmitterentur & conuenirẽt cornibus. Omnia ue
ro hæc cuniculis & tectis operibus agebantur:uti ne ſpectatores miraculum quod ſentiebant: uidere
poſſent. Atq; hoc nõ uno tantũ die factum ſed pluribus repetitum ſequentia demonſtrãt:ubi nouiſſi
mo die feſſis iam turbatiſq; cardinibus unã tantum formam amphitheatri cuſtoditam refert: cũ dua
bus inq̃t per medium ſcenis athletas edidit:quanq̃ uetus lectio non. Athletas edidit). Sed athleta
ſedit:ut fortaſſe athlotheta ſcribendum ſit: hoc eſt certaminũ iudex: & quo utitur uerbo Suetonius:
brabeuta. Quia tamen exhiberi athletas quoq; moris fuit:idq; a Marci ſcauri tractũ munificẽtia Va-
lerius Maximus teſtatur:mutare nolim. ité. Et quoſdã in numero deorũ ĩmortalium generis hu-
mani portio). Antiqua lectio. Et quædã munere deorũ immortaliũ & reliqua. Ipſe adducor ut putem
ſcribi poſſe p ĩterrogationé. Et quæ nã munere deorũ ĩmortaliũ generis humani portio? ceu diceret.
Non illa q̃dé abiectiſſima & uiliſſima:ſed benignitate deum clariſſima præcioſiſſimaq;. Proinde ſub
ditur. Quæ uilitas inq̃t animarũ iſta? :aut quæ querela de cãnis: hoc eſt de ſtrage illa cannenſi. Ité ex
cap.xx. Aedé fortune. quã ſeiam). Diximus ſeiani potius q̃ ſeiam ſcribendum uideri. Addãtur huc
Plinii octauo libro uerba. Seruii inq̃t tulli regis præt extæ:q̃bus ſignum fortunæ ab eo dicatæ cooper
tum erat durauere uſq; ad ſeiani exitũ:q fuit ſub Tiberio. Ité ex cap.xxiii. Vliginoſa & ubi ſalſu-
go teſtaceo uitia ſublini utilius). Scribẽdũ ex uetuſtis fere codicibus:uliginoſa & ubi ſalſugo uitiat te-
ſtaceo ſublini utilius. Item. In græcia tectoriis arenarũ quod inducturi ſunt). Scribe arenatum nõ

Baſilius ampelinus Iocũdus ueronẽſis architecti Romæ

Certaminũ Iudex q̃uo

Signũ fortunæ a Tullo dicatum

arenarum. Vitruuius lib.vii.ad uerbum fere.ité. Graciliores uidétur ionicis). Scribe ionici:ut initium sit sequentis particulæ:hoc modo:ionici ení capituli crassitudo tertia pars est altitudinis. Vitruuius & antiqua lectio.illud sciendũ crassitudinem capituli spirarumq; non ad illum modũ accipi quo ipsius columnæ:sed crassitudo eoꝝ hæc intelligitur quæ in colũna longitudo diceretur.ité. Septimæq; partis detrahentibus summaꝝ crassitudine). Videtur posse legi:septimam eius partis detrahẽtibus summaꝝ crassitudini:hoc est octauam partẽ altitudinis columnaꝝ crassitudini tributam fuisse: hoc modo:ut spiræ ipsæ dimidiũ octauæ illius partis in crassitudiné paterent.summum aũt columnæ octaua illa parte non tota sed septima eius partis una minus:crassesceret:quo fiebat ut imo columnæ scapo in partes septẽ diuiso:eaꝝ sex:summá:ut Vitruuii utar uerbo contracturá ꝓficerent. Quanq̃ ipse hoc genus moduli minoribus columnis:hoc est iis quæ erant a pedibus.xx.ad.xxx. tradidit conuenire.idẽ auctor de columnis templi ephesii lib.iiii. Fecerunt inqt primo columnæ crassitudiné octaua parte ut haberent speciẽ excelsioré:basi spiram apposuerũt pro calceo. Ité ex cap.xxv. Fastigiũ uero seruari in pedes denos & sescũcem). Scribendũ est:fastigiũ uero seruari in pedes denos sesquunciam siue sesquuncé:hoc sensu:fastigium pauimenti sic atolli oportere ut in singulos denos pedes habeat sesquunciá:hoc est unciá cũ dimidia. Est aũt sesquunx siue quod idé est sesquuntia digiti duo. Vitruuius lib.vii. Fastigiũ inqt habés in pedes denos:digitos duos. Ité. Vernisq; axibus cõtribulare). Scribendũ puto quernis. Axes uero sunt aut stipites teretes:aut tabulæ sectiles ut ait Festus: unde coaxatio:idest contabulatio.ná uerbũ contribulare pro eo quod est agitare Catonianũ est.

Sesquunx

Ex libro.xxxvii. Capi.primo.

e St & inter auctores catiensem illũ cuius parté scipio &c.) Scribo:Est apud auctores & intercatiensem illũ:cuius patré Scipio & reliqua. Ná & uetus lectio fere hoc modo habet.& nepos Cornelius: Scipio inquit Lucullo in Hispania legatus apud intercatiam oppidũ prouocatoré singulari certamine uicit. Valerius quoq; Maximus lib.iii. Aemylianus inqt Scipio cũ ĩ Hispania sub Lucullo duce militaret.atq; intercatia præualidũ oppidum circũsideretur: primus moenia eius cõscendit. Et paulo supra Valerius Coruinus inqt & scipio æmylianus hi etiá ultro ꝓuocatos hostiũ duces ĩteremerunt. Ité ex cap.ii. Pridie Kalendas octobris die natalis sui). Plinius lib.vii.triũphum hunc nõ pridie calendas:sed ad tertiũ calendas Octobris duxisse Pompeiũ scribit: ut uel ibi pridie uel hic tertio scribédũ esse uideat'. At nihil mirũ sit:quandoqdé ut Plutarchus auctor est:triumphi pompa in biduũ extracta est:ne sic qdem apparatus omnes explicati.ité. Mineruæ matris & apollinis). Scribendũ martis non matris. Tria ení signa esse dixerat.ité. Anulos transeuntes). Quidá addunt coniunctioné:& atq; ita sane habet uetus lectio.ipse nõ addiderim:sensus ení alioqui luculentus & acutus sordesceret atq; retunderet'. Est aũt talis:amisisse nos ius illud pristinũ incessendi castigádiq; in gématis potoriis & alia preciosa supellectili:luxuriá quando iam transire anulos: hoc est incedere per gémas coepimus. Et uiatoria cubicula unionibus cõsternere. Sed &.ix.lib. Neq; ení gestare iá margaritas inqt nisi calcent:& per uniones etiá ambulent: satis est. Papinius calcabam nec opinus opes. Neq; mirum sit anulos eũ pro gémis dixisse quádo sequenti cap.uniones inqt capite circũferuntur:gemmæ digitis. Viatoria cubicula ĩtelligo:uel quasi transitoria & publica:uel quæ uiatores ministriq; seruabant:uel certe quæ multi secũ circumferunt.ꝓpter quod & pocula uiatoria dicunt' Plinio. horologii genus uiatoria pensilia Vitruuio:quale modo cylindracea specie uiatores frequentant. Ná salutatoria cubilia qbus lib.xv.cotonea includi & simulachris noctium consciis imponi scribit fere uidentur esse deoꝝ penatium ædiculæ:quas ælius lápridius in alexádro lararia appellat: a laribus quos matutinis omnibus salutare esset religio: Alexander Cæsar inqt si non cũ uxore cubuisset matutinis horis in larario suo rem diuiná faciebat in quo diuos prĩcipes sed optimos electos & animas sanctiores:inqs & apolloniũ.& Christum & Abrahá & Orpheum habuisse dicit'. Nec multo post alexádrũ inqt magnũ inter diuos & optimos principes in larario maiore consecrauit.item. Caliceq; potauit). Particula quæ supuacua est.iungendum enim cum superiore colo totum hoc: ut initium sit uerbum:murrino.atq; ita uetus habet omnis lectio.ité. Dũ Pompeianis præludit). Scribi potest poppeanus quasi uxorius qdem:sed poppeanis rectius:hoc est ludis. Tacitus lib.xv. Ob puerperium poppeæ templũ foecunditati extructum ait:& certamen ad exemplum atticæ religionis.decretum & ludricum circense apud antium ubi peperisset illa.item de succino. Electrum appellatũ quoniá sol uocitatus sit electros). Antiqua lectio nõ electros sed helios:& ita sane dicit' sol ipse a Græcis. De succino luciani opus est:quod ηλεκτρορ η κυροροσ inscribitur.eius mihi fuit alias copia: nunc non est. Item. Aphricæ lacũ sitionem appellatum & cratinam amnem). Vetus lectio constantior: locum non lacum: & crathin non cratinam: quasi ab oppido Sicyone in Peloponneso iuxta quod & crathis fluuius in ægis achaiæ:ut.xxxi.lib.diximus. Nam & paulo supra lacũ cephisida reddi scribit iuxta mare athlanticum in mauritania:cum tamé hoc ipso nomine celebretur in Boeotia.ité. Penolopas). Scribendũ penelopas ex Aristotele. Plinio. Aristophane (ut diximus).item. Vocariq; eá cedron

Locus apud Papinium

Horologia cylindraria specie q̃ sint Lararia

Crathis flu. ĩ ægis achaiæ

cedri genere siluosam). Vetus lectio: uocariq; eã oserictam cedri genere syluosam. Item de sophocle: Principali loco genitus athenis rebus gestis exercitu adiecto). Codices antiq melius: principe loco genitus athenis rebus gestis exercitu ducto. Itẽ ex cap. x. Cissitis circa copton). Antiqua lectio nunc cyssopetra: nũc cryptopetra quasi απο του κυειμ quod est cõcipere: uel απο του κρυπτειμ πετραμ quod est occultare ĩtus lapidẽ. Et paulo mox. Partũ qui sentiatur etiam si creditur). Iidem codices: partũ qui sentiatur etiã strepitu. Simile huic Plinius hoc capite de gasidama: Hæc quoq; inqt gemma concipe dicitur & partum fateri cõcussa. Itẽ. Strictæ concharũ modo). Vetus qdem lectio non stirctæ sed Ereatus: ceu gemmæ nomẽ sit alterũ. Sed fortasse melius est ut legamus striata. & eñi striatas esse conchas fere nõ Plinius modo ipse libro nono dixit: sed & scimus omnes.

Striatæ sunt conchæ

Hermolai: Barbari: In Pomponium Melam ad Alexandrum Sextum Pont. Maximum. Præfatio.

Solopygiũ & ſolopachium Catuli libro octauo: capite.xxix.in ſecunda editiõe libro.xiiii.cap.quarto: ſiue a Græco quaſi ολοπαχιον: hoc eſt ĩteger cubitus. ſicut ueſtis holoſerica Lampridio: quæ a ſerica & ſubſerica diſtinguiť. Siue a ſolo quod Oſcorũ lingua ut ait Feſtus totum ſignificat: unde ſolodupundiũ Lucilio & ſolocuria & ſollers & ſoloferreum & ſolitaurilia: ꝙ ſolidæ non caſtratæ in eo ſacrificio præberenť hoſtiæ: a tauro ut ab ampliſſima triũ nomine impoſito. Quanq̃ Liuius octauo libro: ſuouetaurilia pronũtiat Marti Suouetaurilibus pinaculũ inq̃t fieri Feſtus ſolitaurilia: ſed ita ut in eo uerbo q̃dã inq̃t putent oĩum ſuis ouis tauri uocabula eſſe cõfuſa. Sed redeamus ad Catullũ: Sunt q nõ ſolopachiũ: ſed ſalicippiũ ſiue ſalipontium arbitrenť ſcribendũ: a ſaliẽdo cippũ pontemue: quoniã Seneca in partitionibus ita dicat. Caluus inq̃t qui diu cũ Cicerone iniquiſſimã litem de principatu eloquẽtiæ habuit: uſq; eo uiolentus accuſator & incitatus fuit ut in media eius actione ſurgeret Vatinius reus & exclamaret. Rogo uos iudices: nũ ſi iſte diſertus eſt: ideo me damnari oportet: idẽ poſtea cũ uideret inq̃t a cliẽtibus Catonis rei ſui Aſinium Polliõe circũuentũ in foro caeſ. ĩponi ſe ſupra cippũ iuſſit. erat enĩ paruulus ſtatura ꝓpter quod etiã Catullus uocat illum inq̃t Saluputiũ diſertum. Legendũ ut dixi cenſent: ſalicippium ſiue ſalipontiũ. Diuertimus in hoc eo libentius: ꝙ q̃dam in eum poetæ locum friuola quædã & inepta ſcripſerunt. Verſu quoq; illo. Nã cũ mirifice uatiniana meus crimina.

Caluus explicaſſet:non crimina legendum nouerunt:ſed carmina:illud quoq; neſcientes:eundem eſſe Caluum & Othonem:deridicula quædam commenta & plane ſordida confixerunt.

Solitaũrilia in mentione ſtatim quæ præcedit.

Solia balnearũ libro.xxviii.capite.x.Nam oceanus ſolium quidem nõ uidetur omne:ſed uaſtũ in balneis & omnino latus alueuſq; maior:uel ab eo numine:uel ab amplitudine uocatus & a lauãtiũ quoq; ſtrepitu & marino quaſi æſtu:etiam ſi apud Martialem uiri proprium eſt:cum alibi:tum illo uerſu.Et quæreris ſi te ſuſcitat oceanus. Lãpridius.Oceani inqt ſoliũ primus inter principes Alexãder appellauit cũ Traianus id nõ feciſſet:ſed diebus ſolia deputaſſet.Nam thermarũ magnitudo.Romæ quanta fuerit Ammianus docet lib.xvi.cũ ait.Lauacra in Vrbe in modũ prouinciarum extructa.

Spadix in uerbo Balium.Caſſius quoq; medicus in problematis generoſos ait equos eſſe balios quos & phalios ſcribunt aliqui.Varro badios apud Nonium.

Spleniũ libro.xxi.capite.xv.unde ſpleniata frons Martiali alienis forma: cuius meminit & Pollux & Dioſcorides & reliqui.

Spathalia libro.xiii.capite.xxvi.& in uerbo ſtalagmium.

Spicata teſtacea.Vitruuius lib.vii.a ſtructura lapidũ uidelicet ĩter ſe ſpicatĩ collocatorũ in pauimentis.

Sphinges & ſpingia libro.vi.c.xxix.bis.Item libro.x.capite.lxxii.

Sphacelos in uerbo ſiderati. Sponſio libro ſeptimo capi.xxxiiii.

Spaſtici & ſpaſmus & ſpaſma libro.xxviii.capi.octauo.Item in uerbo rupta.

Spondylus & ſpondyle libro.xxxii.capite ſeptimo.

Speciarius uicus & ſpecies libro.xxxiiii.capite undecimo.

Spithama libro.xxxv.c.viiii.Item in uerbo palmus.

Spartopolis libro ultimo.c.x.

Squama uitalis.Vtitur ea uoce Plinius.xxxvi.libro:capite.xxiiii.Gypſum dicens optimum fieri e lapide ſpeculari ſquamã uitalẽ habente.Sed cauendum ne lectio uitiata ſit:quandoquidem uetuſti Codi-
Lapis ſpecularis qui ces ſic habent:Ex lapide ſpeculari ſquamamue Talem habente.eſt enim ſpecularis lapis duplex:ut eodem libro ait capite.xxii.Abſolutus alter ac per ſe naſcens ſegmẽti modo: uel ut ipſe legerim cemẽti. Alter ſaxo incluſus aut complexu ſilicis alligatus:Gypſum igitur optimũ ĩtelligit uel e primo genere hoc eſt ſpecularis abſoluti.Vel e ſecundo:ideſt e lapide qui ſquamam Talem habeat incluſam. Caſtigandum obiter eodem.xxii.capite illud quoq; de cotibus:Flaminitanæ inqt ex Hiſpania citeriore in eo genere præcipuæ.Scribendũ non flaminitanæ:ſed laminitanæ a Laminio. De quo dixi lib.tertio.

Stomachici proprie Galeno ſunt qui cibum non continent.

Strophi in uerbo Dyſenteria. Stranguria & ſtillicidiũ in uerbo Dyſuria.

Stria.ſtriare.ſtriatura Vitruuio.Diximus & libro.xxii.cap.xxii.Aliud aũt ſunt.ſtrie:aliud ſtrigæ quas Feſtus interpretatur ordines rerum coniunctim inter ſe collocatarũ a ſtringendo appellatæ.At ſtriæ in columnis partes:& ut ita dicã:femora ſunt quæ prominent exochas Græci uocant: ſicut ipſa caua: hoc eſt canaliculi ſtrigles ab eodẽ Vitruuio dicunt libro quarto:Circa ſtriglium inquit caua & angulos ſtriarum.Item libro ſeptimo:Canaliculus earũ qui ſtriglx ĩquit appellaẽ. Nam & ſtrigare uerbum lib.xviii.capite.xix.ſecũda editione retuli.Strigiles quoq; a ſtringendo:ideſt exterendo nomẽ traxere:uel qa Græci dicunt ϛλεγγιδασ quarũ uſus nõ homini tantum ex craſſa & ruuida lacinia:ſed etiã iumentis in quotidianũ frictum e ferro:unde mulotribæ Plauto qui mulas fricant.Paruas quoq; aurinatiui maſſulas Hiſpani ſtrigiles uocabãt.Striges dicuntur & inauſpicatæ aues quæ Syrnia Græce nũcupenẽ:a quibus nomen inditum maleficis mulieribus:quas:ut ait Feſtus:uolaticas etiã dicebãt. Itaq; ſolẽt ĩquit eas auertere iis uerbis συρμιαπομπει ειμ νυκτικομα ϛριγγαδολαομ ορμι μ αμωρυμομ ωκυπορομτε ωρικα.Plinius fabuloſum id totũ putat libro undecimo. Hæc ideo appoſui q erãt in feſto deprauatiſſima:nec ante diẽ hunc quiſq̃ ea uerba legit:nedũ ut intelligere potuerit: litteris mutilatis & male conſequentibus.Eſt autem ſenſus:uti Syrnia noctiuaga ſtrigeſq; deteſtabiles:ĩauſpicati nominis & uelocis offocationis alites abigantur.Sed & ſtrigoſum pecus equumq; dicimus qui ſit male habitus & gracilis:hoc eſt Græce φηκωλησ & λαγαροσ Ariſtoteli: Theophraſto:Pauſaniæ.

Strigæ:ſtrigare:ſtrigiles:ſtriges:ſtrigoſus in mentione præcedenti.

Stalagmium chalcanthi ſpecies eſt puriſſima ſtiriæ ſiue guttæ ſimile a quo & nomẽ:απο του ϛαλαγμου.Vnde genus quoq; inauriũ Cecilius ſtalagmiũ uocauit.Eſt & ſpathaliũ inter ornamenta feminarum a ſpathe dictũ.Eſt autem ſpatha Plinio:Theophraſto:cæteris palmarũ cum fronde ſua ramus:Folia palmarũ inqt.xiii.uolumine:cultrato mucrone lateribus in ſeſe bifidatis bellas primo demonſtra-
Spathale uere gemmas.Ad id & Claudiani uerſus:quem attuli fere alluſit:Et grauibus ſpathale baccis diadema ferebat.Sed o ridiculum neſcio cuius ſchedium putare ait ſe Plinium eo loco indicare uoluiſſe ſcopas e palma factitari ſolitas:quibus gemmata pauimenta conuerrantur.

Strumæ ſunt tumores inter carnẽ & adipem:ita ut ſubter concretæ quædã ex pure ac ſanguine:uelut glandulæ:hoc eſt Græci uocant adenes:oriantur circa maxillas ceruicẽ & alas & inguina & menſenterium quoq; ut Iulius pollux ait.Item latera & mamillas quandoq; feminarũ:uulgo ſcrophulæ dicũ-

tur:quoniam Græci eas a scrophis choeradas appellauerint. Est & in sue morbus struma:sed aliud ut ex Aristotele cognosci potest.
Styx aqua libro.ii.capite.cvi.Item libro.xxxi.capite secundo.
Stela pro pila libro sexto:capite.xxviii.Itẽ libro ultĩo:capite q̃nto.Nã stella ueteribus significabat lætũ & p̃sperũ ut Ateius Capito auctoritatẽ sequutus.P.Seruilii auguris:existimat quæ ex lamella inq̃t ærea assimili stellæ locis inaugurãdis infigeret̃ Est & hoc apud Festũ:sed maxime uitiato codice.
Staphylæ & staphylophoros in uerbo uua. Stilpones libro.vii.capite.xvi.
Struthos & struthiũ libro duodecimo:capite sexto.Item secunda editione lib.xiiii.capite.xiii. Ea nox in mimis præcipue obscenã quoq̃ partem uirilem significat a falacitate ut ait Festus:passeris etiam si anseris in codicibus plerisq̃ scriptũ est:ut qui Catulli passerem in ea significatione capiunt.(Quanq̃ haud ita dũ recipio)non sine auctore tamen loqui uideantur.
Stymma libro decimotertio capite primo.
Stroma libro.xiii.capite nono. Statumen libro.xiii.capite duodecimo.
Stadiata porticus in uerbo.Miliariæ.
Stellionatus & stellatura libro.xxx.capite tertio.Stelliões in uerbo Galeotæ.quo & Siculi uates ut dixi sunt nomine Galei quoq̃ dicti pausaniæ grammatico qui inhybla inquit habitarent.
Staticulus libro ultimo:capite decimo.Macrobius quoq̃ dare ĩquit staticulos: deridicula effundere.
Staticula & straticula libro.xxxiiii.capite.xvii.Item libro ultimo:capite decimo.
Stator libro ultimo:capite decimo:Nam statores aliud genus sunt Vlpiano deprocõsulis officio.
Steatoma tuberculum est ita dictum απο του ςεατοσ:quia pingue quiddam in eo sit collectum sub cutem.Fit in capite:ceruice:alis lateribus.
Strigmenta non modo id sunt quod Græci uocant ξυσματα:hoc est intestinorũ in dysentericis uelut ramenta:sed & gymnasiorum quoq̃ sordes:quas γλοιουσ & ρυπουσ uocant. id ex Dioscoride primo libro:item Plinio multis locis colligitur.Item Celso:cũ ait.Strigmenti crassitudine: hoc est q̃d Græci γλοι ωδεσ παχοσ dicunt.item Valerio Maximo:Gymnicorum inq̃t seruo strigmẽta gymnasiorum colligenti.Quanq̃ non strigmenta plurimis codicibus:sed stramẽta fœdissime scriptũ est.
Strophi in uerbo tormina. Strena in uerbo stubus.
Stubos siue stobos Plinius q̃dem libro decimosexto pronuntiat: pinus inquit ad aquarum ductus in stubos cauantur.Quanq̃ tubos scribi posse diximus eo loco : idest fistulas. Sed quid si & stubum pro tubo usurpauerit antiquitas? sicut stites & stilatam: de quibus apud Fabiũ. itemq̃ strenam pro trena: ut ait Festus:etiam si pars ea in ipso mendis scaturientibus obruitur.Nos ita legimus:Strena ĩquit dabatur die religioso ominis boni gratia a numero:quo significatur alterum tertiumq̃ uenturum diem similis commodi uelut trenam:præposita.S.littera in loco.T.ut solebant ĩquit antiqui.Strenam Græci quidam epinomida uocant amicisq̃ dari solitam Athenæus tradit:tametsi.& in triremi pars epinomis dicitur.Nonius strenam a strenuitate deriuauit.
Staphyloma latine uua oculi uocatur Celso:id autem inquit fit:cum summa tunica in oculo sic attollitur:ut similis forma fiat uuæ acino Paulus:Staphiloma inquit nascit̃ cum cornea tunicua uiribus defecta recuruatur:laborante illa quoq̃ tunica quam rhogoide ab acini similitudine appellant. Quanq̃ in septimo Celsi libro non rhogoides:sed corrupte legit̃ choroides.Sicut hercle paulo inferius Aranoides pro arachnoides ita enim uocatur in oculo tenuissima eius uelut aranea.
Subgrundia Varro etiam subgrundas nominat.
Suouetaurilia in uerbo solopachium.
Superforaneũ & suffarraneũ siue sufforaneũ li.vii.c.xliii.in mentiõe.P.Ventidii Bassi.De quo & Suetonius & Valerius.sed & Plancus in quadam ad Ciceronem epistola mulionem eũ castrensem appellauit.Fuisse uero inimicum Ciceroni Ventidiũ cũ alii:tum Appianus quoq̃ ostendit. Gellius tricasse mulas ait eum & iumentis ac uehiculis magistratibus qui prouincias essent sortiti:præbenda cõduxisse.Fortassis uero sufforanei siue suffarranei pro partiariis & qui a Festo quartarii muliones dicuntur. accipiendi sunt:hoc est qui & mercennarii & quartam quæstus partem capiunt. Ventidius inimicus Ciceronis
Suppages in uerbo compages.
Suus libro secundo:capite decimo.Item libro.xxxvi.capite.xv.
Sumen libro undecimo:capite.xxxvii.Item libro octauo:capite.li.
Sudis libro.xxxii.capite septimo. Suada libro.xxxiiii.capite octauo.
Subueteribus & subnouis libro.xxxv.cap.iiii.&.x.
Succolare libro.xxxv.capite decimo.
Suffusiones oculorum in uerbo Glaucoma. Glaucoma
Suburra in uerbo saburra.
Superliminare id uidetur quod Græci uocant υπερθυρορ.hoc & limen dici põt Nonio.Plinius.xxxvi. libro difficilime inquit hoc contigit in limine ipso quod foribus imponebat.
Sugillata Græce hypopia:idest υπωπια:hoc est illa uestigia quæ ex sugillatione.idest uerberibus aut

ſimili cauſa ſub oculis maxime proueniunt: Nam & oſſa oculis ſubiecta uocitant hypopia. iulius Pollux hypopias dici tradit etiam lenticulas in corpore quas alii phacos nominant.

Suſpirioſi.hoc eſt aſthmatici:quos ſi recti ſtanteſqꝫ ſpirant Orthopnoicos appellant. Nam dyſpnoea quam noſtri difficultatem.anelandi uocant:leuior eſt:nec ex toto ſtrangulat.

Super & inſuper libro.xxxvi.capite decimoquarto.

Sycon & ſycoſis in uerbo ficus.Dicitur & ſycas ſycados Pauſaniæ grammatico.

Symplega libro.xxxvi.cap.v.bis.

Syricus color lib.xxxiii.cap.vii.

Syngenicon lib.xxxv.cap.x.

Symballote ueſtis lib.viii.cap.xlviii.

Syllabos in fine præfationis.

Synariſtuntes Menandri quædam inſcribiť Comoedia:hoc eſt ſimul prandentes.In quo ſciendũ cum Plinius ita loquitur. Apud Menandrum ſynariſtuſin Græcorum conſuetudinem uidetur ſecutus:qui non ita dicerent.Plautus in rudẽte:ſed Plautus rudẽte. Iulius Pollux ſynariſtuſas feminas uidelicet nõ uiros comoediam eam uocari meminit:το μεραμλρου λραμα συμαρι ζουσαι Synanche ut ait Paulus:muſculis qui ſunt intra fauces:inflãmatis oritur:ſicut iis qui extra:paraſynanche.Ad eundem modum cynanche fit cum muſculi gutturis interiores acceduntur.Paracynanche cum exteriores Celſus aliter:tria enim facit anginæ genera:Synãchen. Vti ſynanchen. Paraſynanchen. In primo nec tumor nec rubor comparet.ullus:ſed emaceſcit corpus & membra ſoluuntur & ſpiritus includitur.In ſecũdo rubor eſt cum tumore:obmuteſcentia pallor:ſingultus.In tertio fauces tantum cũ rubore intumeſcũt cætera nõ ſequuntur.Omnia uero hæc απο του αγχειν quod eſt angere:a quo & anguſtus & angor & angiportus:ſiue quod idem eſt angiporti:angiportaqꝫ.

T

T Ablinum libro.xxxv.cap.ii.pxime atrium locus erat Vitruuio.Feſto.cæteris.Quẽadmodum uero nõ figulinũ ſed figlinũ:ita non tabulinũ ſed tablinũ dicito. Quanꝗ aũt ſi uerbũ e uerbo tranſferas:tablinũ uideť eſſe:qđ Græci pinacothecam uocãt:differentia tamẽ illa eſt ꝙ in pinacothecis tabulæ pictæ:in tablino rerum in Magiſtratu geſtarũ monmenta continebantur.

Talorum partes iactuſqꝫ lib.xi.cap.xlvi.

Tacones lib.xxviii.capite nono.

Tabenii libro.xxxv.capite.ii.ſecunda editione.

Pthiſis quid

Tabes a quo tabitus & tabitum corpus dicitur Græce phthiſis appellatur in cõmune: nam & una eius ſpecies e tribus phthiſis uocatur:quoties a capite diſtillãs pituita pulmonem exulcerat. Altera ſpecies cachexia nominatur:quaſi malus corporis habitus:quo alimenta corrumpuntur.Diximus & in uerbo cachecta.Tertium diſcrimen Atrophia eſt:qua corpus cibum non ſentit.Sunt autem qui phthiſin græce phtheon quoqꝫ appellent:ſed illud genus maxime:quo ſanguis:reiiciť:quali morbo laboraſſe Theopompum & ab Aſclepio curatum tradunt ex Suida.

Talentum atticum ſexdecim inquit ex Varrone Plinius ſeſtertia ualebat:hoc eſt pondo quadraginta: Aegyptium pondo octuaginta.in quibus tamen haud ſcio an ſit error numeri.Cleopatra pondo centumuigintiquinqꝫ talentum facit:hoc eſt ſeſtertiorum quinquaginta:quanti ſtipẽdium tribuni militaris fuiſſe.xxxiiii.libro diximus in candelabri mentione. Quanꝗ fortaſſe uerius ſit ex Strabone.Plutarcho.Appiano.Plinio uolumine poſtremo pecuniam eam non ſalarii:ſed muneris loco datam uideri. Aphricanus talentum omne pondo ſexaginta tradit:propter quod Græci per litteram.ξ. decuſſatam præſectamqꝫ obelo intelligunt talentum:quod nota ea numerum ſexagenarium ſignificet:Quia uero libræ:hoc eſt pondo apud alios maiores:apud alios minores ſunt.Hinc efficitur ut talenta quoqꝫ non idem ubiqꝫ ualeant.Pollux:Talentum inquit pro aureis nummis tribus imputabatur. Nummus aureus pro dragmis duabus Atticis. Homero certe parua res uidetur talẽtum fuiſſe:apud quem in curſus certamine:tertius lebetem:quartus duo auri talenta retulerũt.Erant ergo talentorum multa nomina. Ptolomaicum:Syrium:Tyrium:Antiochenum:Atticum. Pondere ꝗdem pari omnia(ut prædixi)ſed ad nummum collata differunt.Atticum Tyrio æquale:ſed plus quadruplo ualens ꝗ Ptolomaicum:Seſquitertio ꝗ Syrium.Antiochenum.Aphricanus hæc.Aeliauus Babylonicum Talentum duo milia & ſeptuaginta minas Atticas fuiſſe tradit. Vitruuius quoqꝫ de talento uariat Strabo & euboicum celebrat.Alii minimum libris.L.maius.lxxii.maximum.cxx.faciunt Athenæus talẽtum ſex milibus nummum italicorum permutari tradit:nummum eſſe dragmam : hoc eſt denarium: & Celſo Cleopatra. Plinio.Propterea Caſſiodorus ſex inquit milia denariorum faciunt ſolidum. Centum dragmis : hoc eſt denariis centum argenteis:æquari libram:cum alii:tum Plutarchus in Pompeio tradit:minam uocans eam.Plinius tamen libro.xxxiii.capite non.E libris inquit argenti ſignari denarios.lxxxiii. iuſtũ erat:niſi quis.lxxxxiiii.aut.lxxxxvi.ſcribendum cenſeat:uti minus diſtent a centum : quoniam Cleopatra quoqꝫ.Libra ĩquit dragmas habet.lxxxxvi.Dragma uero denarius eſt italicus. Dion dragmas pro aſſibus intelligit .Seſtertius inquit nummus dragmas quaternas facit:hoc eſt ut Plinius & Feſtus aſſes. Vitruuius dragmam in æreos ſex ſignatos:uti aſſes ſex:quos Græci obolos uocent diuiſam ait eſſe libro tertio.Poteram plura.ſed hæc quæ carptim curſimqꝫ uelut ſemina materiæ difficilimæ libauimus dilato in aliud tempus pleniore commentario ſufficiant.

Talea:ſiue quoniam Græca eſt origo:thalea:olearum quidem maxime ramus eſt:ſed uſq; adeo latinũ id nomen factum:ut taleare pro incidere uſurpet ruſtica ſimplicitas. Quod & Nonius Marcellus notat. Hinc & talea nũmaria:ſermone militari dicitur:quod genus cum edicto principis uel Reipublicæ conceditur:clarigatio dici poſſet. Liuius octauo libro. Veliterninis inquit deiecti muri:ipſi urbe abducti:iuſſi trans tiberim habitare:uti eius qui eis tiberi captus fuiſſet ad mille.P.clarigatio eẽt. In Codicibus tamen nõ.P.ideſt pondo:ſed paſſuum fere ſcriptum eſt. Sed ut pondo non paſſus intelligam:quæ ꝓtinus conſequuntur oſtendunt. Nec prius inquit q̃ ære perſoluto is qui cæpiſſet extra uincula captũ haberet. Ex hac autem ſimilitudine clarigationis cuiuſdã & illud fere genus uideri poſſit: ꝙ æque pullato & caſtrenſi nomine repreſſago nominatur a prehendendo reprimẽdoue. Cæterum quid ꝓprie ſit clarigare aut clarigatum mittere diximus in.C.littera.

Clarigare q

Teſſallatæ ueſtes in uerbo Clauatæ.

Tenontes:ideſt τερορτεσ Galeno:Polluci.cæteris. Recti quidam & ualentes nerui ſunt a rigore dicti: collum continentes:ſine qbus ſuſtinere caput nõ poſſent ceruicis uertebræ. Si qdem horum inter omnes flexus alter ſemper intentus prolabi ſuperiora nõ patitur:ut in Celſo ubi ait Cerotas eos neruos a Græcis appellari ſcribendum arbitrer non cerotas: ſed tenontas octaui libri primo capite. In ipſis quoq; pedibus neruum quendam latum:qui a poplite demiſſus procumbit in calcem:appellant tenõta:ut iulius Pollux ait. Sed & neruos qui ex utraq; ſtomachi parte ſunt τορουσ uocant.

Tectoria duorum generum in uerbo intrita & in uerbo interpollare.

Tenerum libro ſecundo:cap.iii.

Tertianus libro ſeptimo:capite.xii.

Tertiarium in uerbo Seſquiplum.

Tetanici & tetanothra libro.xxxii.capite quarto.tetanici autem fiũt muſculis præſertim qui ſecundũ ſpinam ſunt:rigentibus:ita ut ſe inflectere non poſſint:id cum anterior pars efficitur: ut ſi mentum pectori annectitur emproſthotonus:cum poſterior.opiſthotenus:ut ſi caput ſcapulis.cum uero ambæ rigent ex æquo:tetanos uocatur:ut ſi ceruix recta & immobilis intenditur:etiam ſi ut ait Celſus:quidã minus ſubtiliter & diſcrete iis nominibus utuntur.

Opiſthotenus

Teſtum libro.xxxii.capite quarto.

Technopechnia in uerbo pecma.

Telamones lib.xxxvi.cap.v.

Tegulæ amatæ lib.xxxv.c.xii.ſecũda editione.

Telephia ulcera in uerbo chironia.

Tenaſmus & teneſmus Græce τηρεσμοσ cum frequens eſt ſed irrita deſidendi deiiciendiq; cupiditas cum inflammatione ac tumore ſedis:mucoſa & ſanguinolenta quædam egerentis.

Tenaſmos

Tineæ uentris animalia ſunt elminthes Græci dicunt trium generum. Late:teretes & quas uermiũ figura. Græci aſcaridas uocãt.in inteſtini recti extremo plurimũ reptas:ſicut ĩ graciliore teretes. Celſus omnes in cõmune lumbricos appellauit. Tineæ ſubſimilis eſt:& quæ dracuntiũ nõ in uentre ſed in lacertis femore tibiiſq; dicit:parte Aegypti ſupiore copioſa qđ & latera quoq; paruulorꝫ ſub cute infeſtat moueturque hoc ſine dubio. Quanq̃ Soranus concedit qđẽ id ſed animalia tamen eſſe pernegat.

Tieldones equi libro octauo:capite.xlii. Fuit quando ſcribendum putauerim tyddones a tyda oppido citerioris Hiſpaniæ Græcorum originis iuxta Gallecos. Nec decerno id magnopere:nec refello.

Tieldones

Thryallis libro.xxxiii.capite tertio:ſecunda editione ab herba nomẽ habet cuius eſt uſus ad ellychnia uerbaſcum noſtri:bibinellam Theodorus Gaza uertit in Theophraſto inter ſpicatas. Hanc intelligat an quæ uulgo pampinella dicitur:non cõſtat:ſed ſpicata hæc non magnopere conſpicitur: uerbaſcum conſpicitur. Diximus de hoc & alibi.

Bibinella

Therioma ulcus eſt uirilium:interim & ſedis & partium aliarum:multo ac nigro ſanguine:mali odoris. Atra fit caro & corrodit:ex quo naſci quandoque ſolet herpes eſthiomenos.ita uocatur ulcus quoniam ſerpendo corpus oſſa uſq; deuorat inæquale ac coeno ſimile.

Herpes Eſthiomẽos

Traſceas uentus:per.th.non per.t.hic & thracias & thraſcias & thraſceas quoque dicitur auctor. Suidas Ariſtoteles:Poſt argeſten inquit uentum flat thraſcias:quem nonnulli cæciam quoq; appellant. Sed cæcias inquit ab æſtiuo exortu uenit. Cæciam Pauſanias grammaticus a caico Myſiæ fluuio uocatum putauit.

Argeſtis

Thalea in uerbo talea.

Thraces ſiue quod idem eſt threces in uerbo Armentarius.omninoq; mirmillonibus aduerſi componebantur. Suetonius. Thraces ait a Cæſare Germanis uitæ cuſtodibus præpoſitos.qui & Mirmillonũ inquit armaturas concerpſerit.

Thyades & thyæ libro.xxxvi.capite quinto.

Thymus Polluci uerrucula eſt Aegyptiæ fabæ magnitudĩe:ſcabra & ſubrubens ſanguine.cuius ſũma pars ut Celſus florẽ thymi repræſentat in genitalibus:ſede feminibus:palmis & ĩferioribus pedũ partibus. Verrucæ ſunt & myrmeciæ lupini amplitudine:ſicut acrochordones fabæ noſtratis q̃ pueros maxime infeſtant. Dictæ quoniã in imo.anguſtæ ita ſunt:ut pendere uideant Mirmeciæ uero noĩantur:quia formicæ modo pungant. Plinius uetrucas utrunq; genus appellauit:nos diſtinctionis gratia myrmecias formicas:acrochordones uerrucas dicemus. Aut priores illas ſeſſiles uerrucas: acrochor-

dones uero pensiles.Nam informicationes corporis:quo uerbo Plinius.xxviii.libro usus est: mulierũ crinibus ad id probatis:si non sunt quas Græci myrmecias uocant(nam & contra uerrucas adhibentur)nondum liquet.

Tonus neruus in uerbo tenontes.

Tonus spaciũ.uocat᷑ id quanto abest a terra circulus coeli citimus:hoc est lunaris:centum scilicet uigintisex milia stadiorum:auctore Marciano ut alios prætereã secũdi libri fine.Quoniam ut in sonis interuallum cũ legitima quantitate minimũ ex duobus sonis inter se diuersis:ita:in cœlo minimũ a terra spacium ad lunam:tonum appellare placuit.Huius mẽsuræ dimidium hemitonion.Tonus uero cũ hemitonio proportionem facit sesquiplam:hoc est sesquialteram.

Hemitonion

Tonus cum Hemitonio Proportionẽ facit sesquiplam

Tollutares equi libro octauo capite.xlii.Nam tortores ex Nonio fere intelligo qui & cruciantes a poetis dicuntur.uulgo quoq̧ paucis immutatis appellantur hodie tortores equi. Nam cruciarios Seneca uocat homines qui in crucem tolluntur.

Tomex libro.xvii.capite decimo sine aspiratione scribitur quidem:sed a Græco tamen uidetur ortũ: idest απο της θωμιγγος:quod spartum significat.

Tomentum lib.xix.capite prĩo.Item lib.xxvii.cap.x.Græce gnaphalon:sed & gnephalon polluci.

Tofus libro.xxxvi.capite sexto.Item libro.xxxi.capite tertio.

Topiarium unde

Topiarium opus fortasse a funiculis:quos in oleo terendo circumligatos instrumentis illis:topia Græci uocant.in trochlea quoq̧ partium trium unã topia appellant ut ait pollux.Topiariam speciem. Vitruuius Græco uerbo usus topiode noĩauit.v.libro pausanias etiam grãmaticus Restes ait topia dici.

Tollones in uerbo pneumatica organa. Tormina in uerbo dysenteria

Tonsillæ quas Græci modo paristhmia:modo antiadas uocant:inflãmationes sunt circum eas partes quæ μηλα & paristhmia:hoc est poma nominantur ulceroso abscessu:cõmunicatumq̧ morbo nomẽ loci utraq̧ lingua.in Celso antyades libro septimo corrupte scriptum est pro antiades.

Transportaneus in uerbo elephantia.

Tribularium & tribula in uerbo Contribulare.

Trachoma:idest τραχωμα ut inquit Paulus:uocatur scabritia palpebrarum interior.sicut in eadẽ parte glabritas:hoc est defluuium pilorum:madarosis & milphosis.

Triglypha in uerbo cataglypha.

Trigarius libro.xxix.capite primo.Item libro ultimo capite ultimo.

Trimma libro.xiiii.capite.xiii.

Translatitium Græce αδιαφορον:idest ꝓmiscuũ:uulgare publicũ indifferẽs ut libro.septimo. Recte hoc & tralatitiũ appelles.auctor Donatus.inuectitia quoq̧ trãslatitia uocamus aliquãdo:ut Plinius lib. decimo.Trãslatitia sunt & uerba per metaphoram in alienũ migrantia.Est & alius modus adiaphori quanq̃ nõ dissimilis apud Stoicos ut Cicero docet in finibus.Seneca trãslatiuas siue translatitias sentẽtias quæ sua oratorũ supellex est:pro locis cõmunibus intelligit.Sunt & sacra translatitia Macrobio.

Trullissare in uerbo elutriare.

Trimorion a tribus signis dictum est:tria uero signa partibus nonaginta constant:Erit ergo trimoriõ pars ab horoscopo genituræ nonagesima.itemq̧ a situ lunæ altera nonagesima: Vnde uaticinium uitæ substantiarumq̧ summat᷑.auctor.I.Maternus.

Trientalis herba ĩ uerbo Quincunces:apud Vitruuiũ trientes siue q̄d idẽ est trientalis materia nomẽ habent a mensura:ꝙ asseres instrumenti eius trientales:hoc est crassitudine quattuor unciarũ essent.

Turia fluuius libro tertio:capite tertio & in Mela Pomponio.

Turbo libro secundo:cap.x. Turunda libro.xx.capite nono.

Turarius uicus in uerbo iuno argiua.

Tubi & tubuli in secunda editione libro decimosexto.capite.xliii.& libro.xxxv.cap.xi.

Typhon libro secundo capite.L.

Tyddones ia uerbo tieldones.

V

V Littera cum.y.libro quarto capite quinto.Item libro quĩto capite quarto.Item libro sexto capite undecimo.Item libro.xvi.cap.xlv.

Vari in uerbo ephelis.Dicunt᷑ & acmæ uulgo a Græcis ab ætate in qua maxime ꝓueniũt. Alexander in problematis.

Varices siue quod idem est uariculæ libro.xxvi.cap.octauo.Nec aliud sunt q̃ intumescẽtes plus æquo uenæ in temporibus:in uentre:in testibus:& inguine.potissimum in cruribus.

Vaporarium in uerbo zeta.

Vas oculorum libro ultimo.capi. decimo:atq̧ ita libro quoq̧ undecimo Plinius appellat.cap. xxxvii.

Vari pedes libro undecimo capite.xlv.contrario fere q̃ ualgi sunt habitu : hoc est incuruis obtortisue cruribus:auctore Festo.Nonioq̧:Græci appellant ραιβους ex Polluce:Valgi autem sunt qui diuersas suras habent:hoc est in diuersum actas quos Græci βλαισσους uocant cuiusmodi lacertam pe-

des ſunt:quorum uidelicet pars intra conditur:pars extra procedit. De qua ſimilitudine inſtrumentum quoddam ruſticum ad areas complanandas ualgium Plinius appellat fortaſſe libro decimoſeptimo. Seritur inquit menſe Aprili area æquata cylindris aut ualgio:alias denſum: ita enim uetus habet lectio non uolgiolis denſum:ut modo circumfertur. Alioquin & ſermo agreſtis ualgiare uſurpat hodie pro eo quod eſt pauire coæquareq́ʒ omnino id fere uidetur eſſe quod. & Cato ait: Cōminuito inquit terram & cylindro ac pauicula coæquato. in Campania certe haberi genus id teſtant̄ tali ſpecie: quali ſuræ duæ in diuerſum collocatæ quo ut cylindro ſupplanantur areæ. Vatii quoq́ʒ nominantur Varroni qui pedes extorſum tortos habent ut Britāni & Galli fere trāſalpini: quod quidem & apud Strabonem relatum memini.

Varicari in uerbo diuaricari. Valgium ualgii uatii in uerbo uari.

Vatini uatieni libro decimo:capite.xlv.

Vbera libro.xxxv.capite duodecimo ſecunda editione.

Vehis libro.xviii.capite.xxiii.mēſuræ nomē eſt in feno:ſtercore:alia materia ut illud duodecimo lib. Columellæ: materies inqt ſi roborea eſt ab uno fabro dolari ad unguē debet p quadratos pedes.xx. hoc eſt uehis inquit una:ſapinus.xxv.ſi ulmus & fraxinus.xxx.ſi cupreſſus.xl.ſi abies & populus.lx.

Vertigines in uerbo ſcotomata. Verſoria in uerbo uerſura.

Verſura & uerſus libro.xviii.capite.xix.& ꝓuerbii loco uerſura domi fit libro.xix. capite quarto. Seneca:Domi quod aiunt uerſura inquit fit & uelut luſoriū nomē ſtatim trāſit:intra te ipſum orbis agitur:quia quod detrahitur totū tibi acquiritur:Accipiendo das dando accipis. Dicitur & uerſura quam Græci campen uocant flexus ipſe anguloꝝ in ædificiis & parietibus exterior Vitruuio:propter quod & crura ipſa Vegetius in iumētis gambas uocat:quaſi campas:Nā & Ariſtoteles campen nominat in pedibus qua ſuffragines poplitesq́ʒ habent̄. in Plauto uerſoria inſtrumētū uidet̄ eſſe nauticum:ex quo ſoluturi cognoſcebant unde flarent uenti:& an mare admitteret:cuiuſmodi fere apud nos magnetis uſus in eo uaſe quod pyxidecula uocatur. Quare gābæ in iumētis

Veneri cymbia fiūt libro.xxxii.capite ſeptimo. Vitioſus locus ut monui:ſed illud addimus: Veneriæ legi poſſe:ut ſit nomen piſcis. Seneca: Veneriæ inquit ſpondyliq́ʒ & oſtrea. Pyxidecula Venerie piſces ſunt

Venox & uenno libro ſeptimo capite nono.& in ſecunda editione capite ultimo.

Veſcus libro ſeptimo:capite.xx.

Verruca libro ultimo capite decimo:& in uerbo thymus.

Verrucata ueſtis libro nono capite.xxxvi.& in uerbo clauatæ.

Vela & uelaria libro decimotertio:capite nono.

Venalitii libro.xxi.capite.xxvi. Venditare libro.xxix.capite primo.

Ventriculus in uerbo Coeliacus.

Verminatio iumentorum a uerminibus fortaſſe dicta eſt. Vermina:ut inqt Feſtus:dolores corporis ſunt cum quodam minuto motu quaſi a uermibus ſcindat̄. Seneca:Morborum inquit prima uerminatio uexat. impetus mora extinguitur. Item alibi:Cerebri inquit uerminantis æſtuatio. Hinc & uerminatur pro eo quod eſt torquetur:ut in partu mulier Nonius.

Veternoſi qbuſdam uidentur eſſe letargici. Sunt qui ueternum interpretentur morbum ignauiæ: q ex ocio nimio contrahitur. Feſto ueternoſus eſt qui graui premitur ſomno. Catoni uero hydropicus cum plurimum inquit ueternoſus bibit:tum maxime ſitit. Plinius ueternum a letargo diuerſum morbi genus facit.xx.uolumine in medicina Raphani. Cæterum quattuor fere diſcrimina marcoris (ita eni uocatur inuicta quædam ſomni cupiditas) nouere Græci. Caros:quod Plinius ſoporē cōuertit:letargum morſin:nothroteta. Vltimum hoc ueternum & torporem fere intelligo ex humida materia: ſicut ſoporem & letargum ex frigida. Moroſis uero:ideſt μωρωσισ hæc eſt:quæ non memoriā modo:ut letargus:cū proprie accipit̄:ſed uſum quoq́ʒ rationis intercipit:ex Aeginita Paulo:cæteriſq́ʒ. Veternoſus quot ſignificata

Vitilia & uiticulæ libro decimoſexto:capite.xliii.ſecunda edit.

Victimarii libro ſeptimo:capite duodecimo.ut quaſi genus ſit ad cultrarios & popas.

Vitiligo dicitur Græce alphos & leuce. Quanq̄ leuce immutat profunda quoq́ʒ corporis: alphos ſupficiem:& hæc modo alphos nigra:modo candida eſt.

Villoſa in uerbo amphimalla.

Viriculū libro.xxxv.capite undecimo. Viuiradix libro.xxi.capite quarto.

Villa pro uina libro decimoquarto:capite primo.

Vipiones libro undecimo:capite.xxxvii.

Virgulatæ ueſtes libro octauo:capite.xlviii.

Viſceratio libro tertio:capite quinto.

Viatoria cubicula libro ultimo:capite ſecundo.in ſecunda edit.

Viæ in uerbo Angiportus. Vlcera oris in uerbo aphthæ.

Vlla pro uua libro decimoquarto:capite primo.

Vlcera capitis manantia ſunt quæ Græci αχωρασ uocant:imperitum uulgus tæniam. Vlcera capitis quō a græcis

Vngulata ueſtis in uerbo ſcutula.
Vncia in uerbo ſcrupulum:& in uerbo ſextiuus.
Vndulatæ ueſtes Vndones & undulatæ ueſtes libro octauo:capite.xlviii.Varro de uita patrũ: A quibuſdã inquit dicitur eſſe fortunæ uirginis:ab eo ꝙ duabus undulatis togis eſt opertũ.Proĩde ut Reges noſtri & undulatas prætextatas togas ſoliti ſint habere.Nonius:Varro inquit undulatũ noue pro puro poſuit.Ita fit ut undulata ueſtis aliud genus ſit fortaſſe q̃ cymatis a fluctu dicta.
Vnguis oculoꝝ Græce ονυξ dicitur quoties pars eoꝝ cornea ſugillato ſimilis efficit̃ & figura unguis.
Vomica a Vomendo ꝙ pus inde manet:uel ꝙ qui habent id ſaniẽ reiiciat: nam & pro receptaculo ex eadem ſimilitudine accipitur Plinio in metallis:Vomica inquit liquoris æterni. Loca inquit Nonius caua & uetuſtatæ obeſa uomicæ nominantur.
Vræum libro.xxxii.capite ſeptimo.
Vſuræ libro.xxxiii.capite tertio.Itẽ utraqꝫ editiõe libro.xiiii.capite q̃rto:& ĩ uerbo Quadruplatores.
Vtriculos in farina uidetur Plinius accipere decimooctauo libro:quos Galli ciſalpini ĩredundaginẽ in Venetia prouincia pleriqꝫ ſubuentres uocant.
Vua morbus quẽ Græci ſtaphylen uocant:inflãmatio eſt eius partis quæ in ore columella dicitur & ſtaphylophoros Ariſtoteli.Diſtenditur hæc & luteo colore ſubrubeſcit:acino perſimilis.
Vulſa in uerbo rupta.

X

X Libro.xxiii.capite octauo.& in ſecunda editione libro duodecimo: capite duodecimo. & libro.xxiiii.capite octauo.item libro.xxxiii.ca.xii.
Xeria emplaſtra libro.xxxiiii.capite decimoquinto.
Xerophthalmia in uerbo ophthalmia. Xyſta libro.xxxvi.capite.xxv.
Xylopachion libro octauo:capite.xxix.

Z

Z Enas & menas libro.xxxv.capite decimooctauo.in ſecunda editione.
zeta & zetecula Plinio Cecilio in epiſtolis erat locus capax unius lecticũ ſellis duabus que lis obductis & reductis:modo adiicit̃ cubiculo:mõ aufert̃.Nomẽ quoniã tribus e partibus feneſtras & ꝓſpectus habeat atqꝫ ſolem multipliciter accipiat:quaſi απο του ζειν quod eſt feruere. Quãdo & heliocaminus in ipſa zeta ponit̃:hoc eſt uaporarium quoddã ſolare:nõ ad ignis uſum: ſed ad ſolis:uelut id quod uulgo luminare dicitur & in Padana Gallia lucerio.Vel απο του ζην ꝙ in ea cõ
Vnde Diæta modiſſime uiuat̃:ut quã delitias & amores ſuos uocet idẽ Cecilius:ſicut a cõuerſatione uictuqꝫ diæta. De heliocamino Vlpianus in ſeruitutibus urbanis:Si arbor inqt heliocamino uel ſolario ſolẽ adimat: dicendũ erit:quia umbrã facit in loco cui ſol fuit neceſſarius:cõtra ſeruitutẽ impoſitam fieri. De zeta Lãpridius:ĩdicos inqt odores heliogabalus ad uaporãdas zetas ſine carbonnibus iubebat incendi.

Hermolaus Lectori.

I N ipſo laboris noſtri calce cõmonendus mihi lector eſt:ut caſtigatiões has nõ mõ nõ oraculi aut decreti:ſed ne præiudicii qdẽ:aut teſtimonii maioris locum habere patiatur apud ſe.Tantũ abeſt ut illos probẽ:qui noſtra hæc:quaſi certa & legitima: in ſuos ſtati Codices referre cogitant:priore inducta uel eraſa lectione. Quo feſtinatiõis imo uero temeritatis genere:nihil eſſe poteſt in re latina peſtilentius:Vtinãqꝫ lex eſſet aliqua omnino quæ id fieri ꝓhiberet in poſterũ.Nunc audacia quorundã tanta eſt:ut mendoſum & linendũ putent qcquid ipſi non intelligũt.Peccant hoc indocti qdem:ſed docti multo ſæpius & maiore periculo:quibus & fides haberi ſolet:& falſa quæ blandiant̃:poſſunt ſuppetere.Ac nos qdem quantum cura noſtra ualuit profuimus: reliquum eſt ut cæteri quoqꝫ opem aliquã auctori ſummo afferre ſtudeant:nec deſperent poſſe conſequi:quod nos:immenſo quidẽ labore:ſed per q̃ mediocri doctrina:cõſequuti ſumus.Et hercule nouos ſubinde uenatus aggerendo:& mea prior ipſe caſtigando:exhortari & appellare uideor ingenia : ne in utrãqꝫ aurẽ fiducia mei dormiant obmuteſcantue:quaſi aut noſtra reprehendi: aut plura inueniri poſſe deſpondeant.Atqꝫ ut pauciſſima.nec ab iis quæ dixi magnope diſiuncta fortaſſe: adiici poſſe uideantur certe operis egregii quantulũcũqꝫ iuueris:participẽ fuiſſe in gloria ducetur:Cæterũ ſcire oportet:annotamẽta hæc:quæ nos expoſitionũ quarundã inſtar attulimus.Dioſcoridi quoqꝫ propediẽ emittendo:ꝓfutura.Ac multa qdẽ cõſilio trãſire mihi ipſe permiſi:qa tamen nõ cõmendatiõis meæ:ſed uſus alioꝝ gratia:negociũ hoc ſuſcepi:adiutũ me nõ reprehenſum ab iis putabo:q aliqd a nobis uel inuentũ:uel nõ inuentũ arguerint.Sed ecce dũ cupio deponere:amanuẽſes mei collectanea quædã nr̃a detulerũt quoꝝ erat ĩſcriptio Pocoeniũ:qa ſucciſiuis & a coena fere tpibus excerpta erãt:poſtea:fit aliis ſup alias curis urgẽtibus eliſa neglectaqꝫ ſuffugerãt. Dũ hæc pcenſeo: annotatiũculas e multis ĩ Pliniũ xxi.percõmodas ĩcurri.Eas nũc:quanq̃ faſtidii piculo ĩſtante:(quãdo ſemel hæſit animo:utilitatẽ ſpectare nõ gratiã) exhibebo q̃breuiſſime.Adonidis orti lib.xxi.c.x.ſcd̃a editiõe.Pauſanias grãmaticus

Adonidis ait ortos lactucis & feniculis frequētes ac Veneri dicatos fuisse: ī qbus semīa deponi haud
aliter q̄ in testis solerēt:eoq̧ rē in ꝓuerbiū abisse cōtra futiles ac leuiculos. Argemon in eodē uerbo
differt a leucomate:hoc est albugine:ait Paulus:q̧ argemon ulcus est eius orbis qui uocaꝰ iris idest ar
cus cælestis in oculo:extra rubēs:intra cādidū. Albugo cicatrix est oculoꝝ altiuscula:sicut utiq̧ in sum
mo nubecula. Dydimus tamē:ut ait Pausanias:argemon dicebat idē esse qđ leucoma. Armatura & ad
palū:exercitationū erāt genera Tironibus & gladiatoribus ex Vegetii libro primo:quasi apud ipsum
quoq̧ Plinium libro.vii.non tā armentarius mirmillo q̄ armaturarius legi possit:cū Suetonius quoq̧
nec uno loco mirmillonū armaturā nominet. Sed hoc extimari cupio:non recipi. Certira Plinius lib.
vii.lucilius & Plautus in sticho circirū: Nauis est Asiana:ut ait Nonius:ꝑgrādis. Pausanias grāmaticus
Cercitā uocari tradit temonis genus quoddā:a populis inuentoribus qui cercitæ inqt appellabanꝰ in
terra india. Citta idest pica in uerbo defectus:quoniā ut Galenus ait:terrā auis illa mandat:aut qa ut
colores habet pica dispares:ita grauidæ uarios cibos appetunt. Cupedo lib.ultimo.c.ii.apud Lucretiū
non capacitatē:sed cupiditatē:gulā:desideriū significat:ut cupedia Ciceroni:sed prima longa est:quo-
niā a Cupedo equite Romano ut Varroni placet:deducꝰ. Cypria factio q̄obrē pro christiana desi-
gnari potuerit a Plinio:dictū est. Sed in librū tamen incidi: auctoris qdem mali:sed de hoc ꝓdentis:fu
isse in Cypro Magos:q per aues quasdā Veneri cōsecratas futura præcinerēt. Defrugare segetē qđ
esse crederemus exposui. At qd si defrudare in eundē fere sensum legamus. Cato:Segetem inqt ne de
frudet uillicus:nā id infelix est. Seqtur.n. Opus inquit omne rusticū facere uti sciat. Elaps serpens lib.
xxxii.capi.iiii. Nicander tamen elops. Methymathnus Masinisse filius Plinio. Matumanus Solino:ali
ter Valerio.nō tamē ꝓpterea mutatū uelim. Malacus in uerbo defectus & Macrobio:etiā pro mol
li quē ueteres:ait Nonius:Maltham dicebant. Lucilius:insanū inqt quē Maltham & feminā dici iubet:
ut illa Quintiliani uerba in malaco sanū.viii.libro. qdam legi posse credant in malthaco siue malaco
insanū:hoc est male sanū atq̧ ꝑditum:quasi degulantē & prodigentē oīa uel quasi male uirū præterea
negligentē atq̧ ut Horatiani uerbo utar: uappam: Næssus oppidū libro.iiii.c.x.& capi.xi. Sed naissus
tamē scribendū potius est q̄ næssus ex Hieronymo in chronicis & Stephano qbusdā locis. Odeum
in uerbo Pompiū locus Athenis fuit a Pericle ut ait Suidas exædificatus:in quo ceu theatro quodam
musica edebanꝰ certamina. Ab Odeo qdā Metodeum legi posse credūt; in Domitiano Suetonii: hoc
est locus post odeū. Alii methodiū quasi transitorium. De qua uoce apud Dionē in Hadriani rebus Methodiū q
gestis nescio quæ legimus:nunc liber is a nobis abest. Panus unde panis Varroni: quanq̄ & a pascēdo
ut ait Nonius:uideꝰ ipsum esse stamē inuolutū:quod & ꝑ diminutionē panula siue panicula uocetur.
Lucilius:Fortis inqt subtegminis panus est. A quo & tumor inguinis panus dicatur: auctor Nonius.
Parmularii in uerbo armētarius. Ad qđ Martialis illud ꝑtinet: Vincenti parmæ cū sua turba fauet. Tumor īgui
Paracentesin Paulus Aeginita in curationē hydropis adhiberi præcipit nō omnis:sed eius tantū q ab nis panus
utre ascites uocaꝰ. Personata. Donatus in Terentiū cadauerosa facie:idest subliuida inqt.& ꝑsonata li
uore ac rubore. Pharicon lib.xxviii.cap.x. Differt a carico.illud gustu nardo simile est uideturq̧ no- Cadauerosa
mē esse fruticis. Caricū Hippocrates:περι ελκου duplex facit. Aridū ex sandaracha & ueratro nigro: facies que
liqdum:præter hæc ex squama:plumbi cinere sulphure cantharide: Nec īter uenena: etiā si uenenum
est:sed inter medicamenta collocat. Secūdas Græci non modo hysteras:sed & choria & deuteria ap
pellant.auctor Paulus. Tractari libro.iiii.c.xii. Videntur autē esse quos poeta Claudianus Tataros
uocat prima breui producta media. Xylopachium:idest cubiti mensura lignum:etiam si xylon seor- Xylopachiū
sum tria cubita significat Didymo Alexandrino de marmoribus.

FINIS

Habetis humanarum artium cultores cādidissimi: Plinianæ maiestatis ueluti purissimum si-
mulacrum ab Hermolao Barbaro Veneto patricio Patriarcha Aquileiēsi nostriq̧ sæ-
culi uiro Celeberrimo Lucubratum opus: Habetis item æditionē in Plinium
secundā. Itē emendationem in Melam Pomponiū Item obscuras cum
expositiōibus suis uoces in Pliniano Codice Cremonæ ꝑ chal-
cographū Carolum a Darleriis ciuē Cremonēsem Ca-
racteribus æneis Impressa. Impante faustissimo
ac Sapiētissimo Ludouico Sfor. Viceco.
Mediolani Duce.anno fælicissimi
pricipatus eius prīo: A Natali
uero redēptoris nr̄i Xp̄i.
MCCCClxxxxv.
iii.nonas mēs.
Apriles.

a.b.c.d.e.f.g.h.i.k. sunt quaterni
l.m.n.o.p.q.r.s. sunt terni excepto.s.q sunt duerni
aa.bb.cc.dd.ee.ff. sunt terni excepto.ff.q sunt duerni